(ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ

ΛΟΓΟΙ ΔΕΚΑ.)

EUSEBII PAMPHILI

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBRI DECEM.

ANNOTATIONES VARIORUM.

[edited by Osborne Gordon]

TOMUS II.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXLII.

ANNOTATIONES

AD

EUSEBII HIST. ECCLES.

LIB. VI.

1, 1. Σεβῆρος—ἐκίνει] Accurate de persecutione Severiana scripsit solus Spartianus in Severo cap. 16. sq. p. 617. sq. Scriptor. hist. Augustæ. vid. Moshem. *Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 455. sqq. Quod vero pertinet ad locutionem κινεῖν διωγμὸν, veteres loquuntur eodem modo v. c. Thucyd. vi. 3. 4. Plutarch. Alcibiad. c. xxiii. πόλεμον κινεῖν. Soph. Oed. T. v. 636. κακὰ κινεῖν. Oed. Col. v. 510. sq. τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν ἐπεγείρειν. Actor. xxiv. 5. cf. Liv. hist. iv. 58. 6. viii. 6. 5. Virg. Georg. i. 509. Hor. Od. iv. 1. 2. ubi *movere bellum* legitur. Τιμωρίας et κολάσεις κινεῖν i. e. infligere, habet Chrysost. hom. Opp. t. xii. p. 360. D. t. iii. p. 142, D. ed. Mont. cf. Matthæi ad priorem l. l. vol. i. p. 98. not. 84. HEIN.

1, 2. περὶ τὸν θεῖον λόγον] Rufinus *divinæ legis studia*, Christophorsonus *sacrarum literarum studium* interpretatur, Musculus vero *divinam doctrinam* vertit. Nicephorus in libro v. hæc ex Eusebio describens, ἱερὸν λόγον posuit. Observavi autem Eusebium, quoties de evangelio seu de religione Christiana loquitur, θεῖον λόγον in singulari solitum esse dicere, de scripturis vero sanctis cum loquitur, θείους λόγους appellare. Sic in cap. 3. hujus libri τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγον πίστιν, et cap. 5. in fine. VALES.

2, 1. Ἐπιτεμνόμενοι i. e. in compendium redigentes, ut recte vertit Val. cf. quæ monui ad ii. procem. (pag. 57.) HEIN.

Ib. ἔκ τινων ἐπιστολῶν κ. λ.] Præterea studiose lectitaverat ipsa Origenis scripta Eusebius cf. vi. 3. 14. 19. 28. 31. 33. 36. Reuterdahl. *de fontt. histor. eccles. Euseb.* p. 67. HEIN.

2, 4. Pro φυλάττεσθαι, cum præcedens γνοὺς *cognoscendi*, non *decernendi* s. *statuendi* significationem h. l. habeat, ex-

spectes φυλαττόμενον, præsertim cum alias infinitivi et participii discrimen observet Eusebius. Ita ἐνάγειν τινὰ perpellere aliquem, *ut* etc. recte dictum est hoc ipso capite et viii. 14. Similiter i. 13. ποιεῖν sequente Infinitivo est *efficere, ut* etc. Cf. Chrysost. t. xii. p. 369. A. θορυβεῖσθαι αὐτοὺς ἐποίει. Xen. Cyr. i. 6. 19. θαρρῆσαι ποιήσαντες Æschin. diall. ii. 13. Soph. Elect. v. 623. Winer. *neutest. Gramm.* p. 26. Matthiæ *ausf. griech. Grammatik* p. 1034. 2. Φυλάττεσθαι autem fortasse maluit h. l. scribere Eusebius, ne duo participia ἁλόντα et φυλαττόμενον statim se exciperent. At enim vero poterat vel hoc vitari interponendo inter φυλαττόμενον et ἁλόντα particulam καί. Præterea ut sæpius observavit, ita etiam neglexit severiores hoc in genere leges grammatices Eusebius. Ita H. E. vii. 18. ἦν—εὕρασθαι μεμαθήκαμεν et viii. 12. διατρίβειν μαθὼν scripsit, quamvis utroque loco ponendum esset participium, quia μανθάνειν ibi non est *discere*, sed *cognoscere*. Et Justinus M. apud Euseb. H. E. iii. 26. γενόμενον—οἰστρηθέντα—ἐξαπατῆσαι οἴδαμεν similiter dixit. Præterea cf. Index s. vv. ὡς et ὥστε. Quod ad N. T. scriptores pertinet, nihil hujus generis quod a consueta dicendi ratione multum discrepet, ex iis commemorat Winerus in N. T. Grammatica p. 131. sqq. Sed certe duobus locis puto eos etiam loqui insolentius 1 Timoth. v. 13. ubi μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας i. e. *consuescunt—domus circumcursitare*, interprete Jaspisio vel discunt d. c., quo sensu μανθάνειν 1 Timoth. v. 4. Philipp. iv. 11. Infinitivo potius et rectius jungitur. Sed alii fortasse 1 Tim. v. 13. μανθάνουσαι absolute dictum esse contendent. Cf. 2 Tim. iii. 7., qui locus tamen non est plane parallelus. Præterea vel apud Xenoph. Cyrop. vi. 2. 11. ἕως ἂν μάθωμεν ὑδροπόται γενόμενοι nescio an se recte habeat. Quamquam alii ibi scribi jubent λάθωμεν. Cf. Sturz. *Lexic. Xenoph.* vol. iii. p. 77. sq. Sed Hebr. x. 34. verbo γιγνώσκειν jungitur Infinitivus, ubi equidem veteres vix ac ne vix quidem Infinitivo usuros fuisse existimo. Cf. Matthiæ l. l. p. 1078. sq. not. 2. Kuinoel. *Commentar. ad Act.* ii. 23. p. 79. ed. ii. HEIN.

2, 6. τῶν ἐγκυκλίων παιδεία] Græci ἐγκυκλίων μαθημάτων nomine liberales intelligunt disciplinas, quibus pueri instituebantur, mathematicam scilicet, grammaticam et rhetoricam.

Philosophia vero eo nomine non continetur, quod innumeris scriptorum testimoniis probari potest. Sic Diogenes Laertius in Zenone et in Chrysippo, et in Democrito, Maximus Tyrius sermone 21. Clemens Alexandrinus in lib. ii. Stromatei, et Eusebius ipse in cap. 18. infra. Hinc est quod Ariston Ceus nobilis philosophus, eos qui philosophiam contemnentes omne studium suum in illis *ἐγκυκλίοις* disciplinis collocabant, similes esse dicebat procis Penelopes, qui a domina repulsi ad ancillas se convertebant, ut refert Stobæus in sermone 32. Et ita quidem philosophi ab illo disciplinarum orbe philosophiam semovebant. Rhetores vero etiam rhetoricam ex illo numero eximebant. Ita Dionysius Halicarnassensis in epistola ad Tuberonem de Thucydidis dotibus: *οὐ γὰρ ἀγοραίοις ἀνθρώποις, οὐδὲ ἐπιδιφρίοις ἢ χειροτέχναις, ἀλλὰ ἀνδράσι διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων ἐπὶ ῥητορικήν τε καὶ φιλοσοφίαν ἐληλυθόσιν.* Theon Sophista in ipso exercitationum suarum exordio, postquam retulit veterum eloquentiæ magistrorum hanc fere fuisse sententiam, non nisi post philosophiæ studia condiscendam esse rhetoricam: Nunc vero, inquit, tantum abest, ut id præstent plerique, *ὥστε οὐδὲ τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων ὁτιοῦν μεταλαμβάνοντες ἄττουσιν ἐπὶ τὸ λέγειν.* Sunt tamen qui *ἐγκυκλίων* nomine et rhetoricam et philosophiam ipsam comprehendant, ut Vitruvius in cap. 1. lib. i. et Tzetzes in Chiliadibus. Sed eos falli puto. Nam nomen ipsum *ἐγκυκλίος*, vulgare aliquid et protritum significat. Hinc est quod apud Demosthenem *ἐγκύκλιοι λειτουργίαι* dicuntur solemnes et ordinariæ functiones, quæ distinguuntur a trierarchiis. Hæ namque gravissimæ erant et onerosissimæ. Recte igitur Ammonius de differentiis vocabulorum *παῖς δὲ*, inquit, *ὁ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι.* Vide scholiastem Aristophanis in equitibus pag. 297. VALES.

2, 7. *ἐκμαθήσεις* —— *εἰσπραττόμενος* i. e. *quosdam divinæ scripturæ locos memoriæ mandare ac recitare quotidie illum jubens,* ut vertit Val. Prorsus vero inauditum Græcis verbum *ἐκμάθησις* et certe eo quo h. l. legitur sensu *ἀπαγγελία*. Nihilominus non habet ista Suicerus. HEIN.

Ib. *πολυπραγμονεῖν* h. l. bono sensu legi satis docet contexta oratio. Est enim idem quod præcedens *ἄγαν προθυμότατα περὶ ταῦτα πονοῦντι.* Neque igitur Val. recte vertit sim-

pliciter: *scrutaretur*, melius Stroth. *mit vielem Fleiss anstellte.* Sed rarior est veteribus et profanis scriptoribus Græcis melior illa verbi πολυπραγμονεῖν significatio qua illud legitur v. c. apud Plutarch. in vita Lycurgi c. xviii. Ἐκ τούτου δὲ καὶ κρίνειν τὰ καλὰ καὶ πολυπραγμονεῖν—εἰθίζοντο περὶ τῶν πολιτῶν. Pericl. xxiii. ὁ δῆμος ἀπεδέξατο μὴ πολυπραγμονήσας μηδ' ἐλέγξας τὸ ἀπόρρητον. Vid Casaubonus ad Strabon. i. p. 9. cf. Passow. s. v. 3. Similiter πολυπράγμονες dicuntur periti rerum, usu rerum subacti apud Palæphat. de incredd. i. 1., quem verbi usum ignorat Thesaurus Stephanianus. Patribus vero ecclesiasticis frequentius quam veteribus in bonam partem πολυπραγμονεῖν et etiam περιεργάζεσθαι dicitur. Vid. Suicer. *Thesaur.* t. ii. p. 806. ii. cf. p. 672. ii. Malo tamen sensu legitur illa vox apud ipsum Euseb. de martyr. P. c. 11. ἥτις αὕτη εἴη—ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει. HEIN.

2, 12. μετρίαν ἔχειν] In codice Medicæo legitur οὐ μετρίαν nec aliter in Mazarino codice, Fuk. et Sav. Paulo post scribendum est ex iisdem codicibus: ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ δαψιλῶς. Quomodo etiam in codice Regio scriptum habetur. VALES. Οὐ ante μετρίαν addit quoque Cph. et Stroth. Neutri lectioni favet Nic. Ruf. Sed οὐ deesse recte in Reg. Steph. Val. et Zimm., certum puto, siquidem illud facile proficisci poterat a librariis μέτριος nonnisi consueta sua significatione, mediocris, legi opinantibus. At constat illud verbum sæpius apud probatissimos scriptores Græcos ita usurpari, ut designet justum rei modum ac finem et fere conveniat Latino *idoneus*, *rectus*. vid. Thucyd. ii. 35. μετρίως εἰπεῖν. Plat. Crit. vi. πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα αὐτά. Phæd. §. 83. μέτρια λέγειν i. e. recta Plutarch. Cai. Gracch. c. vi. τὸ περὶ τοῦ σίτου δόγμα μετριώτατον καὶ κάλλιστον Herod. iv. 48. Lysias p. 74. ed. Tayl. min. cf. Grævius *ad Hesiod. Opp.* v. 306. Itaque nostro quoque loco recte vertit Valesius: παρασκευὴν — μετρίαν ἔχειν, *sufficientem* usum ac peritiam—habere. Cf. Euripid. Iphig. A. v. 533. ubi μέτρια θεὸς vocatur Ἀφροδίτη Sophocl. Philoct. v. 179. οἷς μὴ μέτριος αἰών. Hinc mirum profecto, Strothium non solum in Germanica sua translatione Eusebii, sed etiam in Græca editione οὐ restituisse, præsertim cum ipse laudaverit Euseb. H. E. vii. 31. τούτου μετρίως τὰς γραφὰς διηγουμένου κατηκούσαμεν et

Herodian. ii. 2. 7. ἡλικίαν μετρίως προβεβηκώς. Propria tamen significatione μετρίως hoc ipso capite usurpavit Eusebius: οὐ μετρίως γοῦν καὶ περὶ ταύτας ἐπεπόνητο: id quod eo magis poterat inducere librarios, ut h. l. similiter οὐ addendum opinarentur. HEIN.

3, 1. Μετὰ τὸ βιῶναι] Hujus verbi vim ac proprietatem non intellexerunt interpretes. Βιοῦν Christiani scriptores dixerunt pro eo quod est *sæcularem vitam agere.* Sic Epiphanius in hæresi Dositheorum, et in hæresi 59. ut notavit vir doctissimus D. Petavius in cap. 5. miscellanearum exercitationum, quas ad calcem Juliani edidit. Quippe βίος, seculum est, ut præter locos ibidem a Petavio citatos docet Chrysostomus in homilia 9. de eleemosyna et decem virginibus, παρθένος ἀποταξαμένη τῷ βίῳ. Sozomenus in lib. vii. cap. penult. Ζήνων δὲ ἔτι νέος ὢν, βίῳ καὶ γάμῳ ἀπαγορεύσας, et in lib. viii. cap. 23. Hinc est quod Chrysostomus in epistolam Pauli ad Romanos homilia 23. non longe ab initio βιωτικοὺς vocat homines sæculares, quos vulgo laicos dicimus, eosque a presbyteris distinguit et monachis. Δεικνὺς ὅτι ταῦτα διατάττεται καὶ ἱερεῦσι, καὶ μοναχοῖς, οὐχὶ τοῖς βιωτικοῖς μόνον. Porro eo quem dixi sensu accipiendum hic esse verbum βιῶναι, docent sequentia. Ex duobus enim Origenis discipulis, alterum in sæculo honestissime vixisse dicit, alterum vero, Heraclam nomine, clericum fuisse. Id enim sonant hæc verba: πλείστην καὶ φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήσεως ἀπόδειξιν παρασχών. VALES.

3, 5. πάλιν καὶ πάλιν] cf. quæ monui i. 10. (pag. 46. sq.) HEIN.

Ib. συστροφὰς ποιησαμένους] Supple τοὺς ἀπίστους. At Rufinus et Christophorsonus hæc verba referunt ad vocem στρατιώτας, male ut opinor. Neque enim Græcæ linguæ proprietas hunc sensum admittit. Nicephorus vero pessime hunc locum accepit, quasi discipuli Origenis, vim efferatæ plebis veriti, militare præsidium ad sui tutelam adsciverint. In codice Maz. et Med. post verbum ποιησαμένους apposita est subdistinctio, optime. VALES.

3, 6. κατορθώματα i. e. recte facta. Vid. Suicer. *Thes.* t. i. p. 77. sqq. Sexcenties hoc verbo utitur Eusebius. cf. H. E. iv. 2. vi. 19. init. Similiter dicit Lucian. diall. mortt. xiv. p. 86. ed. Voigtländer. τὰ κατορθούμενα. Præterea vid. Lobeck. *ad*

Phrynich. p. 250. sqq. cf. Heusinger. et Beier. *ad Cicer. de offic.* i. 3. HEIN.

3, 8. λόγων ἀρχαίων συγγράμματα] Rufinus *bibliothecam gentilium scriptorum* interpretatur, melius quam Christophorsonus, qui hunc locum Eusebii de solis veterum oratorum libris accepit. Quasi vero λόγοι de solis orationibus dicantur, non etiam de grammatica et philosophia, aut quasi Origenes oratorum libros duntaxat, non autem grammaticorum distraxerit. Musculus quosdam excerptorum libros ab ipso Origene compositos, videtur intellexisse. VALES.

3, 11. πλειόνων ἐτῶν i. e. ut recte vertit Valesius *multos per annos*, *mehrere Jahre hindurch*, *lang*. Statim post pro genitivo eadem significatione dandi casum usurpat Eusebius πλείστοις τε ἔτεσι ἀπεσχημένος et superius πλείστοις τε ἔτεσιν τοῦτον διετέλει φιλοσοφῶν τὸν τρόπον. Non prorsus huic genitivi usui conveniunt exempla quamvis similia, ex veteribus Græcis laudata in Matthiæ *ausführliche griechische Grammatik* p. 692. b. p. 693. c. ed. ii. cf. Thiersch. *Grammatik*, *vorzüglich des homerischen Dialekts* §. 257. p. 448. ed. iii. HEIN.

Ib. τοῦ θώρακος] Recte Rufinus et Christophorsonus *stomachum* verterunt. Nam subversio stomachi proprie dicitur a Dioscoride et Galeno. VALES.

4, 3. Ἡ Ῥαΐς] Dudum conjeceram scribendum esse Ἡραΐς uno verbo, quam conjecturam tandem mihi confirmavit codex Regius et Fuk. in quibus ita distincte scriptum inveni. Adstipulatur etiam Rufinus, qui hunc locum sic interpretatur: *Sed et mulieres plurimæ in quibus Hera quædam Catechumena.* Vulgo excusum est, *erat quædam Catechumena.* Sed in codice bibliothecæ Regiæ et in vetustissimo codice Parisiensis ecclesiæ ita legitur, ut posui. Ἡραΐς nomen est proprium, ἀπὸ τῆς ἥρας, ex quo fit etiam Ἡραΐσκος, quo nomine fuit quidam philosophus Ægyptius, de quo Suidas et Damascio in vita Isidori. Hujus Heraidis memoriam Græci celebrant die 4. mensis Martii, ut legitur in eorum Menologio quod edidit Canisius, seu potius die 5. ut habet Menæum Venetiis editum. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἡρωΐδος: lego Ἡραΐδος. Nescio an eadem sit Irais virgo Alexandrina, quæ cum aliis apud Antinoum civitatem martyrium passa esse dicitur die 22. Septembris in Romano martyrologio. In Menologio

Cardinalis Sirleti die 5. Septembris leguntur hæc verba: *Natalis b. martyris Rhaidis, quæ igne consumpta est.* Scribendum *Heraidis.* Hæc enim ipsa est, cujus hic meminit Eusebius. Tres igitur distinguendæ sunt Heraides. Prima est, cujus mentio in Menæo die 5. Martii, secunda Herais catechumena, cujus mentio in Menologio die 5. Septembris. Tertia Herais virgo Ægyptia oriunda ex loco qui dicitur Tamma, patre Petro presbytero, quæ anno ætatis 12. palmam martyrii consecuta est, ut legitur in Menæo ad diem 23. Septemb. ubi Ἱεραΐς appellatur. In Martyrologio Romano Irais dicitur. VALES.

Ib. τὸ διὰ πυρὸς idem est quod alias dicitur βάπτισμα διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος, *lavacrum sanguinis.* Vid. Suicer. *Thes.* t. i. p. 628. 7. Dodwell. *dissert. Cyprian. xii. de secundo martyrii baptismo* p. 107—118. cf. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christl. Archæologie* tom. vii. p. 204. HEIN.

Ib. τὸν βίον pro τοῦ βίου quia in verbo ἐξέρχεσθαι inest notio *relinquendi.* cf. Chrysost. t. xii. p. 346. D. ed. Montf. ἐξῆλθε τὴν θύραν μου. Held. *ad Caes. B. C.* i. 44. vid. Hermann. *ad Vig.* p. 896. 899. Neque Græcis ἐξέρχεσθαι prorsus esse insolitum cum Accusativo junctum, docent exempla hanc in rem laudata a Passow. in *Lex.* HEIN.

5, 2. Ἀκύλας] Hic Aquila præfectus erat Ægypti, ut retulit Eusebius supra in cap. 3. Quo tempore Origenes annum ætatis agebat octavum decimum. VALES.

Ib. αὐτοῖς h. l. significare gentiles, facile patet, unde Valesius etiam vertit *gentilibus*, Stroth. *den Heyden.* Sæpius enim vel apud veteres Græcos αὐτὸς refertur ad ea, quæ ut non diserte expressa, ita facile possunt aliunde suppleri. Ita h. l. præcedens Ἀκύλας in verbo αὐτοῖς de gentilibus esse cogitandum, satis ostendit. Similiter 1 Thessal. i. 9. per αὐτοὶ significantur incolæ istarum regionum quas Paulus adierat. cf. v. 8. ii. 1. ubi αὐτοὶ dicitur de Thessalonicensibus et opponi videtur illi αὐτοὶ v. 9. Cf. Plat. Phæd. c. 59. ζῶα δ' ἐπ' αὐτῆς εἶναι ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ἀνθρώπους——ὁ δὲ ἡμῖν ἀὴρ, τοῦτο ἐκεῖ τὸν αἰθέρα· τὰς δὲ ὥρας αὐτοῖς κρᾶσιν ἔχειν τοιαύτην κ. λ. Hom. Odyss. ii. 154. ix. 39. 40.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν
Ἰσμάρῳ· ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.

i. e. urbis incolas. Herodot. ii. 90. Plura non minus insignia ex Xenophonte laudavit et explicavit Sturz. *Lexic. Xenoph.* vol. i. p. 476. Eodem modo sæpius loquuntur, N. T. scriptores. Vid. Winer. *Nachträge zur neutestam. Grammatik* p. 207. cf. Glassii *Philol. Sacr.* p. 158. Kuinoel. *Commentar. ad Joh.* viii. 44. ix. 23. xvii. 5. Act. iv. 5. Ad subjectum remotius refertur *αὐτὸς* ab Euseb. H. E. iv. 7. ubi *αὐτῷ* in verbis, *οὐκ εἰς μακρόν γε μὴν αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει* ad diabolum pertinet. Vid. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. ii. p. 325. Lobeck. *ad Phrynich.* p. 100. cf. Euseb. v. 1. ubi *ὅς* non referendum ad proxime præcedens verbum Χριστὸς sed ad remotius Ποθεινός. Ibid. *οὗτοι δὲ λοιπὸν κ. λ.* v. 5. ubi *οὗτος* referendum ad Irenæum. Alia insigniora loca N. T. sunt hæc: Matth. xiv. 2. ubi *αὐτὸς* ad Johannem baptistam, sequens *αὐτῷ* ad Jesum spectat. Luc. xviii. 34. *καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν* i. e. *οἱ δώδεκα* v. 31. 1 Joh. ii. 12. *αὐτοῦ* ad Christum pertinet, de quo certe initio capitis sermo est. Ibid. v. 20. cf. Hebr. iv. 13. ubi *αὐτοῦ* nonnisi ad *τοῦ Θεοῦ* v. 12. pertinet, nam de *τῷ λόγῳ τ. θ.* i. e. effato Dei non potest dici *πάντα δὲ γυμνὰ κ. λ.* HEIN.

5, 3. *τῶν ἐν στρατείας ἀναφερομένων*] Rufinus vertit: *unus ex his quibus implere speculatoris officium mos est.* VALES. Valesius vertit: *unus ex apparitoribus*, Cph. *unus ex satellitibus*, Musculus: *qui unus ex nominatis in exercitu erat*, Strothius: *einer von den Trabanten.* Præterea idem V. D. *Uebersetzung* t. i. p. 114. not. 4. observat: *None of the ordinary meanings of ἀναφέρεσθαι can pass well here. The nearest to the sense of the passage is "one belonging to the baggage," to which also appertain executioners, &c.; and the office of Basileides makes this meaning probable.* Neque reliquorum VV. DD. præter Musculi explicationes ab hac magnopere distant et Rufinus haud male *speculatoris* verbo usus videtur. Cf. Sueton. Galb. 35. Oth. 5. Senec. de benef. iii. 25. *speculatoribus* occurrit, nihil se deprecari, quominus imperata peragerent, dixit; deinde *cervicem porrexit.* Marc. vi. 27. *Paulus Commentar über das N. T.* tom. ii. p. 67. sq. HEIN.

Ib. *τὴν ἐπὶ θανάτῳ* scil. *ὁδόν*] Eodem modo loquitur noster cap. 3. *ἀπαγομένοις τὴν ἐπὶ θανάτῳ* et vii. 15. *ἀπαχθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ.* cf. de martyr. Pal. Cap. 8. 11. Est hæc plenior for-

mula loquendi pro simplici ἀπαγέσθαι. cf. Joseph. Antiqq. xix. 4. Dorville *ad Charit.* p. 432. Kuhn. *ad Æl. V. H.* i. 30. vid. Schäfer. *meletemm. critt.* p. 109. sq. Lobeck. *ad Phryn.* p. 475. Τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένου legitur cap. 4., Chrysost. Opp. t. i. p. 198. E. ed. Montefal. τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπιὼν t. vi. p. 135. C. οἱ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγόμενοι t. xii. p. 358. A. ἀπάγεσθαι ἐπὶ θάνατον omisso τὴν, Chrysost. t. vi. p. 292. C. et ibid. t. ii. p. 508. A. ἀπάγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ. Denique τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδὸν ibid. t. i. p. 470. B. ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδόν et ibid. t. iii. p. 142. E. ἀπήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον φέρουσαν ὁδόν. Postremo θανεῖν ἀπάγομαι ex Josepho legitur apud Euseb. H. E. ii. 10. cf. ii. 23. ξύλῳ τε τὴν πρὸς θάνατον πεπλῆχθαι et Plut. Brutus c. xxvii. ἐπὶ θανάτῳ γένεσθαι. HEIN.

5, 4. πίττης ἐμπύρου, etc. His verbis indicat Eusebius, Potamiænam in lebetem picis ferventis sensim demissam fuisse. VALES.

5, 7. ἄλλοι δὲ πλείους κ. λ.] *Baronius* ad annum 205. n. 10. observavit ad hanc historiam eamque quæ de Basilide præcessit, referenda esse verba Origenis contra Cels. i. p. 34. sq. Κἂν χλευάσῃ δὲ Κέλσος, ὅμως λελέξεται ὅτι πολλοὶ ὥσπερ ἄκοντες προσεληλύθασι Χριστιανισμῷ, πνεύματός τινος τρέψαντος αὐτῶν τὸ ἡγεμονικὸν αἰφνίδιον ἀπὸ τοῦ μισεῖν τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ὑπεραποθανεῖν αὐτοῦ, καὶ φαντασιώσαντος αὐτοὺς ὕπαρ ἢ ὄναρ etc. Hæc attulit Lowth. citante Readingo in Corrigendis. HEIN.

Ib. καὶ προσκεκλημένης] Rufinus hunc locum pessime accepit, ubi et Potamiænam Origenis discipulam facit. In quo tamen Rufino refragari equidem non ausim. Etsi enim id diserte non dixit Eusebius, ex ejus tamen narratione id colligi videtur. Nam cum martyres qui ex Origenis schola exstiterunt, hic recensens, Basilidem et Potamiænam illis accenseat, hi quoque ex Origenis discipulis fuerint necesse est. Quod cum de Basilide dici non possit, de Potamiæna certe fit admodum probabile. Ceterum Potamiænæ nomen deductum est a masculino Ποταμίων, eodem modo quo Tryphæna et similia. VALES.

6, 1. Πάνταινον δὲ Κλήμης] Hæc parum cohærent cum superioribus. Neque enim Clemens tunc magistri officio in Alexandrinæ ecclesiæ schola fungebatur, sed Origenes Cle-

mentis discipulus. Adde quod de Clemente ejusque libris jam in libro superiore commemoravit Eusebius. Quin et Caius in parvo labyrintho, Clementem refert inter scriptores ecclesiasticos qui ante Victoris papæ tempora floruerunt. Verba Caii si quis forte desiderat, habentur supra in fine libri quinti. Recte ergo Rufinus et hoc et sequens caput supra posuit in cap. 3. ubi de Demetrio episcopo agitur, qui catechizandi, id est, docendi in ecclesia magisterium Origeni tribuit. Ex his porro conjicio, Eusebium huic operi ultimam manum non admovisse. VALES.

8, 1. Quod ad judicium pertinet Eusebii de horribili illo Origenis facinore, quamvis illud fuisse dicat *φρενὸς ἀτελοῦς καὶ νεανικῆς*, *minus perfecti sensus et juvenilis cujusdam audaciæ*, ut vertit Valesius, quamvis Origenem *simplicius ac juvenilius* dictum illud Jesu *accepisse* scribat, tamen multo magis ei laudandum visum esse propter illud ausum Origenem, quin etiam nonnisi propter eos ætatis suæ homines, qui fortasse minus aspernarentur voluptates sensuum ac corporis, levitur taxasse illud factum Eusebium, plura sunt, quæ nos jubent existimare. Ipse enim paulo post *τοσοῦτον ἔργον* vocat ausum Origenis (cf. Galat. iii. 4.) et Demetrium ab initio quidem propter illud in admirationem raptum, sed deinde tanquam *ἀτοπώτατον* proscribentem quamvis satis callide, levius tantum et ita vituperat, ut eum *ἀνθρώπινον* aliquid passum esse dicat, siquidem illum sola auctæ Origenis dignitatis invidia instigaret ut tantopere vexaret eum, quem spectatissimi Cæsareæ episcopi ob insignem virtutis ac sapientiæ laudem presbyterum delegissent. Ita omnia tam egregie conveniunt indoli Eusebii, orthodoxorum et cœlibatus magno et majori quam par est, admiratori (vid. Euseb. H. E. ii. 1. (pag. 60.) ii. 17. (pag. 98.) iii. 30. (pag. 184.)), ut tanquam in tabula depictam cerni posse putem in hoc suo de Origene et Demetrio judicio mentem Eusebii. Contra simile Democriti facinus Tertullianus Apolog. c. 46. tantum aberat, ut laudaret, ut adeo, quo melius philosophum posset taxare, istum illud fecisse probabiliter nonnisi fingeret, qua de re verba Attica sale perspersa scripsit Wieland. *sämmtliche Werke* tom. xix. p. 137. sq. edid. I. G. Gruber. Cf. de Origene ibid. p. 136. HEIN.

Ib. ἐκλαβὼν i. e. *interpretatus*. Similiter Latini *accipere* et nos *nehmen* dicimus, unde Val.: cum verba illa—simplicius ac juvenilius *accepisset*, Strothius: *da er die Worte—in strengerem Sinne—nahm*. Neque Græcis illa verbi significatio est inaudita. Cf. Dionys. Halicarn. antiqq. Rom. ix. p. 576. *ἵνα δὲ μὴ πρὸς ὀργὴν ἢ ὕβριν λάβῃ τὸ πρᾶγμα*, ne rem haberet pro ea de qua irasceretur aut contumeliæ loco. Nicol. Dam. historr. p. 78. ed. Orell. *αἱ μὲν αὐτὸ τὸ πραχθὲν πρὸς ὀργὴν ἐλάμβανον* i. e. aliæ rem ita acceperunt, quasi de ea recte irascantur. Valesius et Grotius liberius sed ad sensum recte verterunt, ille: *alii graviter eo facto commoveri*, hic: alios *iracunde id tulisse*. Opponitur enim *μετρίως αὐτὸ ἔφερον*. Eodem modo *δέχεσθαι* usurpat Sophocl. Ajac. v. 68. *μηδὲ συμφορὰν δέχου τὸν ἄνδρ'*. Sed ratione veteribus plane inaudita *ἐκλαμβάνειν* seq. Infinitivo pro *οἴεσθαι, νομίζειν* dixit Euseb. H. E. iii. 8. *ἣν αὐτὸς—πεπληρῶσθαι ἐξείληφεν*. HEIN.

8, 3. *ὅτι γε τῶν κατὰ Παλαιστίνην*] Ita quidem codex Regius. Apud Nicephorum pro *ὅτι γε* legitur *ἐπεί τοίγε* quod idem valet. In codice Medicæo legitur *ὅτε τῶν*, etc. minus recte ut opinor. Nam Eusebius causam aperit, cur Demetrius qui antea Origenem tantopere dilexerat, subito mutatus, eum ubique literis suis laceraverit, eo quod scilicet Cæsariensis et Hierosolymitanus episcopi eum ad presbyterii gradum promovissent. In quo non mediocris injuria Demetrio illata esse videbatur, tum ab episcopis illis, tum ab Origene. Ab Origene quidem, quod ab externis episcopis manum sibi imponi passus fuisset, nec ab episcopo civitatis suæ honorem illum presbyterii exspectasset, ab episcopis vero quod Alexandrinæ scholæ magistrum hoc facto ad ecclesiam suam transtulissent.[a] Porro hic non

[a] Recte hoc negavit Beveregius *Annott. in canon. Apost.* p. 24. citante Readingo ad h. l., cum non solum Hieronymus in catalogo referat Origenem Athenas per Palæstinam, ubi ordinatus est, proficiscentem, ecclesiasticam secum attulisse epistolam, et ipsi quoque Ægypti et Alexandriæ episcopi in epistola synodica adversus Origenis doctrinam *χειροτονηθέντα αὐτὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε καὶ μιᾶς χειρὸς ἀληθινῆς* agnoscant, sed etiam, quod equidem summum puto, ipse Eusebius diserte dicat, nihil aliud objecisse Demetrium Origeni præter illud, quod juvenis iste peccaverat contra Canon. 22. *ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός*, et cujus postea pœnituit ipsum Origenem, quod constat ex ipsius verbis in Matth. xix. 12. et contra Cels. lib. vii. Simul satis aperte invidiæ accusat Demetrium Eusebius cum Hieronymo epist. 29. neque vero equidem plane acquiescere possum in subtiliori disputatione Moshemii *Commentt. de rebus Ch. a. C. M.* p. 671. sqq. cf. Huetius in Origenianis. HEIN.

contemnenda oritur difficultas, cur duo simul episcopi Origenem presbyterum ordinaverint. Mihi videtur id ejus honori datum fuisse, ut duo simul episcopi ei manum imponerent. Quo facto, in duabus ecclesiis sedendi et cum aliis presbyteris communicandi jus habebat. Vide infra caput 23. et 27. Ex quibus conjectura nostra prorsus confirmatur. Fuit quidem consuetudo, ut cum quis ad presbyterium vel diaconatum promoveretur, aliquot episcopi interessent, quo illustrior ac celebrior esset promotio, ut docet Innocentius in epistola ad Marcianum episcopum. Photius certe in biblioth. cap. 118. ait, Theoctistum ipsum ordinationem celebrasse, Alexandrum vero eam comprobasse. VALES. Strothius conjicit propterea potius duos episcopos simul Origeni imposuisse manus, quod hi de προεδρίᾳ semper inter se certarent atque inde plures actus ecclesiasticos conjunctim administrarent. HEIN.

8, 5. ἀφυλάκτως] Hujus vocis multiplex est significatio. Et Rufinus quidem eam ita exposuit: *Velut abscissis omnibus impedimentis liber prorsus et cum omni fiducia rem gerebat*, Musculus vero vertit *sine discrimine*, quem secutus Christophorsonus ita interpretatur: *nulla habita personarum ratione.* Mihi Rufini versio magis arridet.[b] Nam antequam Origenes seipsum evirasset, maxima cautela opus habebat, ut cum virginibus ac fœminis quæ institutionis causa ipsum adibant, conversaretur, ne obsceni rumoris occasionem ullam præberet. Postea vero amputata sibi virilitate, liberius deinceps munus suum exsequebatur nec tanta cautione indigebat. VALES.

8, 6. Ἀλέξανδρος] De hoc Alexandro Eusebius in chronico ad ann. 12. Severi qui erat secundus annus persecutionis, hæc habet: *Alexander ob confessionem dominici nominis insignis habetur.* VALES.

9, 1. Κατὰ—διαννκτέρευσιν] Cf. Valesius ad ii. 17. et quos laudat Reading., Lactant. Inst. vii. 19. Isidor. Orig. vi. 17. Hieronym. ad Matth. xxv. 6. Constitut. apost. v. 19. apud Cotelerium. HEIN.

Ib. τοὔλαιον] vid. Can. Apost. iii. *μὴ ἐξὸν ἔστω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν καὶ*

[b] Vertit Val. *libere et absque ullo impedimento.* HEIN.

θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς, observante Read. HEIN.

Ib. *ὕδωρ ἀνιμήσαντας*] De hoc miraculo conferri jubet Dodwellum *Diss. in Iren.* ii. n. 49. Lowthius. HEIN.

9, 2. *εἰς ἐλαίου ποιότητα*] Scribendum videtur *πιότητα*, quomodo etiam legit Rufinus. Sic enim vertit: *aquæ natura in olei pinguedinem versa.* Sed et in Moræi libro ita ad marginem emendatum inveni. Codex quoque Fuk. ita diserte scriptum habet. VALES.

9, 3. Τὸ *εὔτονον—βίου*] Valesius recte vertit: *vigorem et constantiam vitæ illius.* Cf. Euseb. H. E. v. 1. *ἀγῶνος μεγάλου τόνον ἐνεγκεῖν μὴ δυνάμενοι* et quæ annotavi ad iv. 11. (pag. 230.) Act. xviii. 28. Philipp. iii. 14. Cicer. Cat. maj. xi. *Intentum enim animum tanquam arcum habebat*, nec languescens succumbebat senectuti. Xenoph. Hier. ix. 6. Wetsten. *ad Luc.* xxiii. 10. HEIN.

9, 4. *ἦ μὴν σκαιᾷ νόσῳ*] Rufinus vertit *regio morbo.* Langus autem interpretatur *morbo sontico.* Christophorsonus *fœdo ac sævo morbo*, quod ad Rufini interpretationem propius accedit. Nam Rufinus per morbum regium, lepram intelligit, ut ex sequentibus apparet. Sic in libro x. cap. 25. de Eunomio loquens: *Vir corpore et anima leprosus, et interius exteriusque morbo regio corruptus.* Certe Gregorius Nyssenus in libro i. contra Eunomium pag. 307. leprosum illum fuisse testatur his verbis: *ὁ εἰσδύνων εἰς τὰς οἰκίας αὐτόκλητος, οὐδὲ τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀηδίαν τῇ καθ' ἑαυτὸν διαγωγῇ περιστέλλων, οὐδὲ τὴν φυσικὴν τῶν ὑγιαινόντων πρὸς τοὺς τοιούτους ἀποστροφὴν λογιζόμενος.* Quem locum non intellexit interpres, cujus versio ita emendanda est: *Qui non vocatus in ædes alienas irrepit, et morbi sui fœditatem domus propriæ secreto non tegit, nec animo reputat, quantopere sani hujusmodi viros aversentur.* Idem Rufinus in libro ii. adversus Hieronymum: *Nam quis est*, inquit, *qui cum morbo regio laboret, et de ipso capite et vultu ac vita periclitetur, magnopere clamet, quod non leve* παρωνύχιον *pedis, aut perfacilis ungulæ suæ offensa curetur?* Ita etiam Hieronymus in vita Hilarionis de Adriano loquens ejus discipulo, *post aliquantum temporis computruit morbo regio*, et in lib. i. adversus Rufinum sub finem. Idem tamen in libro de obitu Blasillæ lepram aperte distinguit a morbo regio: *Quid*

causæ est, ut sæpe bimuli, trimuli a dæmonio arripiantur, repleantur lepra, morbo regio devorentur? Et in epistola ad Pammachium de obitu Paulinæ: *hic debilitatus a parvo* (lego, *a lepra*) *non sibi mendicat stipem, ille putrefactus morbo regio, supervivit cadaveri suo.* VALES.

9, 5. *ὁ τῆς δίκης μέγας ὀφθαλμὸς* sc. *θείας* cf. paulo inferius verba: *τοῦ πάντων ἐφόρου Θεοῦ τρέσας τὴν ἀδιάδραστον δίκην* et locus egregius Isidori Pelus. epist. v. 368. Μέγας *καὶ ὀξυδερκὴς, καὶ ἀκοίμητος ὁ τῆς θείας δίκης ὀφθαλμός καὶ οὐ μόνον τὰ ἐν φανερῷ δρώμενα ἐφορᾷ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν παραβύστῳ τολμώμενα ἀνιχνεύει, καὶ τὰ τῆς καρδίας κινήματα καταλαμβάνει.* cf. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 533. Non minus insignis locus est Xenoph. Mem. i. 5. 17. *οἴεσθαι οὖν χρὴ καὶ τὴν ἐν παντὶ φρόνησιν τὰ πάντα ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι, καὶ μὴ τὸ σὸν μὲν ὄμμα δύνασθαι ἐπὶ πολλὰ στάδια ἐξικνεῖσθαι, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾷν κ. λ.* ibid. 18. *γνώσῃ τὸ θεῖον, ὅτι τοσοῦτον καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥσθ' ἅμα πάντα ὁρᾷν, καὶ πάντα ἀκούειν, καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι.* Cf. Homer. Odyss. viii. 285. Virg. Æn. xi. 725. sq. Iliad. x. 515. xiii. 10. xiv. 135. Ineptius autem Eusebius *ἠρέμει*, inquit, *ὀφθαλμός*. Sensus: At nec quievit ad ea, quæ facta erant, magnus et justus et oculis quasi cuncta perlustrans Deus. cf. Val. ad Eus. de laudibus Constantini c. xvii. p. 288. HEIN.

Ib. *καθ' ἑαυτῶν ἐπιορκοῦντες* Hujus loci sensum non intellexerunt interpretes. Ait igitur Eusebius, perjuros illos non adversus Narcissum, sed adversus semetipsos pejerasse. In quo alludere videtur ad illud quod legitur in psalmo, *Et mentita est iniquitas sibi.* Fraus enim plerumque recidere solet in caput ipsius, qui eam adversus alterum concinnavit. VALES.

Ib. *διαπεσόντος*] Nicephorus scintillam e lucerna exsiliisse dicit. Musculus vero et Christophorsonus eam in domum perjuri illapsam esse interpretati sunt, quasi cælitus decidisset. Quod Eusebius refutat his verbis, *ἐφ' ἧς κατέμενεν οἰκίας.* VALES.

11, 1. *Ἐπὶ τὴν—λειτουργίαν*] Cf. Euseb. vii. 32. Postea vero sancitum est Can. 23. concilii Antiocheni, *ἐπισκόπῳ μὴ ἐξεῖναι ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾷν ἕτερον ἑαυτοῦ διάδοχον, κἂν περὶ τῇ τελευτῇ τοῦ βίου τυγχάνῃ* cf. Can. Apost. 76. Neque vero

semper illud observatum esse exemplum Severi, qui in Milevitana ecclesia *successorem sibi designavit*, teste August. epist. 110. et ipsius Augustini, qui a Valerio adhuc superstite episcopus Hipponensis ordinatus est, et se Eradium successorem sibi designasse ipse testatur, docet. Hæc ex Bevereg. *annott. in can. Conc. Antioch.* p. 193. attulit Lowth. HEIN.

11, 2. ἐκ τῆς τῶν Καππαδοκῶν γῆς] Alexandrum in Cappadocia quidem episcopum prius fuisse ait Eusebius, sed nomen ipsius urbis non addit. Ego vero Flaviadis episcopum illum fuisse reperio. Sic enim scribitur in lib. v. juris Græco-Romani, ubi agitur de translationibus episcoporum. VALES.

Ib. τῶν—ἕνεκεν] Cf. Cyprian. epist. 75. HEIN.

Ib. μίαν τε φωνὴν] Christophorsonus et Musculus hic legerunt μιᾷ τε φωνῇ σαφεστάτῃ, etc. quam scripturam confirmat etiam Nicephorus. Sed nihil omnino mutandum videtur. Nam præter revelationem, ait Eusebius, vocem insuper quandam auditam esse. Ac meo quidem judicio optime Rufinus narrationem Eusebii, quæ minus plana est, correxit. Ait enim, revelationem quidem illam de Alexandro, Narcisso et aliis viris sanctis a Deo immissam fuisse, vocem autem ab omni populo auditam fuisse. Quod certe longe est probabilius. Rufinum ergo tantum abest ut in eo reprehendam, quod Eusebii sententiam mutavit, quin potius laudandum existimo. Est enim boni interpretis officium, ea quæ ab auctoribus perperam dicta sunt, leniter emendare, dummodo id citra periculum sententiæ et cum judicio fiat. VALES. Quæritur, Eusebius utrum ipse omnia ea vere evenisse crediderit, quæ miraculosa refert hoc capite. Jam vero equidem hoc si non certum, tamen probabilius puto, quam eum illa non credidisse. Nihil enim prorsus significavit, quod ut contrariam sententiam amplecterer, suadere posse videatur, imo ad ipsius Alexandri testimonium provocat. Neque vero certum est, quod censet Danz. p. 138, not. 55., Eusebium ea etiam quæ hoc capite 11. tradit, hausisse ab incolis Hierosolymorum, quos de Narcisso multa stupenda sibi narrare, a fidelibus continua successione, velut per manus sibi tradita, profitetur sane Eusebius supra cap. 9. ab init., quam ea quæ cap. 10. refert, ex illo fonte fluxisse, et quamvis sit certum, tamen Eusebius nec de iis, quæ cap. 9. attulit, se vel leviter dubitare significat, quod cum

non sit factum, longe probabilius esse existimo, eum, qui alias miracula sine dubitatione credidit (vid. quæ monui ad iii. 37. pag. 198. cf. de martyr. Pal. c. 4. 9.), vel illis locis eadem credidisse. Itaque non magis assentior Kestnero *de Eus.* p. 69. qui inde quod Eusebius c. 9. nihil addiderit, unde colligas eum illud mira quadam ratione factum fuisse credidisse, quod ibi legitur, ipse collegit, Eusebium illud ita evenisse haud putasse. At hoc nos non potest recte offendere, quia alias tam facile credidit Eusebius miracula, illud potest, quod nihil addidit, quo eum illa non credidisse appareat. Neque vero obstat cap. 8., ut putat l. l. Danzius, ubi Eusebius simpliciter narrat, Alexandrum ob insignem fidei Christianæ professionem ad episcopatum Hierosolymitanum fuisse promotum. Cf. Zimmermann. *opusc. theol. hist. et phil. argum.* t. i. p. 710. sqq. Benzel. *diss. de sectis eccl. orient.* p. 53. in *Syntagm. dissertt.* t. i. quos laudat ibidem Danzius. Nam vix postulari potest, ut ibi jam miraculosa referret Eusebius de Alexandro, quæ ipsi cap. 11. demum tradere visum est. Præterea cf. Danz. p. 31. not. 16. "*Quod objectum est Eusebio a pluribus, eum nimis laborare credulitate et nimio favore in res mirabiles, id quidem verum esse potest; sed nihil hac re efficitur contra veri falsique sensum, qui semper pro ratione temporum varie excultus est.*" Reuterdahl. *de fontt. hist. eccl. Eus.* p. 55. 6. 57. *De Narcisso*, inquit, *episcopo Hierosol.——plura traduntur, quæ Eusebio aliter, quam e catalogo episcopali cognosci potuerunt.* Ultimos autem Hierosolymorum antistites ex actis et litteris Eusebio innotuisse possunt, ibid. p. 56. 7. De ætate indicis Hierosolymitani, videtur ille sec. iii. factus, ibid. p. 56. 8. Cf. v. 12. (pag. 359.) HEIN.

11, 3. μετὰ κοινῆς τῶν ἐπισκόπων γνώμης] Hieronymus in catalogo et Nicephorus ipsum quoque Narcissum huic rei consensisse scribunt, quod procul dubio verum est. Invito enim episcopo adjutor dari non potest. Porro in hac Alexandri electione, duo contra ecclesiasticam regulam admissa sunt. Primum, quod ab uno episcopatu Alexander ad alium translatus est. Alterum, quod superstiti episcopo adjutor et coepiscopus est adjunctus. Atque hoc primum exemplum occurrit coadjutorum episcoporum. Quod licet postea vetitum fuerit in concilio Sardicensi, ni fallor, nihilominus iden-

tidem in ecclesia usurpatum est.[c] Porro Christophorsonus hunc locum aliter interpunxit, et post vocem *πράξαντες* virgulam apposuit, contra scriptorum codicum auctoritatem. VALES.

Ib. Ἀντινοεῖτας] Hos Stephanum Byz. Antinoenses vocare, eosdemque cives fuisse urbis Antonoïæ, ab Hadriano in honorem Antinoi in Ægypto conditæ, observavit Strothius. HEIN.

11, 4. *συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν*] Pessime hunc locum verterunt Rufinus et Christophorsonus. Recte autem Hieronymus, licet non ad verbum, interpretatur hoc modo: *Salutat vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eundem orationibus regit.* Hoc enim sibi vult Alexander, Narcissum in orationibus duntaxat, non in reliquo episcopali munere, sibi collegam fuisse. Quocirca addit, eundem Narcissum annos centum ac sedecim natum esse. Ex quibus apparet, Alexandrum non tam adjutorem quam episcopum in locum Narcissi, utpote jam decrepiti, factum fuisse, Narcissum vero nudum nomen episcopi atque honorem retinuisse. VALES.

11, 5. Ἀσκληπιάδης] Ad h. l. observat Stroth. *Uebersetz.* t. i. p. 425. not. 2. *Eusebius here records this affair too late; it occurred before the installation of Alexander at Jerusalem, and while Severus was yet emperor. Although Eusebius in his Chronic. places it in the year* 212. HEIN.

Ib. *κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἱρκτῆς*] Hanc epistolam scripsit Alexander fervente adhuc persecutione, cum esset in vinculis, necdum ad episcopatum Hierosolymorum adscitus, ut ex his verbis apparet. Hinc est, quod in inscriptione epistolæ appellat se vinctum Jesu Christi. Ex quo conficitur, male in chronico Eusebii Asclepiadis ordinationem conferri in annum primum Antonini Caracallæ. Nam Asclepiadis ordinatio contigit eodem tempore, quo Alexander ob Christiani nominis

[c] Aliud exemplum suppeditat ipse Eusebius H. E. vii. 32. ubi scribit de Anatolio et Theotecno: *σμικρόν τινα χρόνον ἄμφω τῆς αὐτῆς προὔστησαν ἐκκλησίας.* Sed falsum esse quod affirmat Valesius, patres Sardicenses demum studuisse morem illum abrogare, monuit Le Moyne in *Prolegomm. varr. sacr.* t. i. p. 115. qui laudat can. viii. Concilii Nicæni: *εἰ δὲ τούτῳ αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χορεπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.* HEIN.

confessionem in carcerem conjectus est. Id autem accidisse principatu Severi ipse Eusebius testatur in chronico. VALES.

Ib. *κατ' ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς*] Rectius Nicephorus: *κατ' ἀξίαν τῆς πίστεως, τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένον.* Quod sive ex libro, sive ex conjectura Nicephorus ediderit, omnino probum videtur. VALES. Minime. Imo recte puto *κατ' ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκ.* retinuisse Steph. Val. et Strothium, non solum quia hoc omnes exhibent codices, sed illud neque certe Eusebio est inconsuetum, ut aliquid referat eo, quo proprie referri commodo non potest. Exemplum nostro etiam insignius nobis ipso Eusebius suppeditat infra viii. 7. *ἑώρας γοῦν ἡλικίαν, οὐδ' ὅλων ἐτῶν εἴκοσι, δίχα δεσμῶν ἑστῶτος νέου* pro: *ἑώρας νέον ἡλικίαν ὄντα κ. λ.*, ut idem Eusebius supra dixit de Origene, *adolescentulum* vixdum vicesimum ætatis annum ingressum, interprete ipso Valesio. cf. iii. 36. *τὴν κατ' Ἀντιοχείαν αὐτῷ ποίμνην, ὡς ἂν γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν παρατίθεται*, ubi rectius dicendum erat *γνησίῳ κ. ἀγαθῷ ποιμένι.* Polycarpo enim tanquam *vero et bono pastori* Antiochenorum quasi grex pascendus tradebatur ab Ignatio, non hic cogitandus et describendus erat tanquam *ποιμήν.* Præterea de simili veterum loquendi ratione vid. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 835. 1. sq. Lobeck. *ad Soph. Ajac.* v. 9. Stroth. *Uebersetzung.* tom. ii. p. 266. not. 2. ad Euseb. V. C. ii. 52. Passim talia etiam apud Romanos scriptores inveniuntur. vid. Sueton. Claudius c. 29. *datorum officiorum codicillos*, pro datos off. cod., ubi cf. Ernestius. Satis igitur ex his a me disputatis sequitur, temere prætulisse Nicephori lectionem Val. et Strothium, magis vero etiam temere eam in textum adeo recepisse Zimmermannum. Recte autem locutum puto Euseb. H. E. iii. 29. ubi vid. not. (pag. 183.) neque rectius statueretur quædam hypallage vel quo alio illud nomine vocare malis quam Act. v. 20. xiii. 26. Rom. vii. 24. Cf. Winer. *neutest. Grammatik* p. 92. HEIN.

11, 6. *διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου*] De Clemente Alexandrino hic loqui Alexandrum putavit Hieronymus in Catalogo. Certe Clemens Alexandrinus usque ad Severi tempora vitam produxit, et in his regionibus peregrinatus est, ut ipsemet testatur in libro i. Stromatei. Sed et Alexandri episcopi familiaris fuit, cui etiam librum dicavit de ecclesias-

tica regula, seu adversus Judæos, ut scribit Eusebius infra cap. 13. VALES.

12, 1. Τοῦ μὲν οὖν Σεραπίωνος] Serapionis nomen Græci per ἀ efferre solent, quippe cum et Σάραπιν dicant quem Latini Serapin. Nec aliter unquam scribitur in codicibus Maz. Med. et Fuk. VALES.

Ib. ἐθελοθρησκείαν non accurate vertit Valesius *superstitionem*, melius certe Stroth. *zur jüdischen willkührlichen Religion.* Sed ἐθελοθρησκεία potius est cultus quidam Dei, cui quis se dedit cupidius et ita ut velit aliquid assequi illo cultu, quod velle non debet, scilicet singularem quandam pietatem i. e. cultus *voluntarius* et affectatus, in quo quis sibi mirifice placet, in quo ipsum cœlum, ut aiunt, digito attigisse sibi videatur. Ita mihi illud et similes voces cum verbo ἐθέλειν conjunctæ, quod per se significat studium acrius (vid. Buttmann. *Lexilogus* tom. i. p. 26. 11. cf. Matth. i. 19. ix. 13. 2 Cor. viii. 10. Jacob. i. 18. 1 Petr. iii. 10.), commodissime videntur posse ac debere explicari. Eodem igitur modo ἐθελοθρήσκεια dicitur Coloss. ii. 23. cf. v. 18. θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ. Rom. ix. 30. 31. x. 2. 3. Passow. *Lexic.* tom. i. p. 407. 1 Maccab. iv. 42. θεληταὶ νόμου 1 Tim. i. 7. Ælian. V. H. iv. 43. vi. 49. ἐθελάστειος i. e. qui justo cupidius et ita studet urbanitati, ut eam vel tunc velit ostentare, ubi rectius nolit i. e. qui urbanitatem quandam præ se fert affectatam, mollem, delicatam. Heliodor. vii. p. 390. ἐθελόσοφος i. e. qui quamvis maxime contendat, tamen non assequitur veram sapientiam. Nos similiter in vita quotidiana dicimus: *ein Gernegross.* Quamquam in aliis ejusmodi locutionibus minus inest invidiæ, et solum *velle* spectatur, ut in ἐθελοδουλεῖν, ἐθελοκακεῖν, ἐθελόκωφος. cf. Xen. Mem. iv. 1. 18. Anab. iv. 4. 10. v. 3. 9. Sed apud Epiphan. hæres. xvi. eodem malo sensu legitur ἐθελοπερισσοθρησκεία. Cf. Suicer. t. i. p. 1005. In nostro loco simul ipsa vox θρησκεία pejori sensu dicta videtur et fere idem quod sequens ἑτεροδόξους διδασκαλίας. Hesychius quoque θρῆσκος· ἑτερόδοξος. cf. Jacob. i. 26. Philo quod deterior potiori insidiari soleat p. 159. θρησκείαν ἀντὶ ὁσιότητος. HEIN.

12, 2. κατὰ Ῥωσσόν] Urbs est Ciliciæ, ad dextram intrantibus Issicum sinum, et alii quidem cum simplici σ scribunt,

inter quos est Stephanus de urbibus, et Theodoretus in religiosa historia, cap. 10. et 11. Corruptum est nomen hujus urbis apud Plutarchum in Demetrio, ubi Seleuci ac Demetrii colloquium refertur. *Καὶ παρούσης ἤδη φίλας τῆς γυναικὸς, αὐτῷ πρὸς Ὀροσσὸν ἀπήντησε Σέλευκος.* Item in 7. synodo actione 4. ubi hæc referuntur ex vita sancti Symeonis *ἐν Ῥώσῳ πόλει τῆς Κιλικίας.* VALES.

12, 3. *τὰ δὲ ὀνόματι*] Sic infra loquitur idem Serapion: *τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Πέτρου εὐαγγέλιον.* Hujus porro evangelii secundum Petrum, mentionem facit Origenes in commentariis in caput 13 Matthæi: *Fratres autem Jesu putant nonnulli, ex traditione Hebræorum, sumpta occasione ex evangelio quod titulum habet juxta Petrum, vel ex libro Jacobi, esse filios Joseph ex priore uxore quæ convixerat ipsi, antequam duceret Mariam.* VALES.

12, 4. *Μαρκιανὸς καί*] Scribendum videtur *Μαρκιανὸς, ὡς καὶ,* etc. Atque ita legerunt Rufinus et Musculus. Sed Christophorsonus videtur legisse *καὶ ὡς,* etc. Savilius in libro suo emendavit *καὶ πῶς ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο.* VALES.

12, 5. *τῶν ἀσκησάντων,* i. e. *ab iis qui continua exercitatione versaverant,* interprete Valesio. HEIN.

Ib. *χρησάμενοι*] Idem est quod mutuati, vel commodato usi. Ait enim Serapio, se evangelium illud Petri commodatum accepisse a successoribus quorundam hæreticorum qui *Δοκηταὶ* dicebantur, quorum hæresim sectabatur Marcianus. Nihil hoc loco viderunt interpretes. De Docetis hæreticis qui Christum non vere, sed opinione tantum incarnatum passumque esse dicebant, Clemens Alexandrinus in lib. vii. Stromatei, et Theodoretus in libro divinorum decretorum cap. 12. Hujus sectæ princeps fuit Julius Cassianus, ut docet Clemens in lib. iii. De his Methodius in convivio pag. 110. *ὡς ὁ Ἀρτεμᾶς καὶ οἱ δοκήσει αὐτὸν ἀποφηνάμενοι πεφυκέναι.* Eusebius in libro i. de ecclesiastica Theologia cap. 7. Hieronymus in cap. 1. et 4. epistolæ ad Galatas: *Subrepunt hoc loco ceteræ hæreses, quæ putativam Christi carnem vindicantes, deum aiunt Christum esse, non hominem.* Hujusmodi hæreticos Latini *phantasmatarios* vocarunt, teste Prudentio. Hieronymus in cap. 6. epistolæ ad Galatas, Tatianum hujus sectæ facere videtur auctorem. *Tatianus,* inquit, *qui putativam Christi carnem intro-*

ducens, omnem conjunctionem masculi ad feminam immundam arbitratur, etc. Sumpsit autem hanc loquendi formulam Hieronymus ex Tertulliano, qui initio libri de carne Christi ita dicit : *sed et qui carnem Christi putativam introduxit, æque potuit nativitatem quoque phantasma confingere, ut et conceptus et prægnatus et partus virginis et ipsius exinde infantis ordo, τὸ δοκεῖν haberentur.* Hieronymus adversus Joannem Hieros. p. 245. et ante illum Origenes in commentariis epistolæ ad Titum, ut refertur in apologetico Pamphyli. Vide P. Halloixium in vita Serapionis. VALES. Herm. Agath. Niemeyer. *Commentatio historico-theologica de Docetis.* Halæ, 1823. 4. HEIN.

12, 1. Στρωματεῖς] Rufinus interpretatur *opus varie contextum*, non male, ut equidem censeo. Sic Plutarchus στρωματεῖς historicos et poeticos scripserat, qui in indice librorum ejus recensentur. Sed et Origenes Clementis exemplo libros postea sic inscriptos elucubravit. Certe Eusebius ob multiplicem rerum varietatem ita inscriptos fuisse hos libros tradit in sequentibus, ubi etiam κατάστρωσιν πεποίηται dicit, alludens ad titulum librorum.[d] Porro hi Clementis libri adeo celebres exstiterunt, ut ab iis Clemens ipse Stromateus cognominatus sit. Ita Theodoretus in libris hæreticarum fabularum, Georgius Syncellus in chronico, et Nicephorus Callistus eum cognominant. VALES.

Ib. ἐκδοχάς] Langus *dictata* vertit. Musculus ad verbum *exceptiones.* Rufinus vero *expositiones.* Christophorsonus *commentarios in sacras scripturas* interpretatur. Sed nullus eorum proprietatem hujus vocis intellexit. Ἐκδοχαὶ sunt sensus et interpretationes sacræ scripturæ. Utitur hac voce Origenes in lib. iv. de principiis cap. 2. ubi de duplici sensu sacrarum scripturarum loquitur, literali scilicet ac spiritali. Ac primum quidem sensum seu intellectum, ait prodesse simplicioribus, ἀπὸ μὲν οὖν τῆς πρώτῆς ἐκδοχῆς καὶ κατὰ τοῦτο ὠφελούσης, ὅτι ἐστὶν ὄνασθαι, μαρτυρεῖ τὰ πλήθη, etc. Et paulo

[d] Hoc vertit Valesius : ex sacris litteris plurimos *insternit flosculos.* Aptius fortasse verbo *κατάστρωσις* esset : ex sacris litteris *quasi quædam emblemata intexit.* cf. Quinctil. Institt. ii. 4. Dionys. Hal. de compos. verbor. p. 302. ed. Schäfer. *οὐκ ἂν ἀηδὴς ὁ λόγος ἐγένετο, πολλοῖς ὥσπερ ἄνθεσι ποικιλλόμενος τοῖς ἐαρινοῖς.* HEIN.

post διήγησιν et ἑρμηνείαν pro eodem usurpat. Methodius quoque in libro de resurrectione ita usurpat apud Epiphanium pag. 535. et Dionysius Alexandrinus apud Eusebium in libro vii. p. 273. editionis nostræ. Porro de libris Clementis hypotyposeon, vide omnino quæ notavi supra ad caput 11. lib. v. Rufinus hoc loco *informationum* seu *dispositionum* libros interpretatur. VALES. Cf. vi. 8. (pag. 436. sq.) Viger. *ad Eus. præp. evang.* i. 10. p. 34. Optime vertit Vales.: *quæcunque ille a majoribus accepisset et traditiones quas posteris reliquisset, exponens.* HEIN.

13, 2. διαλέξεις π. ν.] Vid. Münter. *Versuch über die kirchlichen Alterthümer der Gnostiker* p. 64. sqq. HEIN.

Ib. πρὸς ὑπομονὴν εἰς τούς] Dudum conjeceram scribendum esse προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν πρὸς τοὺς, etc. Et sic in codice Regio scriptum postea inveni. In codice tamen Maz. Med. et Fuk. legitur εἰς ὑπομονὴν, ἢ πρὸς τοὺς, etc. quomodo legitur apud Nicephorum. Fuit igitur duplex titulus hujus libri. At Rufinus et Christophorsonus duos libros fecerunt. VALES.

Ib. Κανὼν ἐκκλησιαστικός] Similiter Hieronymus in catalogo Clementem scripsisse refert: *De canonibus ecclesiasticis, et adversum eos qui Judæorum sequuntur errorem.* Cf. Phot. biblioth. c. cxi. Danz. *de Euseb.* p. 90. sq. "*De argumento hujus libri altum silentium apud eos, qui patrum ecclesiasticorum scripta tractant, Caveum, Fabricium, al., quamvis ex ipso Clemente certiores de hac re fieri potuissent. Ita enim Alexandrinus Stromat. Lib. vi. p.* 803. *edit. Potter.* κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἡ συνῳδία καὶ ἡ συμφωνία νόμου τε καὶ προφητῶν τῇ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν παραδιδομένῃ διαθήκῃ——— *Voluit igitur Clemens hoc libro docere eos, qui Legis et prophetarum doctrinam non diversam solum sed etiam superiorem fide Christiana æstimabant i. e. Judaizantes, bene convenire inter se V. et N. T. scriptores.*" Præterea conjecit Beveregius *annot. in can. Apost.* lxxxv. p. 40. in hoc ipso Clementis libro canones apostolicos qui olim ecclesiastici dicti sint et in quibus etiam multa contra Judæos decernantur, primo collectos fuisse ac divulgatos. HEIN.

13, 4. ὡς καὶ αὐτοῦ] Id est ad verbum: *qui et ipse de temporum ratione scripsit.* His autem verbis inductus Rufinus,

non Cassianum modo, sed etiam Tatianum chronica scripsisse existimavit. Quod tamen verum non puto. VALES.

Ib. Ἀριστοβόλου] Nostri codices omnes et Nicephorus habent Ἀριστοβούλου. Hic est Aristobulus philosophus Peripateticus, qui ad Ptolemæum Philometorem libros explanationum legis Mosaicæ scripsit, ut tradit Eusebius in chronico. Ex his fragmentum affert Eusebius in libro viii. præparationis. Ejusdem meminit Origenes in libro iv. contra Celsum p. 204. VALES.

14, 1. Ἐπιτετμημένας διηγήσεις] Langus vertit *compendiosam enumerationem*. Musculus vero *contractas explicationes*. Atque ita fere Christophorsonus.[c] Rufinus quoque qui libros illos Clementis aut legerat, aut legere potuerat, ita interpretatur: *In libris vero hypotyposeon, id est, informationum, ut breviter dicam, universam pariter divinam scripturam compendiosis dissertationibus explicavit.* Διηγήσεις igitur idem est quod ἐξηγήσεις vel διεξηγήσεις. Photius certe in bibliotheca de illis Clementis libris loquens, eo verbo utitur: *αἱ μὲν οὖν ὑποτυπώσεις διαλαμβάνουσι περὶ ῥητῶν τινῶν τῆς τε παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς, ὧν καὶ κεφαλαιωδῶς, ὡς δῆθεν, ἐξήγησιν τε καὶ ἑρμηνείαν ποιεῖται.* Infra cap. 18. διηγούμενος ponitur pro ἐξηγούμενος. Et apud Origenem in lib. iv. contra Celsum de Numenio. Et in Philocalia capite 1. et alibi sæpissime. VALES.

Ib. τὰς ἀντιλεγομένας] Male Rufinus vertit *apocrypha*. Magnum enim discrimen est inter apocryphos libros, et eos quorum ambigua est inter scriptores auctoritas. Nam apocryphi palam falsi sunt, et ab hæreticis ut plurimum conficti. Eusebius in lib. iv. cap. 22. de Hegesippo: *καὶ περὶ τῶν λεγομένων γε ἀποκρύφων διαλαμβάνων, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρόνων πρὸς τινῶν αἱρετικῶν ἀναπεπλάσθαι τινὰ τούτων ἱστορεῖ.* Hieronymus in lib. ii. adversus Rufinum: *Apocrypha*, inquit, *ecclesia non recipit.* Libri vero ἀντιλεγόμενοι, a quibusdam veri, a quibusdam pro falsis habiti sunt. Inter ἀντιλεγομένας scripturas Eusebius, tum hoc loco, tum in præcedenti capite recenset epistolam Judæ et reliquas alias catholicas, item epistolam Barnabæ, quas tamen nemo inter apocryphas scripturas merito recensuerit. Apocalypsim quidem Petri inter apocry-

[c] Cf. Euseb. H. E. ii. procem. not. (pag. 57) HEIN.

phos libros censeri posse non diffiteor, cum Hieronymus in catalogo diserte affirmet, librum hunc inter apocryphas scripturas reputari. Verum libri illi quos supra memoravi, non sunt hujusmodi. Cyrillus tamen Hierosolymitanus catechesi 4. apocryphos libros cum dubiis videtur confundere. Duo namque genera facit librorum sacrorum. Alios ait esse *ὁμολογουμένους*, alios *ἀμφιβαλλομένους,* quos apocryphos etiam appellat. VALES.

Ib. *καὶ τὰς καθολικάς*] Codex Maz. Med. et Fuk. vocem addit hoc modo: *τὰς λοιπὰς καθολικάς*. Porro *catholicæ* dictæ videntur epistolæ, quod non ad certas personas aut urbes et provincias scriptæ sint, sed pleræque ad gentes integras, et ad universam ecclesiam Dei. Sic Themison quidam ex Montani sectatoribus, ausus est aliquando catholicam epistolam instar apostoli scribere ad universas ecclesias, ut scribit Apollonius apud Eusebium in lib. v. Epistolas quoque Dionysii Corinthiorum episcopi catholicas vocat Eusebius in lib. iv. quæ scriptæ erant ad civitates. VALES.

Ib. *τὴν Πέτρου ἀποκάλυψιν*] In excerptis ex Theodoto, quæ post Clementis *στρωματεῖς* edita sunt, citatur apocalypsis Petri pag. 348. editionis Commelini, item *κήρυγμα* seu prædicatio pag. 350. Ex quo apparet verissimum esse id, quod supra annotavi ad cap. 11. lib. v., hæc excerpta nihil esse aliud quam fragmentum hypotyposeon Clementis. VALES.

14, 2. *μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, Παῦλος ἀπόστολος*] Idem scribit Hieronymus in cap. 4. epistolæ Pauli ad Galatas, et in epistola ad Hebræos ait, propterea Paulum solita consuetudine, nec nomen suum, nec apostoli vocabulum præposuisse, quia de Christo erat dicturus: *Habentes ergo principem sacerdotum, et apostolum confessionis nostræ Jesum*, nec fuisse congruum, ut ubi Christus apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus apostolus poneretur. VALES.

14, 4. *ἀνέκαθεν* h. l. de tempore dicitur eodem modo quo i. 2. ii. 3. iv. 5. v. 11. *Ἑβραῖος ἀνέκαθεν*, ab ultima origine Hebræus, ut vertit Valesius. Sed ita etiam Atticos illa voce uti, recte negant Thomas M. s. v. *ἄνωθεν* et Phrynichus, ad quem vid. Lobeck. p. 270. (cf. Plutarch. Theseus c. xxxiii. *Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες διὰ τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθαι· τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Ἀττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, καὶ*

ἀνέκαθεν, τὸ ἄνωθεν), male affirmant Abreschius, Sallierius et Orellius ad Nicol. Damasc. in supplement. nott. p. 71. Cf. Valckenar. *ad Herodot.* i. 170. v. 55. vi. 35. Dorville *ad Chariton.* p. 474. Schäfer. *ad Lamb.* B. p. 481. Maittaire *de ling. Græc. diall.* p. 110. A. B. ed. Sturz. HEIN.

Ib. *πόρρωθεν*] Pro hac voce Nicephorus substituit *ἐκ πολλοῦ*, et cum sequenti verbo conjunxit hoc modo: *καὶ ἐκ πολλοῦ μεμνημένον.* VALES.

14, 5. *προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι*] Ita legitur in omnibus libris, et apud Nicephorum. Christophorsonus tamen audacter mutavit, quia scilicet evangelicæ auctoritati hæc adversari videbantur. Sed et Eusebius ipse id aliter retulit supra in lib. ii. cap. 14. Illic enim diserte scribit, Petrum cum evangelium rogatu fratrum qui Romæ erant, a Marco conscriptum esse didicisset, propenso illorum studio magnopere delectatum esse, et evangelium illud prout ipsi revelatum fuerat, confirmasse, sanxisseque ut in ecclesiis legeretur, idque ita relatum esse scribit a Clemente in lib. vi. hypotyposeon, cui subscribit Papias Hierapolitanus. Hic vero Clementis verba ex eodem libro referens Eusebius, aliter eum loquentem inducit. Verum si rem attentius consideremus, hæc inter se non pugnant. Ait enim Clemens, Petrum cum evangelium a Marco scriptum editumque esse cognovisset, palam nec vetuisse, nec laudasse. Rem igitur tacito consensu comprobavit. Atque ita conciliandasunt hæc duo loca, quæ Christophorsonus inter se pugnare existimavit. Sed et Rufinus eundem sensum secutus est, cum ita vertit: *Cumque factum Petrus postmodum cognovisset, licet fieri ipsum non jusserit, tamen factum non prohibuit.* Non potuit melius exprimi Clementis locus. Porro in Græco scribendum videtur *προφανῶς*, non autem *προτρεπτικῶς*. Fortasse autem Papias apertius locutus fuerat quam Clemens, et Marci evangelium a Petro confirmatum fuisse dixerat. VALES. *προτρεπτικῶς* exhibet præter MSS. omnes et Niceph., Stephanus et retinuit Strothius. Sed hic ipse Valesii conjecturam probans: *Certe*, inquit, *προτρεπτικῶς alienum et ex sequente προτρέψασθαι ortum videtur.* Christophorsonus contra totum locum, ut animadversum, refinxit. Jam vero equidem re diutius perpensa locum puto esse sanum et duobus modis illud *προτρεπτικῶς*, quod quomodo ex *προφανῶς*

vel προτρέψασθαι ortum sit, in majori sua difficultate profecto vix apparet, posse defendi. Primum credere possimus Eusebium, ut sæpius lusus verborum solet aucupari, h. l. etiam quæsivisse ejusmodi lusum in illis προτρεπτικῶς et προτρέψασθαι, ita ut illud improprie dictum, sit idem quod: *studiose*, significatione sane verbi insolentiori, sed quam Eusebius facile posset ei tribuere, hoc proprie accipiendum significet: *adhortari.* Atque ita vertit ipse Strothius: *Wie Petrus dieses erfahren, habe er es weder geflissentlich gehindert, noch auch ihn dazu* (scil. *geflissentlich*) *aufgemuntert.* Hoc modo illud προτρεπτικῶς minime esse alienum, nemo facile negabit, atque ipsum Strothium, quo magis idem censuisse videatur, eo rectius, in editione sua Græca nihil plane hac de interpretatione retulisse, mirabimur. Atque hæc ipsa loci tuendi ratio mihi quidem videtur optima. Quamquam haud scio an vel alio modo illud προτρεπτικῶς defendi possit. Quod si ad solum sequens pertinet προτρέψασθαι, poterit sane haud negari, non solum Eusebium illam vocem loco posuisse alieniori, sed ipsum illud verbum satis esse supervacaneum et alienum. Sed quod non ante προτρέψασθαι posuit προτρεπτικῶς Eusebius, quamvis cum illo tantum sit conjungendum, illud fecisset ex more ipsi fere solenni verba trajiciendi, ut pluribus locis commentarii sui animadvertit Valesius. Vid. Euseb. H. E. iv. 17. (pag. 276.) 5. 12. Quod vero sine necessitate usus est illo vocabulo, cum vel pleonasticum nostri scribendi genus etiam obiter legentibus non possit non apparere (cf. ii. 14. pag. 91.), non magis mirum fortasse videretur. Cf. iv. 15. προθύμως μετὰ σπουδῆς. vi. 2. 8. vi. 10. μειζόνως μᾶλλον. iii. 27. ἀρνητέας ἡγοῦντο εἶναι δεῖν (cf. 2 Corinth. vii. 13.), vi. 3. τὰς φωνὰς φυλακτέας ᾤετο εἶναι δεῖν. x. 7. vi. 45. σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν ex epistola Dionysii Alexandrini, ubi tamen rectius vertisse puto Strothium: *So rette, rette doch deine eigene Seele*, quam Valesium: *tuam ipse animam serva*, pro: *cura ut serves.* vid. Winer. *neutest. Gramm.* p. 141. 3. p. 167. sq. cf. Fischer. *ad Weller.* vol. iii. P. 1. p. 422. Beier. *ad Cic. de Offic.* i. 12. p. 94. Kuinoel. *ad Actor.* vii. 35. p. 266. xiii. 45. p. 479. ed. ii. Justinus M. autem apud eundem Euseb. H. E. iv. 18. ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκλεξάμενοι—ἐξεπέμψατε. Contra Act. xv. 22. ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις—ἐκλεξαμένους ἄνδρας

ἐξ αὐτῶν πέμψαι simpliciter scripsit Lucas. cf. Euseb. V. C. iii. 6. τῆς τοῦ τοσούτου βασιλέως ὀψέως ἡ θέα. H. E. v. 1. ἀντεῖπε τοῖς βλασφήμοις φήσασα. Itaque hæc ipsa exempla jam sufficiant ad illud, quod sumpsi, probandum. Accedit autem, quod vel apud optimos et probatissimos scriptores Græcos perinsignes ejusmodi et similes inveniuntur pleonasmi, quorum satis largam copiam congessit Lobeck. *ad Phrynich.* p. 753. sqq., unde certe nonnullos, qui locum nostrum magis etiam videantur illustrare, delibare placet. Ita Demosthen. epitaph. 1399. ἄξια τούτοις ᾤετο δεῖν προσήκειν ποιοῦντες ὀφθῆναι (cf. locus laudatus Euseb. H. E. vi. 3. Schäfer. *ad Dionys. H. de comp. verb.* p. 65.), ubi sine causa vel δεῖν vel προσήκειν ejiciendum putabat ipse Wolfius. Porro ἐν δίκῃ—δικαίως habet Aristoph. Thesm. v. 430. τὰ σκεύη παραδόντες τοῖς ἀκολούθοις δῶμεν σώζειν Pac. v. 730. κατὰ φύσιν οὕτω πέφυκε Alex. Athen. x. 17. 39. cf. Euseb. H. E. vii. 32. τὴν φύσιν δὲ ἄλλως εὐνοῦχος, οὕτως πεφυκὼς ἐξ αὐτῆς γενέσεως. Quamquam ibi fortasse φύσις et γένεσις recte potest discerni. Vid. quæ ibi annotavi. Sed Lobeckius l. l. præterea attulit Eurip. Bacch. v. 896. φύσει πεφυκὸς et ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἀληθῶς ex Plat. Laches. p. 183. D. His ipse addo hæc: Ælian. V. H. ii. 10. ἰδόντα — ἰδεῖν xii. 22. θεασάμενος — ἰδεῖν. Thucyd. vii. 42. εἰ πέρας μηδὲν ἔσται σφίσι τοῦ ἀπαλλαγῆναι τοῦ κινδύνου. Plat. Legg. iii. p. 657. B. ἡ τῆς—λυπῆς ζήτησις τοῦ—ζητεῖν. cf. Voigtländer. *ad Lucian. diall. mortt.* p. 39. sq. not. b. 2 Cor. ii. 16. ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον—ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν, ubi non magis vera sit Semleri opinio, vel θανάτου et ζωῆς vel εἰς θάνατον et εἰς ζωὴν pro aliorum additamento habentis, quam Emmerlingii in singulari de h. l. commentatione ὀσμὴ θανάτου interpretantis per: *odor gravis, fœtidus* (*widrig*), ὀσμὴ ζωῆς *odor suavis.* Nam certe ex locis Eccles. x. 1. 2. Reg. iv. 40. illa significatio non potest probari. Hinc potius pleonastice locutum puto Paulum. cf. 1 Cor. x. 16. Chrysost. tom. vi. p. 276. E. οὐ διέλιπον πολλάκις συνεχῶς—παραινῶν. Plat. Legg. 11. p. 920. B. ἃ προτροπὴν ἔχει—πρὸς τὸ προτρέπειν. Matthiæ. *ausfürliche griechische Grammatik* p. 1310. sq. Erfurdt. *ad Sophocl. Œdip. T.* v. 65. HEIN.

Ib. προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων] Hieronymus in præfa-

tione commentariorum in Matthæum de Joanne loquens, sic ait: *Ecclesiastica narrat historia, cum a fratribus cogeretur ut scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto jejunio in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto, revelatione saturatus, illud procemium e cœlo veniens eructavit.* VALES. Cf. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archäologie* tom. viii. p. 55. Lücke *Commentar über die Schriften Johannis* t. i. p. 132. sqq. HEIN.

14, 7. Ἀδαμάντιος] Similiter Didymus Grammaticus dictus est χαλκέντερος ob indefessam in scribendo patientiam et assiduitatem, quasi ænea intestina habens. vid. Erasmi Chiliadd. Ammian. xxii. 42. cf. Lactant. Institt. div. i. 22. 19. HEIN.

Ib. ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ] Hunc Origenis adventum in urbem Romam Baronius confert in annum Christi 220. qui erat annus 1. Imp. Eleagabali. Eusebius tamen Origenem Romam venisse scribit regnante Caracalla. Sed ut hoc Baronio concedamus, illud minime ferendum est, quod ibidem ait, Origenem Adamantium iterum Romam venisse principatu Philippi imp. anno Christi 248. Nam Eusebius qui res gestas Origenis in hoc libro accuratissime pertexuit, nullam secundi hujus adventus mentionem facit. Immo ex Eusebio contrarium colligi videtur. Scribit enim Eusebius, Origenem de fidei suæ professione literas dedisse ad Fabianum Romæ urbis episcopum. Non igitur Romam venit Origenes ad Fabianum, ut vult Baronius, sed tantum literas ad eum misit. Quod vero ex Porphyrio in vita Plotini id hausisse sibi videtur Baronius, in eo longe fallitur. Neque enim de Origene Adamantio loquitur illic Porphyrius, sed de altero Origene, Plotini et Herennii condiscipulo, qui ab Origene Adamantio distinguendus est: ut paulo post demonstrabimus. VALES. Cf. quæ animadverti ad Euseb. H. E. v. 24. (pag. 412. sq.) HEIN.

16, 1. Ἡ ἐξέτασις] Suidas in v. Ὠριγένης. Apud eundem mox totus desideratur στίχος ubi etiam pro ultimis vocis ἐμφερομένας syllabis legit μόνας ita: ἡ ἐξέτασις ὡς μόνας πρωτοτύπους αὐτοῖς κ. λ. HEIN.

Ib. πρωτοτύπους γραφάς] *Authenticas* verti. Sic enim Latini

vocant, ut pluribus exemplis docuit Brissonius in Lexico. Porro Eusebius Hebraicos s. scripturæ codices idcirco authenticos vocat, non quod revera essent primivitum exemplar et autographum ab Esdra conscriptum, sed *authenticos* appellat, comparatione facta cum Græcis editionibus tam septuaginta interpretum quam aliorum. VALES.

Ib. A verbis καί τινας κ. λ. Steph. jam cap. xvii. inchoat. Longe aliter quoque legitur ille locus apud Grut. et Ion. ita: καί τινας ἑτέρας κατασκευαζομένας ἑρμηνείας κ. λ. Cph. autem καί τινας ἑτέρας τὴν Ἀκύλου plane omissis intermediis. HEIN.

Ib. Ἀκύλου—Θεοδοτίωνος] Videntur Aquilas, Symmachus et Theodotion Eusebio ex Origene potissimum noti fuisse. cf. vi. 17. v. 8. Reuterdahl. *de fontt.* p. 67. HEIN.

16, 2. ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει] In tribus optimis exemplaribus Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni πρὸς Ἀκτίοις. Atque ita scripserat Athanasius, seu quis alius auctor synopseos sacrarum scripturarum, ἕκτη ἑρμηνεία ἐστὶν ἡ ἐν πίθοις εὑρεθεῖσα καὶ αὐτὴ κεκρυμμένη ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμμαίας παιδὸς, ἐν Νικοπόλει τῇ πρὸς Ἀκτίοις ὑπό τινος τῶν Ὠριγένους γνωρίμων. Nec tamen eam scripturam probo, cum Ἄκτια Græce dicantur ludi Actiaci, Nicopolis autem ipsa non a ludis nomen acceperit, sed a promontorio ad quod sita erat, appellata fuerit Nicopolis ad Actium. Hieronymus in epistola ad Damasum, interpretationem homiliarum Origenis ei nuncupans, non sextam, sed quintam editionem in Actio litore ab Origene repertam esse scribit. VALES.

Ib. ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην] Lego οὐ μόνον πέμπτην καὶ ἕκτην, ἀλλὰ καὶ ἑβδόμην, prorsus necessaria, ut mihi videtur, emendatione. Cum enim antea locutus sit Eusebius de quinta et sexta editione ab Origene reperta, hoc amplius addit, etiam septimam in hexaplis psalmorum exemplaribus ab Origene positam fuisse. Septuplex igitur fuit psalmorum editio. Verum cum hæc septima editio psalmos tantum haberet, ideo Origenes titulum editionis suæ, ἑξαπλῶν scilicet, non immutavit. Porro emendationem et expositionem nostram plane confirmat Joannes Zonaras in historia imp. Severi ita scribens de Origene: καὶ τῶν ταύτας ἑρμηνευκότων συναγαγὼν τὰ συγγράμματα, τῶν ἑβδομηκοντὰ δύο δηλαδὴ, τοῦ τε Ἀκύλου, καὶ τοῦ Συμμάχου, καὶ τοῦ Θεοδοτίωνος, καὶ δύο ἄλλων ἀνωνύμων ἑρμη-

νέων (ἠγνόηται γὰρ τὰ ἐκείνων ὀνόματα), ἐφιλοπόνησε τὰ τῶν ἐξαπλῶν λεγομένων συγγράμματα· ἐν δὲ τοῖς ψαλμοῖς καὶ ἑβδόμης μέμνηται ἑρμηνείας, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης. Id est: *Collectis voluminibus eorum qui scripturas Hebraicas Græce interpretati fuerant, duorum scilicet ac septuaginta seniorum, Aquilæ item ac Symmachi, Theodotionis et duorum aliorum, quorum nomina ignorantur, editionem hexaplorum elaboravit. In psalmis vero etiam septimæ interpretationis meminit, quam Hierichunte repertam esse dicit.* Non potest melius scholium afferri ad expositionem Eusebii, quam hic Zonaræ locus.[f] Sed quod addit Zonaras, septimam editionem Hierichunte repertam fuisse, id Eusebius aperte non dicit. Epiphanius quidem in libro de ponderibus, et Athanasius in synopsi aiunt, quintam editionem Hierichunte in dolio repertam fuisse. Nicephorus vero sextam simul ac septimam editiones Hierichunte inventas esse existimavit. Ceterum etsi auctores quintæ ac sextæ editionis ignorantur, Judæos tamen illos fuisse constat. Ita certe Hieronymus in lib. ii. adversus Rufinum: *Magnis, ut scio, sumptibus redemisti Aquilæ et Symmachi et Theodotionis quintæque et sextæ editionis Judaicos translatores.* Scio Claudium Salmasium in libro de lingua Hellenistica pag. 159. negasse, quintam et sextam editionem ab Hieronymo usquam nominari. Sed refellitur tum ex loco Hieronymi quem supra citavi, tum ex ejusdem libro de scriptoribus ecclesiasticis cap. 54. Idem in commentariis ad cap. 1. Sophoniæ, quintam editionem nominatim citat, et in lib. i. in Habacuc sub initium. Præterea in epistola ad Damasum, quam præfixit interpretationi homiliarum Origenis in cantica canticorum. Sed et in epistola ad Vincentium et Gallienum, interpretationem Eusebiani chronici eis nuncupans, ita dicit: *Quinta autem et sexta et septima editio, licet quibus censeantur auctoribus, ignoretur, tamen ita probabilem sui diversitatem tenent, ut auctoritatem sine nominibus meruerint.* Et in commentariis in epistolam Pauli ad Titum cap. ult. *Nonnulli vero libri, et maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quam quintam et sextam et septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas.* VALES.

[f] Refragatur Str., cum lectionem vulgatam præter omnes codd. teneant Nic. Suid. HEIN.

16, 3. διελών τε πρὸς κῶλον] Male Christophorsonus vertit: *Columellis inter se distinxit.* Cola sunt versus seu membra sensum integrum absolventia. Hieronymus in præfatione ad libros Paralipom. *Et quod nunc verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras et silvam nominum quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque labyrinthos, per versuum cola digererem.* Idem in præfatione in Josue: *Monemusque lectorem, ut silvam Hebraicorum nominum et distinctiones per membra divisas diligens scriptor conservet, ne et noster labor et ipsius studium pereat.* Sed et in præfatione in translationem Esaiæ testatur se translationem suam per cola seu versus distinxisse: *Nemo, cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, et aliquid simile habere de psalmis, et operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene et in Tullio fieri solet, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versibus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo scribendi genere distinximus.*[g] Eadem quoque dicit in præfatione in Ezechielem. Primus igitur apud Latinos Hieronymus interpretationem suam per versus distinxit, imitatus Origenem, qui in hexaplis idem præstiterat. Porro Origenes in eo maxime consuluit legentium utilitati. Nam quæcumque per versus distincta sunt, ea facilius tum intelliguntur, tum memoriæ mandantur. Adde quod ad Græcas editiones inter se comparandas prorsus necessaria fuit hujusmodi distinctio. Exemplum Origenis secuti sunt postea complures, et in novo testamento idem præstiterunt, quod ille prius fecerat in vetere instrumento, ut testatur Hesychius Hierosolymitanus in libro quem inscripsit στιχηρὸν duodecim prophetarum. Quem quidem librum ideo sic inscripsit, quod ad marginem singulorum versuum apposuerat expositionem locorum difficilium, quod παρατίθεσθαι et παράθεσιν ipse vocat. Verba Hesychii sunt hæc: ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ πρὸς τὴν τῶν μελετωμένων σαφήνειαν, τὰς προφητείας ἐκτίθεσθαι, etc. Quæ Latine ita reddidimus: *Libros propheticos majoris perspicuitatis causa per versuum cola dividere, vetus inventum est sanctorum patrum.*

[g] Cf. Dathe *de ordine pericoparum biblicarum non mutando dissert. philologico-critic.* §. xxiii. p. 47. sq., Lipsiæ, 1769. HEIN.

Nam initio sine ulla distinctione legebantur. Postea vero viri docti et sacrarum literarum studiosi, majoris, ut dixi, perspicuitatis causa, hujusmodi versuum distinctionem excogitarunt. Ita prophetarum libri ab illis editi sunt. Sic Davidis psalmi, sic proverbia et ecclesiastes et canticum canticorum. Sic liber Jobi per versus distinctos reperitur. Sed et librum apostolicum, id est, Actus et Epistolas apostolorum, hoc modo ab aliquibus descriptum inveni. Subjungit deinde Hesychius hæc verba: ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ μὲν τῶν ἀσαφῶν ἡ τῶν στίχων σαφηνίζει διαίρεσις. Ubi στίχους vocat quæ κῶλα dicere debuisset.[h] Sciendum porro libros illos qui per cola scripti erant et commata, nullas distinctiones seu interpunctiones habuisse. Cola enim et commata distinctionum vicem præstabant, ut docet Cassiodorus in præfatione divinarum lectionum, his verbis: *Illud quoque credimus commodum, sanctum Hieronymum simplicium fratrum consideratione pellectum, in prophetarum præfatione dixisse, propter eos qui distinctiones non didicerant apud magistros secularium litterarum, colis et commatibus translationem suam, sicut hodie legitur, distinxisse. Quod nos quoque tanti viri auctoritate commoti sequendum esse judicavimus, ut cætera distinctionibus ordinentur. Ista vero sufficiant simplicissimæ lectioni, quæ supradictus vir, sicut dictum est, ad vicem distinctionum colis et commatibus ordinavit, ne supra judicium tanti viri vituperabili præsumptione venisse videamur.* Idem in cap. 15. lib. i. ita loquitur: *Sed ut his omnibus addere videaris ornatum, positurus quas Græci* θέσεις *vocant, id est puncta brevissima pariter et rotunda et planissima, ut in præfatione jam dictum est, singulis quibusque pone capitibus, præter translationem sancti Hieronymi, quæ colis et commatibus ornata consistit.* VALES.

Ib. καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις] Supra monuimus, quid primum ab Origene præstitum sit in hexaplorum editione, quod singulas interpretationes per versuum cola distinxit. Itaque versuum distinctio quam hodie in septuaginta seniorum interpretatione cernimus, Origenis inventum est. Secundum Origenis inventum est, quod interpretationes illas e regione sibi invicem opposuit, ut si forte alter ab altero dissentiret,

h Cf. Vales. ad i. 1. HEIN.

uno statim intuitu posset agnosci. Docet id Hieronymus in præfatione ad Chromatium in librum paralipomenon his verbis: *Et certe Origenes non solum exempla composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur.* Et Epiphanius quidem singulas versiones in singulis paginis dispositas fuisse dicit, quem secutus est Nicephorus. Rufinus vero in hujus loci interpretatione, non paginas sed *columellas* dixit, quod eodem recidit. Certe idem Rufinus in lib. ii. adversus Hieronymum *paginas* et *columellas* pro eodem sumit: *Voluit Origenes nostris ostendere, qualis apud Judæos scripturarum lectio teneretur,* etc. *in propriis paginis vel columellis editiones eorum singulas quasque descripsit, et ea quæ apud illos sunt addita, vel decerpta, certis quibusdam notis additis ad versiculorum capita designavit.* Malim tamen *columellas* dicere quam *paginas,* cum in una pagina plures fuerint columnæ. VALES.

Ib. μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως] Hic locus non parvam habet difficultatem, quem Musculus quidem ad verbum ita transtulit: *His autem cunctis in unum corpus compactis divisisque per colon, et invicem inter se una cum Hebræorum annotatione oppositis, exemplaria nobis quæ hexapla dicuntur, reliquit.* Christophorsonus vero ad sensum magis quam ad verbum interpretatus est hoc modo: *Atque ipsas in unum volumen omnes redigens, columellis inter se distinxit, et alteram alteri ex adverso, una cum exemplari Hebræorum opposuit.* Dionysius autem Petavius in animadversionibus ad librum Epiphanii de ponderibus, hunc Eusebii locum ita vertit: *Has omnes editiones in unum conjiciens, et per columellas dividens, ac sibi invicem opponens, cum Hebraica ipsa significatione, hexaplorum nobis exemplaria reliquit.* Sed hæc postrema interpretatio, quod pace viri doctissimi mihique quondam amicissimi dictum sit, ferri omnino non potest. Neque enim Eusebius dixit: μετὰ τῆς Ἑβραίων σημασίας, sed σημειώσεως. Est autem σημείωσις proprie *adnotatio.* Sic in lib. v. cap. 20. χαριεστάτην σημείωσιν Irenæi vocat, notationem quam Irenæus sua manu apposuerat ad finem libri sui. Σημειώσεις quoque inscribebantur libri Origenis quos in Leviticum et in Numeros scripserat, quæ ab Hieronymo et Rufino excerpta appellantur.

Hi libri nihil aliud erant quam notationes seu breviores commentarii non in totum librum continuo scripti, sed in quædam duntaxat loca quæ expositione opus habere videbantur. Unicum hodie fragmentum superest horum Origenis librorum in c. 26. Philocaliæ, *ἐκ τῶν εἰς τὴν ἔξοδον σημειώσεων*. Verum hæc vocis hujus significatio quem hic locum habere possit, non satis video. Nicephorus quidem cum hanc vocem non intelligeret, ejus loco *παρασημείωσιν* posuit. Quod tamen non multo clarius est. Epiphanius vero in hæresi Origenistarum cap. 3. *παραθέσεις* pro eodem usurpat, *ὡς εἶναι μὲν ταῦτα καὶ καλεῖσθαι ἑξαπλᾶ, ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑρμηνείας, δύο ὁμοῦ παραθέσεις τῆς Ἑβραϊκῆς φύσει δι' Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν στοιχείων*. Hieronymus in epistola ad Titum de hexaplis: *In quibus*, ait, *et ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta, et Græcis litteris tramite expressa vicino.* Eusebius ergo *σημείωσιν* vocat Hebraicum textum, eo quod prænotatus esset ac præfixus sex Græcis interpretationibus, perinde ac in commentariis verba scriptoris præfigi solent expositioni. Nam *σημείωσις* non solum *expositionem* significat, verum etiam *textum cui adhibetur expositio.* Ita *σχόλια* veteres dicebant loca excerpta ex aliquo scriptore, quibus subjecta erat adnotatio, ut observavi ad librum quartum. VALES.

Ib. *Ἑξαπλῶν ἀντίγραφα*] Ex hoc loco aperte convincitur, hexapla dicta esse eo quod sex interpretationes Græcæ in iis continerentur præter Hebraicum textum, qui quidem in duabus paginis duplici modo perscriptus erat, in altera quidem Hebraïcis, in altera vero Græcis litteris. Idem diserte scribit Epiphanius in hæresi Origenistarum cap. 3. Et certe ratio ita suadet. Nam ut *tetrapla* dicta sunt, quod quatuor Græcas interpretationes in unum collectas haberent, sic etiam *hexapla* appellata sunt, quod sex Græcas versiones complecterentur, Aquilæ videlicet et Symmachi et septuaginta interpretum ac Theodotionis, quintam denique et sextam interpretationem. Hebraïcus autem textus, cum ipsum authenticum esset exemplar, inter versiones numerandus non fuit [i]. Quare

[i] Vid. Epiphan. loco a me infra laudato. cf. Dathe *de ordine pericoparum biblicarum non mutando dissert.* p. 36. sqq. §. xvii. p. 45. sq. §. xxii. p. 57. ext. §. xxviii. HEIN.

fallitur Rufinus in hujus capitis versione, qui hexapla dicta esse credidit, eo quod duas Hebraici textus editiones, et Aquilæ ac Symmachi et septuaginta seniorum ac Theodotionis versionem exhiberent. Fallitur etiam Nicetas in thesauro orthodoxæ fidei lib. iv. pag. 212. idem fere sentiens quod Rufinus. Sed et D. Petavius magnopere in his explicandis fluctuavit, ut patet ex ejus *animadversionibus ad librum Epiphanii de ponderibus.* Turbavit illum præcipue septima illa versio, quam in hexaplis fuisse scribit Eusebius. Sed nos superius rationem reddidimus, cur ob illam titulus hexaplorum non fuerit immutandus. Hæc cum scripsissem, incidi in historiam imp. Severi a Zonara conscriptam, ubi de hexaplis et tetraplis Origenis eadem prorsus quæ nos scribit, et Eusebii locum licet suppresso auctoris nomine, perinde ac nos interpretatur. VALES. Hexaplorum quæ supersunt, edidisse constat Montefalconium, Paris. 1714. tom. ii. fol. Præterea videatur Huetius *Origenian.* iv. 5. Fabric. *B. G.* lib. iii. c. xii. p. 344, Stroth. *Uebersetz.* tom. i. p. 437. sqq. not. 6. De Wette *Einleitung ins alte Testament*, p. 70. sq. HEIN.

Ib. Ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου] Hunc Eusebii locum Zonaras in suis annalibus ita expressit: ἰδιαίτατα δὲ τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν μετά γε τῆς τῶν ἑβδομήκοντα καὶ δύο παραθεὶς, τὰ λεγόμενα τετραπλᾶ παραδέδωκε. Quæ Wolfius Latine ita vertit: *Aquilæ vero, Symmachi et Theodotionis editione rectissime cum septuaginta duorum versione comparata, commentaria tetrapla, hoc est, quadruplicia composuit.* Sed primo quidem probare non possum, quod ἰδιαίτατα vertit *rectissime.* Nam Zonaras ἰδιαίτατα posuit pro eo quod dixerat Eusebius ἰδίως, id est, *separatim.* Nam cum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis ac septuaginta seniorum editio in hexaplis una cum Hebraico textu bifariam scripto, et cum quinta, sexta ac septima editione collocata esset, Origenes quatuor illas priores editiones seorsum in tetraplis posuit, sublato Hebraïco textu cum quinta et sexta ac septima versione. Deinde quod addit Wolfius, Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis versionem in tetraplis comparatas fuisse cum versione 70. seniorum, verumne sit nescio. Certe id Eusebius non dicit. Immo vox illa ἰδίως innuere nobis videtur, singulas

versiones in tetraplis seorsum collocatas fuisse, non e regione sibi invicem oppositas, sicut in hexaplis. Hieronymus in loco supra citato videtur asserere, etiam in tetraplis singula verba quatuor editionum e regione fuisse disposita. VALES.

Ib. Ἅμα τῇ τῶν ἑβδομήκοντα] LXX. interpretum translationem medium tenuisse inter Symmachi ac Theodotionis interpretationem locum, addita illius rei causa testatur Epiphan. de ponder. et mens. c. xix. p. 175. ed. Petav. Ὠριγένης πυθόμενος τὴν τῶν οβ' ἔκδοσιν ἀκριβῆ εἶναι, μέσην ταύτην συνέθηκεν, ὅπως τὰς ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ἑρμηνείας διελέγχῃ. HEIN.

Ib. ἐν ταῖς τετραπλοῖς ἐπισκευάσας] Nostri codices, Maz. Med. et Fuketianus uno consensu scriptum habent ἐπικατασκευάσας. Quæ si vera est lectio, ut certe mihi persuadeo, sequitur editionem tetraplorum confectam esse ab Origene post hexaplorum editionem. Hanc enim vim habet verbum ἐπικατασκευάσας. Nam idem est ac si diceret: ἐπὶ τῇ τῶν ἑξαπλῶν ἐκδόσει κατασκευάσας. Nam cum Origenes animadvertisset hexaplorum codices nimio sumptu ac labore indigere, tetrapla quorum usus erat facilior, elucubravit, demptis duabus Hebraici textus editionibus, et quinta sextaque ac septima interpretatione. Hactenus quidem hæc doctorum omnium fuit opinio, tetraplorum codices ante hexapla ab Origene elaboratos fuisse. Ita diserte scribit Usserius in *syntagmate de septuaginta interpretum versione* cap. 5. *Salmasius* in libro *de lingua Hellenistica*. Verum hic Eusebii locus ex manuscriptorum codicum fide emendatus, sententiam illorum prorsus evertit. Exstat in libro R. Marchalli, annotatio manu ipsius Eusebii apposita ad calcem Hieremiæ, qua perspicue declaratur, tetraplorum editionem post hexapla ab Origene elaboratam fuisse: Μετελήφθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τοῦ Ὠριγένους τετραπλῶν, ἅτινα τῇ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο καὶ ἐσχολιογράφητο. VALES. An ex hoc ultimo loco sequatur, quod dicit Valesius, dubito, an ex priore, non dubito. Recte enim ille ἐπικατασκευάσας reliquis lectionibus prælatum vertit: *postea* (insuper)—digessit, quæ est vocis vis. Male autem repugnat Montefalconius *præliminar. in hexapla Origenis*, quo loco Readingo a Binghamo commonstrato idem esse contendit V. D., utrum ἐπισκευάσας an ἐπικα-

ταςκευάσας legatur, et nihil significari nisi, seorsim digessisse in tetraplis illas interpretationes Origenem. Ceterum Val. lectionem retinuit quoque Zimmermann. HEIN.

17, 1. Σύμμαχον] Nescio quomodo scribere potuerit Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christl. Archæol.* tom. iii. p. 364. * *According to Irenæus*, (adv. Hæres. iii. 24.,) *Hieronymus, and Eusebius*, (Hist. Eccles. lib. vi. c. 17.,) *Aquila and Symmachus, the celebrated translators of the Bible, who were both of the sect of the Ebionites, when they rendered the Hebrew word* עלמה *by* νεανὶς *instead of* πάρθενος, *in the well-known passage*, *Is. vii.* 14., *intended to weaken the force of proof which was generally derived from the prediction of Scripture.* Eusebius enim hac de re nihil plane refert. HEIN.

17, 2. πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος εὐαγγέλιον] Pessime Rufinus et Christophorsonus hunc locum verterunt, quasi Symmachus auctoritate evangelii secundum Matthæum nisus fuerit, ut hæresim suam confirmaret. Nec melius Nicephorus hunc locum accepit, qui scribit Symmachum commentarios in Matthæum edidisse. Scio quidem Ebionæos solum Matthæi evangelium admisisse. Verum illud Ebionæorum evangelium, non ipsum Matthæi erat cujusmodi nos habemus, sed prorsus adulteratum, et capite ipso, id est, Christi genealogia mutilatum, ut docet Epiphanius in eorum hæresi. Quippe evangelium secundum Hebræos quo ipsi utebantur, ut docet Eusebius in lib. iii., authenticum Matthæi evangelium esse dicebant, teste Hieronymo in commentariis in Matthæum. Ἀποτεινόμενος igitur hoc loco recte vertimus: *Disputans adversus evangelium Matthæi*, verum scilicet et nostrum. Musculus vertit *invehendo* non male [k]. Porro ab hoc Symmacho Ebionæi postea dicti sunt *Symmachiani*, eo quod Symmachus dogma illorum validissime asseruisset. Ambrosius seu quis alius in prologo commentariorum in epistolam ad Galatas: *Sicut et Symmachiani qui ex Pharisæis originem trahunt, qui servata omni lege Christianos se dicunt, more Photini Christum*

[k] Male quoque reddidit ἀποτεινόμενος Tillemontius: *innixus* evangelio secundum Matthæum, quamvis illud probaverit Montefalcon. *præliminar. in hexapla Orig.* p. 13., ubi præterea monuit δοκεῖ h. l. non esse vertendum *videtur*, neque illud affirmationem minuere h. l. laudato Onomastico suo ad opera Athanasii in voce δοκεῖ. Qua in re V. D. lubentius assentior. Cf. Zeune *ad Vig.* p. 313. not. 55. Gedike *ad Plat. Men.* p. 14. HEIN.

non Deum et hominem, sed hominem tantummodo definientes. De iisdem Augustinus in lib. i. contra Cresconium cap. 31. Et in libro xix. contra Faustum, ubi verba Fausti refert hæc: *Et tamen hoc si mihi Nazaræorum objiceret quisquam, quos alii Symmachianos vocant* etc. VALES. De Symmacho quoque vid. Thieme *de puritate Symmachi*, Cave *hist.* t. i. p. 64. ad a. C. 201. De Aquila Dathe *dissertatio in Aquilæ reliquias*, Lips. 1757. HEIN.

18, 1. Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν] Idem testatur Origenes in proœmio tomi v. explanationum in Joannis evangelium, ubi ipsum Ambrosium alloquitur his verbis: *Ipsa igitur penuria denuntiantium meliora, minime ferens absurdam et privatam fidem tua erga Jesum dilectione, tradideras aliquando te ipsum verbis, a quibus data postea tibi intelligentia usus, prout decebat, damnata hæresi discessisti.* Exstat hic Origenis locus in cap. 5. Philocaliæ. Quidam tamen Ambrosium non Valentini ut Eusebius ait, sed Marcionis hæresim, prius sectatum esse scribunt. Ita Epiphanius: τινὲς δὲ τὸν Ἀμβρόσιον ἔφασαν οἱ μὲν Μαρχιωνιστὴν, οἱ δὲ Σαββελιανόν. Ubi *Sabellianum* posuit pro *Valentiniano*. VALES. Vid. Cave *hist.* t. i. p. 85. citante Reading. cf. Epiphan. hær. xxxvi. HEIN.

Ib. προσεῖχον, id est, auscultandi gratia scholam ejus frequentabant[1]. Hos a discipulis separat Eusebius. Itaque addit: μονονουχὶ παιδευόμενοι, id est, *fere ut discipuli*, quod non intellexit Christophorsonus. VALES.

18, 2. ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας] Ex discipulis suis scilicet. Itaque in interpretatione mea has duas voces addidi, ad planiorem intelligentiam hujus loci, quem non intellexerunt interpretes. Solus Rufinus sensum Eusebii assecutus est, cujus versio commentarii vicem hic præstat. Sic enim vertit: *Philosophorum quoque opinatissimi quique, tam in nostris eum, quam in suis magistrum incomparabilem fatebantur. Erat namque ei mos iste, ut si quos nostrorum adolescentulorum ingeniosos videret et lectioni satis deditos, traderet eis etiam ea quibus philosophi velut primis elementis discentes imbuere solent*, etc. VALES.

18, 3. θεωρίαν τε καὶ παρασκευὴν] Hoc loco verba sunt

[1] Vid. Schäfer. *ad Lamb. B.* p. 323. 302. sq. ed. ii. cf. Euseb. H. E. iii. 8. Kuinoel. *Commentar. ad Act.* viii. 6. p. init. HEIN.

transposita more Eusebiano. Amat enim Eusebius, ut jam monuimus, hujusmodi trajectiones vocum. Quod cum non animadvertissent interpretes, in errorem sæpe lapsi sunt. Sic igitur construendus est hic locus: *οὐ μικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδειότητά τε καὶ παρασκευὴν, εἰς τὴν τῶν θείων γραφῶν θεωρίαν.* VALES.

19, 1. *Ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος*] Porphyrius primum quidem Athenis Longinum audivit Platonicæ sectæ philosophum. Deinde Plotini fama excitus, Romam venit, ubi cum Plotinum audiisset sexennio, valetudinis recuperandæ causa migravit in Siciliam, atque illic quindecim libros composuit adversus Christianos. Hieronymus de script. eccl. Eusebii libros enumerans: *Contra Porphyrium qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant libri* 30. Eodem alludit in præfatione commentariorum in Ezechielem his verbis: *Verum quia et tu indesinenter hoc flagitas, et magno vulneri cicatrix paulatim obducitur, scorpiusque inter Enceladum et Porphyrium Trinacriæ humo premitur* etc. ubi *scorpii* nomine Rufinum designat, qui capta urbe in Siciliam se receperat, ut ipse testatur in epistola ad Ursacium, quam præfixit interpretationi homiliarum Origenis in libros numerorum. De iisdem Porphyrii libris Chrysostomus in homilia 6. in epistolam ad Corinthios: *ἱκανοὶ οἱ καθ' ἡμῶν εἰρηκότες, τὴν ἀρχαιότητα μαρτυρῆσαι τοῖς βιβλίοις, οἱ περὶ Κέλσον καὶ τὸν Βατανεώτην.* Ubi *Bataneotem* vocat Porphyrium, sicut et Hieronymus. VALES.

19, 2. *ὧν μάλιστα τὸν Ὠριγένην*] Post hæc verba scripti codices nostri punctum altius notant, non virgulam, ut est in editione Rob. Stephani. Leve id quidem prima fronte videri potest. Verum nisi ita interpungas ut est in scriptis codicibus, quæ sequuntur verba minime cohærebunt. Aut enim delendus erit articulus postpositivus qui sequitur *ὅν*, aut pro *φήσας* emendandum erit *φησί.* Si vero interpunctionem scriptorum codicum sequi malis, tum planissimus erit sensus, nec ulla emendatione opus erit. VALES.

19, 3. *τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς*] Male Rufinus et Christophorsonus *animi sui judicium* interpretantur. Langus quoque eodem modo verba Porphyrii intellexit. Verum non ea mens est Porphyrii. Intelligit enim Porphyrius auditorum, seu

potius legentium animos, verborum magnificentia ab illis interpretibus perstrictos fuisse, et quasi fascinatos. VALES.

19, 4. νέος ὢν ἐντετύχηκα] Vincentius Lirinensis in cap. 23. male hæc Eusebii verba accepit. Sic enim scribit de Origene: *Ait namque impius ille Porphyrius, excitum se fama ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse, ibique eum vidisse jam senem*, etc. Atqui Porphyrius non dicit, Origenem ab se visum esse Alexandriæ jam senem. Equidem libentius crediderim Origenem a Porphyrio adhuc puero visum esse in urbe Tyro, in qua Origenes relicta Alexandria diutissime commoratus est. Fuit enim Porphyrius patria Tyrius, ejusque adolescentia in ea tempora incidit quibus Origenes Tyri morabatur. Senem autem illum Alexandriæ videre quomodo potuit Porphyrius, cum eo tempore quo ex Alexandria discessit Origenes, nondum quinquagesimum ætatis annum attigisset? VALES.

19, 5. Ἀκροατὴς γὰρ Ἀμμωνίου] Ammonii Alexandrini celeberrimi illius philosophi de quo ad librum xxii. Amm. Marcellini plura annotavi, auditorem fuisse Origenem Adamantium, Porphyrio tam diserte id affirmanti credendum est. Verum inter Ammonii auditores fuit etiam eodem tempore alter Origenes, Herennii ac Plotini condiscipulus, de quo Porphyrius in vita Plotini, Longinus in libro de fine, Eunapius et Hierocles in libro de providentia, et alii loquuntur. Baronius quidem in *Annalibus ecclesiasticis*, et Lucas Holstenius vir doctissimus in 2. et 6. capite *de vita scriptisque Porphyrii*, hunc Origenem unum eundemque esse cum Origene Adamantio crediderunt. Verum ego duobus potissimum argumentis adductus longe ab iis dissentio. Primum ducitur ex testimonio Longini philosophi qui in libro de fine Ammonium et Origenem Platonicos philosophos recenset inter eos, qui sententias et opiniones suas ad utilitatem posterorum scriptis mandare noluerunt, sed satis habuerunt eas auditoribus suis, viva, quod aiunt, voce tradere. *Quod si quid ab aliquo eorum scriptum sit* (verba sunt Longini) *quemadmodum ab Origene liber unus de dæmonibus, hæc sane parvi momenti sunt, quippe qui perfunctorie nec data opera ad scribendum se contulisse videantur.* Quis hæc de Origene Adamantio dicta esse credat, quem constat πολυγραφώτατον fuisse, ut indices

ejus librorum ab Eusebio conscripti testantur? Sed et ipse Porphyrius in hoc loco qui ab Eusebio adducitur, ait Origenem celeberrimum fuisse ob scripta quæ posteris reliquit, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος. Secundum argumentum nobis subministravit Porphyrius in vita Plotini philosophi haud procul ab initio, cujus verba ex interpretatione Ficini hic apponam: *Cum vero Herennius et Origenes et Plotinus olim inter se constituissent, ne Ammonii dogmata ederent, quæ audita ab illo, tanquam inprimis purgata præcipue comprobaverant, Plotinus quidem stetit promissis, Herennius autem primus pacta dissolvit, et Origenes Herennium est secutus. Scripsit vero nihil præter quendam de dæmonibus librum, atque sub Gallieno librum, in quo regem solum effectorem esse probabat.* Hic postremus liber in laudem Gallieni imperatoris ab Origene conscriptus videtur, ut poeticam ejus facultatem prædicaret. Fuit enim Gallienus poeticæ deditus, extantque aliquot ejus versus nuptiales inter fragmenta Petronii Arbitri. Eo enim alludere videtur titulus libri: Ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. Quod si verum est, Origenem hunc Plotini condiscipulum librum illum scripsisse imperante Gallieno, profecto ab Origene Adamantio distinguendus est necessario. Adamantius enim Origenes ad usque imperium Gallieni minime pervenit, cum Gallo et Volusiano imperantibus obierit anno natalis dominici 252. ut recte a Baronio observatum est, cum annum ætatis nonum et sexagesimum transegisset. VALES. Post Ἀμμωνίου Suidas addit: τοῦ φιλοσόφου, τοῦ ἐπίκλην Σακκᾶ. De Ammonio vide præter Phot. bibl. cod. 251. Moshem. *dissert. ad hist. eccles. pertt.* vol. i. p. 90. sqq. p. 754—756. cf. Fabric. *Bibl. Gr.* iv. 26. Bayle *Diction.* t. i. p. 203. Rösler. *dissertatio de commentitiis philosophiæ Ammonianæ fraudibus et noxis.* HEIN.

Ib. εὐθὺς—μετεβάλετο] Ammonium Saccam ad *vivendi rationem legibus consentientem* i. e. ad avitam superstitionem, simul ac (per ætatem) sapere potuerit, ut Porphyrius dicit, descivisse negarunt Valesius ad Ammian. Marcell. p. 344. Bayl. *Diction. Hist. Crit.* t. i. p. 187. et Jac. Basnagius *Histoire de l'Eglise*, ii. 4. 10. p. 167. præeunte ipso Eusebio, qui paulo post in eo apertissime mentitum esse Porphyrium, et Ammonium ad extremum usque vitæ spiritum religioni Christianæ firmiter adhæsisse affirmat. Sed Porphyrio assentiuntur, Eusebium

potius errasse et duos Ammonios, alterum philosophum, alterum Christianum inter se confudisse rati argumentisque haud improbabilibus usi Moshem. in *dissertatione de turbata per recentiores Platonicos ecclesia* quæ legitur in ejusd. *diss. ad hist. eccles. pertt.* vol. i. p. 89. sqq. et Fabricius *Bibl. Græc.* lib. iv. 26. p. 159. sq. cf. Euseb. vi. 2. Hieron. catal. c. 55. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet*, tom. ii. p. 271. sqq. HEIN.

Ib. *πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα*] Christianorum ac Judæorum religionem gentiles barbaram vocabant, ut ex Justino, Tatiano, Clemente Romano in homil. 4. aliisque constat. Quidquid enim Græcum non esset, id vocabant barbarum. Orig. in libro i. contra Celsum, pag. 5. *ἑξῆς βάρβαρον φησὶν ἄνωθεν εἶναι τὸ δόγμα, δηλονότι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, οὗ Χριστιανισμὸς ἤρτηται.* Porro *τόλμημα*, id est, *audaciam* Porphyrius appellat fiduciam et magnitudinem animi Christianorum, qui tormenta ipsamque adeo mortem despiciebant, morique malebant millies, quam Christi fidem negare et diis gentium sacrificare. Hoc est quod *audaciam barbaricam* vocat Porphyrius, deos scilicet Romanorum et edicta imperatorum contemnere. VALES.

19, 6. *ἐκαπήλευσε*] Metaphora est a cauponibus, qui vina inter se miscere et adulterare solent. Quo sensu Paulus apostolus, *non cauponantes verbum Dei.* Recte ergo Rufinus vertit: *quo se conferens, omne illud præclarum ingenium philosophicis literis expolitum vitiavit atque corrupit* [m]. Videtur autem legisse Rufinus *ᾧ δὴ φέρων αὐτὸν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε.* Quod profecto rectius videtur. Neque enim video, quomodo dici possit *αὐτὸν ἐκαπήλευσε.* Forte etiam legi posset *ᾧ δὴ φέρων ἑαυτὸν, αὐτό τε καὶ τὴν*, etc.; *αὐτὸ*, id est, *τὸ βάρβαρον τόλμημα.* Sensus autem si hoc modo legamus, erit illustris. Origenes, inquit, cum se a Græcorum philosophia ad Christianam sectam contulisset, et hanc ipsam, et quem in philosophicis usum sibi comparaverat, vitiavit atque corrupit. VALES.

Ib. *ὑποβαλλόμενος μύθοις*] Metaphora est a cauponibus seu dolosis institoribus, qui falsum pro vero supponentes, emptorem circumveniunt. Pergit enim explicare Porphyrius,

[m] Vid. quæ disputavi in *Excurs.* viii. HEIN.

quo pacto Origenes ἐκαπήλευσε, id est, *fucum fecit*, non autem ut Langus et Christophorsonus, *ad quæstum abusus est*. Et sectam, inquit, Christianam ad quam se contulerat, et usum quem adeptus erat in philosophia, vitiavit, foris quidem vivens ut Christianus, intus vero eadem sentiens quæ Græci, eorumque opiniones pro barbaris Judæorum et Christianorum fabulis in libris suis supponens atque substituens. Christophorsonum nihil hic vidisse, satis ostendit Latina ejus interpretatio. VALES. Ὀθνείοις i. e. *peregrinis*. Est autem vocabulum quod jam supra legebatur, serioris ætatis et fere poëticum teste Pollue. iii. 54. τὸ δὲ ὀθνεῖος, ποιητικώτερον. Ξένος et ὀθνεῖος junctum legitur apud Heliodor. iv. p. 184., ὀθνεῖος στρατὸς habet Palæph. de incred. xcx. 5. cf. Eurip. Alcest. v. 449. ὀθνεῖος ἤ σοι συγγενὴς γεγῶσά τις; ibid. v. 450. 662. 827. Vid. Rittershus. *ad Oppian.* p. 69. Albert. *ad Hesych.* t. ii. p. 720. cf. Euseb. H. E. i. 4. Quod vero ad ipsum Porphyrii de Origene judicium pertinet, fateor illud me non posse non in rei summa dicere verissimum. De interpretatione ejus allegorica monui jam nonnulla ad Euseb. H. E. ii. 17. (pag. 102.) Præterea vid. Cave *hist. litt.* t. i. p. 112. Ernesti *diss. de Origene interpretationis librorum s. grammaticæ auctore*, Lips. 1756. 4. p. 8. 35. Hufnagel. *diss. de psalmis prophetias Messianas continentibus*, Erlang. 1783. p. 5. Rosenmüller. *progr. de causis corruptæ per philosophos Chr. sæculi ii. religionis*, Giess. 1783. p. 13. sqq. et Poelitz. *de gravissimis Theologiæ seriorum Judæorum decretis*, p. 17. sq. not. 25. Hinc haud immerito Porphyrius supra: ὁ δὲ τρόπος inquit, τῆς ἀτοπίας ἐξ ἀνδρὸς——παρειλήφθω Ὠριγένους, i. e. ut vertit Val.: hujus autem absurditatis *exemplum sumatur*, etc. rectius certe quam Stroth. *die Schilderung dieser Thorheit ist von einem Manne hergenommen.* Sed verba etiam Porphyrii κατὰ μὲν τὸν βίον——ὑποβαλλόμενος μύθοις, in universum recte dicta esse non inficiabuntur ii, qui quamvis Keilius in egregiis illis et mea laude longe superioribus *commentationibus xxii. de doctoribus ecclesiæ culpa corruptæ per Platonicas sententias theologiæ liberandis*, Lips. 1793-1816. repetitis in Ejusd. *Opuscc. theologg.* tom. ii. ed. Goldhorn. contra Zwickerum (*Irenicum Irenicorum, Amstelod.* 1660.), Souverainium (*le Platonisme devoilée*, Cologne, 1700. 8.), Moshemium (*dissert.*

de turbata per recentiores Platonicos ecclesia in Ejusd. *dissertt. ad hist. eccl. pertt.* vol. i. p. 89. sqq.), et Löfflerum (*Versuch über den Platonismus der Kirchenväter aus dem Französischen übersetzt und mit Anmerkungen*, Züllichau, 1792. 8. ed. 2.), demonstraverit, minime *voluisse* patres ecclesiasticos et nec Clementem Alexandrinum atque Origenem, philosophiæ præ reliquis omnibus studiosos, doctrinam Christianam conjungendis cum ea decretis philosophicis depravare, imo summum religionis cognoscendæ fontem constanter habuerint scripturam sacram, tamen illud minime probasse V. D. mecum censeant, primum, ut utar verbis Pœlitzii, l. l. p. 18., *cum ipsa hujus ætatis pythagorico-platonica sive oriunda eclectica philosophia esset corrupta,—fieri potuisse,—ut quæ ex illa transirent ad Christianam theologiam, hanc non depravarent, novasque inferrent in illam notiones*, deinde ei qui religionem Christianam *revelatam* esse sibi persuaserit, ejusmodi eclecticismum, qualis certe Clementis Alexandrini et Origenis fuit, non posse non videri vanum atque perversum, ut visus est Moshemio, l. l. p. 95. p. 119. *nil dubito inventionem ejus* (conjunctionis philosophiæ cum religione Christiana) *callidissimum infernalis genii consilium dicere, quod ad contentum cœlestis veritatis cursum sistendum, ad errorum pestilentium semina tanquam ob orco revocanda, et ad veterum religionum aniles fabulas velandas et fuco veluti obducendas haud parum profuit.* Cf. Lactant. Institt. div. iii. 7. 9. *Si eligere possumus, quod est melius, jam non est nobis philosophia necessaria; quia sapientes jam sumus, qui de sapientum sententiis judicemus*, iii. 16. 7. 8. *abjicienda—est omnis philosophia, quia non studendum est sapientiæ, quod fine ac modo careat, sed sapiendum est, et quidem mature. Non enim nobis altera vita conceditur, ut, cum in hac sapientiam quæramus, in illa sapere possimus: in hac utrumque fieri necesse est. Cito inveniri debet, ut cito suscipi possit, ne quid pereat ex vita, cujus finis incertus est.* HEIN.

Ib. τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου] Certe Origenes in libris contra Celsum citat interdum Numenium philosophum. Fuit hic Pythagoricus philosophus oriundus Apamea Syriæ, cujus celeberrimum illud dictum refert Clemens Alexandrinus in libro decimo Stromatei: *quid aliud*, inquit, *est Plato quam Moses Attice loquens?* Scripserat tres libros περὶ τἀγαθοῦ, et

alium περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων, qui citantur ab Eusebio in libris de præparatione. Citatur ab eodem Eusebio in libro decimo quarto de præparatione, insigne fragmentum ex ejusdem Numenii libro de Academicorum a Platone dissensione. Sed et Origenes in libro quarto contra Celsum, librum ejus de numeris et librum de loco commemorat, et alium cui titulus erat ἐπόπτης, quem quidem eundem esse existimo cum illo quem Eusebius nominat περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων. Ἐγὼ δ' οἶδα καὶ Νουμήνιον τὸν Πυθαγόρειον, ἄνδρα πολλῷ κρεῖττον διηγησάμενον Πλάτωνα, καὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων πρεσβεύσαντα, πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωϋσέως, ὥσπερ ἐν τῷ καλουμένῳ ἔποπι. Scribendum puto ἐπόπτῃ. Locus autem ita vertendus est: *Equidem Numenium Pythagoricum, qui longè melius quam Celsus Platonem exposuit, et Pythagoræ dogmata defendit*, etc. Διηγησάμενος enim idem valet ac ἐξηγησάμενος, ut notavi ad caput 14. hujus libri. Numenius igitur Pythagoræ et Platonis dogmata inter se consentire demonstravit. Unde ab aliis Pythagoricus, ab aliis Platonicus appellatur. Certe Porphyrius in Plotini vita, Cronium et Numenium inter philosophos Platonicos recenset. Ἀνεγινώσκετο μὲν αὐτῷ τὰ ὑπομνήματα, εἴ τε Σεβήρου εἴη, εἴ τε Κρονίου, ἢ Νουμηνίου, ἢ Γαΐου, ἢ Ἀττικοῦ, κἂν τοῖς Περιπατητικοῖς τά τε Ἀσπασίου καὶ Ἀλεξάνδρου. Longinus etiam in libro de fine, Numenium Cronium et Moderatum inter eos nominat philosophos, qui Pythagoræ simul et Platonis dogmata conjunxerunt. Idem confirmat Chalcidius in Timæum Platonis, et Æneas Gazensis in Theophrasto. Chronii philosophi liber περὶ παλιγγενεσίας citatur a Nemesio in libro de natura hominis capite 2. VALES.

Ib. Ἀπολλόφανους] Fuit hic Stoicus philosophus oriundus Antiochia Mygdoniæ, quæ et Nisibis dicta est, ut refert Stephanus Byzantius. Inter philosophos ex quibus Stobæus ἐκλογὰς suas composuit, nominatur Ἀπολλοφάνης Αἰγιμίου. Citatur etiam a Tertulliano in libro de anima cap. 14. Ejus librum de physica laudat Laërtius in Zenone. VALES.

Ib. καὶ Λογγίνου] Hic est Cassius Longinus, cujus unicus hodie liber restat, de sublimi genere dicendi. Et hunc quidem plerique homines grammaticum fuisse existimant. Fuit tamen professione philosophus, ut præter Suidam testatur Vopiscus

in Aureliano, cumque in philosophia Platonica magistrum habuit Athenis Porphyrius, ut ipsemet scribit in libro de philosophica auscultatione, cujus initium legitur apud Eusebium in lib. x. præparationis: τὰ Πλατώνεια ἑστιῶν ἡμᾶς ὁ Λογγῖνος Ἀθήνῃσι, etc. Id est, *cum in Platonis nataliciis Longinus nobis epulum præberet Athenis*, etc. Solebant enim magistri ac professores philosophiæ Platonicæ, natalem Platonis quotannis sacrificio et convivio celebrare, teste Porphyrio in Plotini vita. Quod cum a Longino factum sit Athenis, apparet illum philosophiæ Platonicæ præceptorem fuisse. Sed et Plotini dictum illud, cum Longini liber de principiis Romæ in schola Plotini fuisset recitatus, Longinum philologum magis esse quam philosophum, satis significat, Longinum professione quidem philosophum fuisse, sed in eloquentia atque in omni genere doctrinæ nihilo minus exercitatum. Porro Longinus non eadem ætate vixit qua Origenes eoque junior fuit, et diu post illum est mortuus. Miror itaque, cur Porphyrius eum inter vetustiores philosophos nominet, quorum scripta Origenes lectitabat. VALES.

Ib. καὶ Μοδεράτου] Hic Moderatus Gadibus oriundus, undecim libros Πυθαγορείων σχολῶν conscripserat, teste Porphyrio in libro de vita Pythagoræ et Stephano in voce Γάδειρα. Corruptum est hujus nomen in commentariis Syriani cognomento Philoxeni in 12. metaphysices Aristotelis, p. 91., ubi Oderatus et Nicomachus inter recentiores Pythagoricos numerantur. De Nicomacho Photius in bibliotheca et Suidas. VALES.

Ib. καὶ Χαιρήμονος] Chæremonis Stoici librum de cometis laudat Origenes in libris contra Celsum. Hic Chæremon philosophiam docuit Alexandriæ, et successorem habuit Dionysium Alexandrinum, ut docet Suidas in Dionysio. Idem scribit hunc Chæremonem Neronis in philosophia præceptorem fuisse, una cum Alexandro Ægeo. Restituendum est hoc nomen in libro septimo Nat. Quæst. Senecæ capite 5. *Charimander quoque librum de cometis scripsit.* Scribendum est *Chæremon.* De hoc Hieronymus in libro secundo adversus Jovinianum ita scribit: *Chæremon Stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis, semper in templo fuerint,* etc.

Qui locus Hieronymi totus desumptus est ex Porphyrii lib. iv. de abstinentia. Exstat epigramma Martialis in hunc Chæremonem Stoicum libro xi. epigrammate 58. Ex quo apparet circa tempora Trajani illum vixisse. VALES.

Ib. Κουρνοῦτον τε ταῖς βίβλοις] Cornutus Afer Leptitanus, Romæ philosophiam docuit Claudii Neronisque temporibus. Scripsit multa tum de philosophia tum de eloquentia, ut refert Suidas. Huic Persius quintam satyram tanquam magistro suo dicavit. Ejus liber de Græcorum theologia citatur ab auctore etymologici in voce Ζεύς. Is ipse est liber, qui primum ab Aldo Manutio Græce est editus sub nomine Phornuti, cum Cornutus scribi debeat, ut docet auctor etymologici. Quippe locus ille qui citatur in etymologico, exstat hodie apud Phornutum in capite primo. Hunc libellum olim manuscriptum vidimus in bibliotheca Memmiana, sed nullum erat nomen auctoris. Ex eo autem libro apparet, Cornutum allegorias sectatum fuisse. Quare Porphyrius merito illum recenset inter philosophos qui tropologicum sensum adamarunt. Ejusdem libri meminit Theodoretus in libro secundo de curatione Græcarum affectionum: Κορνοῦτος δὲ ὁ φιλόσοφος, τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ξυντέθεικε. VALES.

19, 10. μιμησάμενοι—Ἡρακλᾶν] Collegit inde haud temere Moshem. *Commentt. de rebus Christ.* p. 273. Pantænum principem inter Christianos Ægyptios esse philosophatum. Quodsi ante Pantænum istud factum esset, Origines sine dubio, quo melius suum ipsius philosophiæ ac philosophandi studium excusaret, antiquiores etiam philosophiæ amicos commemorasset. HEIN.

Ib. εὗρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ] Ex his verbis colligere est, Origenem eodem magistro quo Heraclam usum esse in philosophia. Vocabatur autem ille Ammonius, ut Porphyrius supra dixit, vir sui temporis philosophorum celeberrimus. De quo nihil attinet hic ea repetere, quæ notavi ad Amm. Marcellinum. VALES.

Ib. μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ] Ex his apparet, nullum etiamtum peculiarem fuisse vestitum clericorum, quandoquidem Heraclas Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, et qui postea ejusdem loci episcopus fuit, philosophicum pallium semper retinuit. VALES.

Ib. φιλολογῶν vertit Valesius: Græcorum libros *studiose evolvere* non desistit. cf. quæ monui ad v. 28. HEIN.

19, 12. πολέμου] Conjecit Stroth. *Uebers.* t. i. p. 451 not. 14. significari h. l. turbas a Caracalla eo motas, quod magnam cladem ille inflixerat civibus Alexandrinis, qui conviciis ipsum lacessiverant. Cf. Herodian. iv. 8, 9. Xiphilin. in vita Caracallæ. Ἀναρριπίζεσθαι autem, excitari sæpius dicuntur seditiones, bella etc. Cf. Joseph. B. J. ii. 12. καὶ οὗτος ὁ πόλεμος— ἀνερριπίζετο. Et apud Aristophanem in Rann. legitur στάσιν ἐγείρει καὶ ῥιπίζει. Eodem modo apud Eus. H. E. ii. 26, et aliis locis illud verbum dicitur. Vid. Spanhem. *ad Julian.* p. 123. HEIN.

Ib. ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας] Hinc colligitur Origenem qui catechetes fuerat Alexandriæ, in privato auditorio, non autem in ecclesia catechumenos instituisse. Neque enim Alexandro et Theoctisto episcopis id objiceret Demetrius, quod Origenem in ecclesia docere jussissent, si Alexandriæ idem ab Origene factum fuisset. Quare fallitur Rufinus, qui in cap. 3. hujus libri ita scribit: *Videns Demetrius episcopus quod ad ipsum præcipue doctrinæ gratia et prædicationis verbi Dei, multitudines plurimæ convolarent, catechizandi ei, id est, docendi magisterium in ecclesia tribuit.* Certe catecheses olim non fiebant in ecclesia, sed in baptisterio, aut in aliquo alio extra ecclesiam loco. Docet id Joannes Hierosolymitanus in epistola ad Theophilum Alexand. quam refert b. Hieronymus. *De fide*, inquit, *et omnibus ecclesiasticis dogmatibus hæc locuti sumus, quæ et semper gratia Dei indesinenter in ecclesia docemus et in catechesibus.* VALES. Cf. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archäologie*, tom. vi. p. 385 sq. HEIN.

19, 13. Προσέθηκε δέ] Alloquebantur Demetrium in tertia persona, idque honoris causa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἁγιότης, *sanctitas tua.* Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus. VALES.

Ib. λαϊκοὺς ὁμιλεῖν] Cf. constit. apost. viii. 32. ubi Paulus concedens introducitur laicis, ut conciones habeant sacras: ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκος ᾖ, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου, καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς, διδασκέτω. Concil. Carthag. iv. can. 98. Leon. M. epist. 62, 63. Usitatum vero tertio seculo illud certe non

erat, cum tria tantum exempla afferre potuerint episcopi, qui Origeni laico concionando munus permiserunt. Hæc ex Potteri tractatu *de regim. ecclesiast.* p. 244. attulit Reading. ad h. l. Augustos interdum ad populum orationes sacras habuisse, docent Constantini M. et Leonis sapientis exempla. Vid. Euseb. Vit. Const. iv. 29 sqq. Augusti *Denkwürdigkeiten*, tom. vi. p. 315 sqq. p. 322. HEIN.

Ib. *οὐκ οἶδ' ὅπως*] Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum episcopo, viro disertissimo, unde singulari numero loquitur *οὐκ οἶδα*, quamvis non tantum suo, sed et Cæsariensis episcopi nomine literas scribat. VALES.

19, 14. *ἐν Συνάδοις*] Scribendum est *Συννάδοις*. Certe Rufinus vertit *apud Synnadam*. Urbs est Phrygiæ notissima, sic dicta *ἀπὸ τοῦ συνναίειν*, id est, *συνοικεῖν*, eo quod multi ex Macedonia illuc ad incolendum confluxerint. Unde primo quidem dicta est *Συνναῖα*, postea vero corrupto vocabulo *Σύνναδα* a finitimis vocata est. Stephanus in lib. de urbibus: *Τὸ μὲν πρῶτον Συναία* (scribe *Συνναία*) *ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι.* Ex his apparet, *Σύνναδα* cum duplice *ν*. scribi debere. Quod quidem confirmant etiam nummi veteres. Exstat apud Joannem Tristanum nummus Caracallæ cum hac inscriptione ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ ΔΩΡΙΕΩΝ ΙΩΝΩΝ. Quæ quidem inscriptio docet Synnadenses fuisse Dorionas, id est, Dorienses Ionibus permistos. Erant enim origine Macedones, ac proinde Dorienses, verum in medio Ioniæ siti. VALES.

19, 15. *ἔτι νέος ὢν ὁ δηλούμενος ἀνὴρ 'Ωριγένης*] Origenes annum ætatis tunc agebat circiter tricesimum, cum primum venit in Palæstinam. Quippe illuc profectus est sub finem imperii Antonini Caracallæ, ut docet Eusebius hoc loco. VALES.

20, 1. *Διαφόρους φιλοκαλίας*] Christophorsonus interpretatur *libellos ex variis scriptoribus excerptos, tanquam flosculos.* Certe antiqui *φιλοκαλίας* vocabant electa sive excerpta ex quopiam scriptore. Hujusmodi sunt Origenis philocaliæ. Tales sunt etiam Apuleii floridorum libri, splendidiores scilicet loci ex ejus orationibus excerpti. Verum hanc interpretationem

parum hic convenire existimo. Primum, quia non dicit Eusebius quibusnam ex libris excerpta illa collegerit Beryllus. Deinde, quia addit διαφόρους. Non est enim credibile, Beryllum diversos libros hujus argumenti quod leve et exiguum est composuisse. Itaque malim vertere *elegantis ingenii monumenta*. Intelligere autem videtur hymnos et poëmata. Utitur hac voce Phrynichus in epist. ad Menodorum, qua quintum sophistici apparatus librum ei nuncupabat: καὶ εἴτι ἄλλο προστάττοι, φικοκαλίας τε καὶ πολυμαθείας καὶ καινότητος ἐχόμενον. VALES.

Ib. Ἱππόλυτος, ἑτέρας που] Georgius Syncellus in chronico et Nicephorus Callistus et Zonaras Hippolytum Portuensem episcopum fuisse scribunt. Ita etiam dicitur in collectaneis Anastasii bibliothecarii, ubi fragmentum ejus refertur. Theodoretus qui multa ex eo adducit, episcopum et martyrem illum vocat, sed cujusnam urbis episcopus fuerit, non addit. Gelasius in libro de duabus naturis, Hippolytum citans, eum martyrem et episcopum Arabiæ metropolis appellat. VALES. Portus Ostiensis potius episcopum fuisse Hippolytum, inde conjecerunt plures VV. DD., quod ante plura secula reperta est marmorea Hippolyti statua in Italia, quæ quomodo illuc translata sit, si episcopus Arabiæ fuerit Hippolytus, vix possit dici. Exstat illius statuæ delineatio in operum Hippolyti editione Fabriciana. Contra vid. Le Moyne *prolegomm. in Varr. sacr.* tom. i. p. 116. 127. ubi doctissima invenitur inde a p. 92 sqq. *de Hippolyto diatribe.* Præterea vid. Heumann. *diss. ubi et qualis episcopus fuerit s. Hippolytus*, Gotting. 1737. De scriptis Hippolyti, quæ cap. xxii. ipse Eusebius memorat, vid. Le Moyne, l. l. tom. ii. p. 989 sqq. p. 1011 sq. p. 1086. Cave *de script. eccl.* tom. i. p. 66. Fabric. *Bibl. Gr.* v. 1, 25. et Fr. Blanchini *diss. de canone paschali s. Hippolyti episcopi et martyris*, Romæ 1703. fol. HEIN.

20, 2. Γαΐου—πρὸς Πρόκλον] Cataphrygarum secta in duas partes divisa est, alterius princeps fuit Proclus, alterius Æschynes, ut scribit Tertullianus de præscriptione hæreticorum in fine. Qui Proclum sectabantur, dicebantur οἱ κατὰ Πρόκλον, teste ibidem Tertulliano. Ex quo apparet Græcum hominem fuisse. Accedit quod Caius adversus eundem Proclum Græce scripsit. Quare non assentior Baronio, qui hunc Proclum

eundem esse vult cum Proculo Afro Latino grammatico, cujus meminit Capitolinus. Ceterum Proclus Montanista insignem librum scripserat adversus Valentinianos, ut scribit Tertullianus in libro adversus Valentinum. De Caii adversus Proclum libro videndus est Photius in bibliotheca. Apud Theodoretum in lib. iii. hæreticarum fabularum, ubi mentio fit hujus libri, κατὰ Πατρόκλου scribitur pro Πρόκλου. Erat autem hic liber dialogus, in quo Proclus Montani prophetiam defendens inducebatur, ut patet ex libro iii. Eusebii cap. 31. Ubi verba ipsius Procli afferuntur, quibus ad adstruendam Montani prophetiam, docebat semper in Asia prophetas viguisse, et adhuc sua ætate exstitisse apud Hierapolim sepulcra filiarum Philippi, quæ prophetiæ dono insignes fuerant. Quibus Procli verbis respondens Caius, ait Romanos longe illustrioribus sepulcris gloriari, Petri scilicet ac Pauli. Verba Caii habes in libro ii. capite penultimo. VALES. De Caio cf. Cave *Hist.* t. i. p. 651. HEIN.

Ib. παρὰ Ῥωμαίων τισίν] Eusebius supra in lib. iii. cap. 3. de Pauli epistolis disserens, ait quosdam epistolam ad Hebræos ut falsam rejecisse, asseverantes Romanam ecclesiam de ejus epistolæ auctoritate dubitare, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν, ἀντιλέγεσθαι φήσαντες. Rufinus in utroque Eusebii loco *Latinos* vertit. Hieronymus tamen in catalogo *Romanos* interpretatur, ubi de Caio: *Decimam quartam*, inquit, *quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse. Sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.* Inter Romanos scriptores qui ita censuerunt, numerari potest Hippolytus Portuensis episcopus. Hic enim in libro adversus hæreses, epistolam ad Hebræos Pauli apostoli non esse affirmavit, teste Photio in bibliotheca cap. 121. VALES.

21, 1. Ἀντωνῖνον] Antoninum Caracallam. Præterea vid. Pagi *Crit.* t. i. p. 201. Stroth. *Uebersetzung*, t. i. p. 454 not. 4. HEIN.

Ib. ἕτερος i. e. Pseudoantoninus Heliogabalus s. Elagabalus, occisus a. 220. cf. Pagi ibid. p. 206. HEIN.

21, 3. Μαμμαία—θεοσεβ εστάτη] Cf. Hieronym. Catal. c. 54. ubi similiter *religiosa* vocatur Mammæa. Quid sit statuendum quærenti, fueritne Mammæa Christiana, necne, accurate expositum vide sis apud Moshem. *Commentt. de rebus Christ.*

p. 461 sqq. Schröckh. *Christl. K. G.* t. iv. p. 6 sqq. HEIN.

22, 1. Τὸ περὶ τοῦ πάσχα σύγγραμμα] Extat hodie canon paschalis Hippolyti. Quem Josephus Scaliger libris suis de emendatione temporum intexuit notisque illustravit. Sed et Ægidius Bucherius eundem Latine vertit. Verum neuter illorum animadvertit, canonem hunc partem duntaxat esse libri, quem Hippolytus conscripserat de pascha. Cum tamen Eusebius id apertissime significet, ut ex hujus loci lectione apparet. Id cum Scaliger non animadvertisset, immerito reprehendit Eusebium, quod dixerit Hippolytum in eo libro ad primum usque Alexandri imp. annum seriem temporum determinasse. Immo vero, inquit Scaliger. pag. 685, *Canon Hippolyti non in primum annum Imp. Alexandri desinit, sed ab eodem incipit.* Verum id quidem est. Sed Eusebius non de canone loquitur, quem Hippolytus operi suo de pascha adjunxerat, verum de opere ipso in quo Hippolytus ordinem temporum dinumerans, in primo Alexandri imp. anno desierat. Nec erat, quod Scaliger tantopere miraretur illam Eusebii locutionem, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου χρόνους περιγράφει. Est enim Græcis usitata locutio. Sic supra in cap. 6. hujus libri, de Clemente loquens Eusebius: χρονικὴν ἐκθέμενος γραφὴν εἰς τὴν Κομόδου τελευτὴν περιγράφει τοὺς χρόνους. Rufinus certe locum Eusebii non aliter ac nos intellexit. VALES.

Ib. εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον] Id est, *in caput secundum Geneseos*, ut notavit Scaliger in libro vii. *de emendatione temporum*, p. 685. ubi tamen immerito reprehendit Hieronymum, quasi hoc non intellexerit Hieronymus. Ego vero aliter sentio. Plures enim Hippolyti libros recenset Hieronymus quam Eusebius. Itaque cum Hippolytum scripsisse dicit in Genesim, tam libros in hexameron intelligit quam in posthexameron. Exstat Philonis liber eodem titulo, seu potius duo libri, ut est in MS. Augustano. VALES.

Ib. εἰς τὸ ᾆσμα] Theodoretus in dialogo qui Eranistes inscribitur, hunc librum Hippolyti ita citat: εἰς τὴν ᾠδὴν τὴν μεγάλην. VALES.

Ib. πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις] De hoc Hippolyti libello vide Photii bibliothecam cap. 121. Erat hic liber contra 32. hæreses, quarum prima erat Dositheanorum, ultima Noëtianorum. Quas hæreses cum Irenæus in concionibus refu-

tasset, earum compendium scripsit Hippolytus ejus discipulus, teste ibidem Photio. Hunc porro Hippolyti libellum sæpe citaverat Stephanus Gobarus, ut patet ex cap. 7. 10. et 13. libri secundi. Meminit etiam Gelasius in libro de duabus naturis his verbis: *Hippolyti episcopi martyris Arabum metropolis in memoria hæresium.* VALES. Observat præterea Stroth. *Uebersetz.* t. i. p. 457. not. 9. hæc: *Upon the marble chair on which Hippolytus is represented as sitting, besides some that are lost, the following works of Hippolytus are specified:—On the Psalms—On the Pythoness, or Ventriloquist,* (*as she should probably be called.*)*—On the Gospel of St. John, and the Revelations —On the* χαρίσματα*—The Apostolical Tradition—Against the Greeks and Plato, or on the Universe—Exhortation to Severina —Demonstration of the time of Easter, as on the tablet—Odes upon the whole of Holy Writ—On God and the Resurrection of the Body—On Good, and why does Evil exist?* Cf. Le Moyne *Varr. Sacr.* t. ii. p. 946. ubi similiter atque eodem ordine et litteris illud Hippolyti monumentum est descriptum, quibus illud a Scaligero et Grutero erat vulgatum. Alia scripta Hippolyti refert Hieronymus in catalogo. HEIN.

23, 1. Ἐξ ἐκείνου δέ] Hæc verba male accepit Hieronymus in catalogo, quasi Origenes æmulatione Hippolyti impulsus, ad scribendum accesserit. Putavit enim ἐξ ἐκείνου referri ad Hippolytum, cum tamen significet *abhinc*, vel *exinde* [n]. Sub-

[n] Ambrosium neque vero Hippolytum fuisse ἐργοδιώκτην Origenis, testantur cum Eusebio ipse Origenes in quadam epistola, Cedrenus, Suidas, v. Ὠριγένης, Niceph. Callist. v. 15. et ipse Hieronymus teste Le Moyne *Prolegomm. in Varr. Sacr.* tom. i. p. 103. et quidem in interpretatione Græca catalog. script. eccles. s. v. Ἀμβρόσιος et s. v. Ἱππόλυτος, unde non video, quomodo contrarium de Hieronymo affirmare potuerit Valesius. Imo vero Phot. Cod. 121. in errorem illum incidit. Ita enim ille de Hippolyto: λέγεται καὶ οὗτος προσομιλεῖν τῷ λαῷ, κατὰ μίμησιν Ὠριγένους, οὗ καὶ συνήθης μάλιστα καὶ ἐραστὴς τῶν λόγων ὑπῆρχεν, ὡς καὶ προτρέψασθαι αὐτὸν τὴν θείαν ὑπομνηματίσαι γραφὴν, ἐγκαταστήσας αὐτῷ καὶ ὑπογραφέας ἑπτὰ ταχυγράφους, καὶ ἑτέρους τοσούτους γραφόντας εἰς κάλλος. Ὧν ἦν καὶ αὐτὸς ὁ δαπάνης χορηγός. Καὶ ταῦτα ὑπηρετούμενος αὐτῷ, ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἀπαραιτήτως τὸ ἔργον. Ἐξ οὗ καὶ ἐργοδιώκτην ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν παρὰ Ὠριγένους κληθῆναι (Hippolytum). Jam vero facile patet, turpiter esse lapsum Photium, neque vero in hoc loco eum invenire potuisse præsidium, ubi quamvis ἐξ ἐκείνου per se esse possit: *per eum, eo instigante*, tamen sequentia satis docent de tempore tantum ἐξ ἐκείνου posse accipi, unde temere scripsit Le Moyne l. l. p. 105. "*Sed revera potest* ἐξ ἐκείνου *referri ad Hippolytum et sive ad tempus referatur, intelligendum est Origenem, isto tempore, imitatione Hippolyti* (?), *de quo ante egerat Eusebius, commentarios etiam in scripturam sacram parasse et adornasse.*" Quamvis enim Hippolytum imitari voluisse potuerit Origenes, ita ut Ambrosius nihilominus maneat ejus ἐργοδιώκτης, tamen in illo ἐξ ἐκείνου ad tempus referendo hoc simul inesse ne-

auditur enim *τοῦ χρόνου*. Porro ab his verbis cap. 23. incipit in codice Mazarino, cui consentit optimus ille codex Rufini quem sæpius laudavi, nisi quod pro 23. capite scriptum habet 20. VALES.

23, 1. Βιβλιόγραφοι=καλλίγραφοι nitidius ea scribentes, quæ nimis sequaci calamo ταχύγραφοι exceperant. Cf. iv. 23. Vit. C. iv. 36. Phot. cod. 121. Montefalcon. *palæographia Græc.* i. 5. Dathe *de ordine pericoparum biblicarum non mutando dissert.* p. 26 sq. De scriptura βιβλιόγραφος et βιβλιάγραφος vid. Lobeck. *ad Phryn.* p. 85 sq. p. 655 sqq. Non satis recte vertit Valesius: *antiquarii*, melius Strothius: *ordentliche Abschreiber*. HEIN.

23, 2. Οὐρβανόν] Mortuus est Urbanus a 230. vid. Pagi *Cr.* p. 213. Zebinus a. 229. episcopatum iniit. Pagi ibid. p. 208. HEIN.

Ib. Ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων] Rufini versio commentarii loco erit. *Quo in tempore Origenes rogatus est ab ecclesiis quæ sunt apud Achaiam, ut illo usque pro convincendis hæreticis, qui inibi liberius convaluerant, perveniret.* Idem scribit Hieronymus in catalogo, ubi de Origene. VALES.

23, 3. δεδογμένα τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσιν] Ad hæc præcipue referre hic debuerat Eusebius, quippe quæ ad historiam ecclesiasticam maxime faciunt. Satius erat omittere alia multa quæ de Origene commemoravit Eusebius, cujusmodi est de legatione ducis Arabiæ, et de Mammæa matre imperatoris Alexandri, et alia nonnulla, quæ ad ipsius quidem Origenis gloriam spectant, sed ad historiam rerum ecclesiasticarum parum conferunt. Decreta autem episcoporum in causa Origenis nequaquam hic erant omittenda. Verum nos immerito de Eusebio querimur. Hic enim, cum omnia quæ ad Origenis causam pertinent, accurate retulisset in secundo defensionis libro quam pro Origene conscripserat, eadem hic repetere superfluum duxit. Quare non hæc Eusebii culpa est, sed posterorum, qui nimio adversus Origenem odio, libros illos quos pro Origenis defensione Eusebius ac

quit. Neque melius conjecisse puto V. D. l. l. p. 102. Photium ex Hieronymi catalog. script. interpretatione Græca, ubi pro Ἀμβρόσιος librarii compendiose dederint ἄμβος, quod ipse iterum confunderet cum *αὐτὸς* et ad Hippolytum deinde referret, opinionem suam hausisse, imo nihil dici posse puto, nisi male errasse hac in re Photium. HEIN.

Pamphilus martyr ediderant, nobis inviderunt. Nisi quod Photius exigua quædam eorum fragmenta tanquam ex naufragio nobis conservavit. Ex cujus bibliotheca cap. 118. discimus duas adversus Origenem synodos collectas fuisse, quarum prior Origenem ex Alexandrina ecclesia pellendum esse censuit, sed presbyteri honorem non ademit. Secunda vero synodus episcoporum Ægypti a Demetrio congregata, Origenem sacerdotio exuit, cui damnationi totius pæne orbis episcopi subscripserunt, ut docet Hieronymus, cujus hæc verba refert Rufinus in 2. apologia: *Pro hoc sudore quid accepit præmii? Damnatur a Demetrio episcopo. Exceptis Palæstinæ et Arabiæ et Phœnices atque Achæi sacerdotibus, in damnationem ejus consentit orbis. Roma ipsa contra hunc cogit senatum, non propter dogmatum novitatem, non propter hæresim, ut nunc adversus eum rabidi canes simulant, sed quia gloriam eloquentiæ ejus et scientiæ ferre non poterat, et illo docente omnes muti putabantur.* Porro verba Pamphili ex libro 2. apologetici pro Origene sunt hæc: *καὶ σύνοδος ἀθροίζεται ἐπισκόπων, καί τινων πρεσβυτέρων, κατὰ Ὠριγένους· ἥ δὲ ὡς ὁ Πάμφιλός φησι, ψηφίζεται μεταστῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν Ὠριγένην, καὶ μήτε διατρίβειν ἐν αὐτῇ, μήτε διδάσκειν, τῆς μέν τοι τοῦ πρεσβυτερίου τιμῆς οὐδαμῶς ἀποκεκινῆσθαι· ἀλλ᾽ ὅγε Δημήτριος ἅμα τισὶν ἐπισκόποις Αἰγυπτίοις, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀπεκήρυξε, συνυπογραψάντων καὶ τῇ ἀποφάσει τῶν συμψήφων αὐτῷ γεγενημένων.* Hieronymus tamen non depositum duntaxat, sed excommunicatum a Demetrio dicit Origenem, et indignum communione ecclesiæ judicatum. Verum hæc Demetrii sententia quamvis tot episcoporum consensu firmata, absque effectu mansit, cum Origenes presbyteri munus semper deinceps retinuerit, et in ecclesia docere perseveraverit, ut docet Eusebius in hoc libro, et Pamphilus in lib. i. apologiæ. Cur autem irrita fuerit hæc sententia, duplex causa est. Primo quia in absentem prolata fuerat absque legitimis citationibus. Deinde, quia multorum antistitum, ac præcipue Romani episcopi auctoritate non erat confirmata. VALES.

Ib. *εἰσενήνεκται*] Positum videtur ab Eusebio pro *εἰσήνεγκε*. Et sic intellexit Nicephorus. Ac Christophorsonus interpretatur *pertulit.* VALES.

24. 1. *Ἐκείνοις δέοι ἂν πρόσεπιθεῖναι*] Iis scilicet quæ in se-

cundo libro apologiæ pro Origene diximus, quod non intellexit Christophorsonus. VALES.

24, 1. *μόνοι δύο καὶ εἴκοσιν*] Ex triginta quatuor tomis, seu libris quos in evangelium Joannis scripserat Origenes, teste Hieronymo in præfatione ad Paulam de interpretatione sua homiliarum in Lucam. Hodie vero novem duntaxat supersunt tomi explanationum Origenis in Joannis evangelium, a Perionio Latine primum editi. Sed in vulgatis editionibus hi novem tomi male in triginta quatuor tomos distributi sunt, ut in præfatione sua recte monuit doctissimus Genebrardus. VALES.

24, 2. *τῶν περὶ ἀναστάσεως*] Hieronymus in libro quodam qui citatur a Rufino in apologia 2. adversus Hieronymum, indiculum texens librorum Origenis, ita ait: *Scripsit in Genesim libros* 13. *mysticarum homiliarum libros duos, in Exodum excerpta, in Leviticum excerpta.* Et post multa. *Item monobiblia, περὶ ἀρχῶν libros iv., de resurrectione libros duos, et alios de resurrectione dialogos duos.* Idem in libro adversus Joannem Hierosolymitanum p. 244. citat Origenem in libro iv. de resurrectione. Contra hos Origenis libros de resurrectione, scripsit Methodius episcopus insignem librum de resurrectione, teste Hieronymo in libro de scriptoribus ecclesiasticis, et Maximo in scholiis ad librum ecclesiasticæ hierarchiæ Dionysii cap. 7. Sed locum Maximi qui in vulgatis editionibus mendosissimus est, operæ pretium erit hic apponere prout legi debet. Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλύμπου Ἀδριανοπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας, τὰ κατ' αὐτοῦ περὶ ἀναστάσεως γραφέντα. Id est: *lege quæ adversus Origenem de resurrectione scripsit Methodius, sanctissimus martyr et episcopus Olympi urbis Lyciæ, quæ etiam Hadrianopolis dicta est.* Ex hoc Methodii libro seu potius dialogo περὶ ἀναστάσεως, egregia fragmenta habentur apud Epiphanium in hæresi Origenistarum, et apud Photium in bibliotheca. Item apud Eustratium in libro de apparitione animarum, ubi liber ille Methodii vocatur λόγος πρὸς Ἀγλαοφῶντα. Nec alia mihi videtur esse causa, cur Eusebius in ecclesiastica historia nullam Methodii mentionem fecerit, cum tamen plures alios commemoret ecclesiasticos scriptores, qui Methodio longe inferiores fuerunt. Sed cum Methodius styli aciem strinxisset adversus Origenem,

Eusebius qui Origenis erat studiosissimus, illum utpote Origenis inimicum ne nominare quidem in historia sua sustinuit. Eandem ob causam in libro de scriptoribus ecclesiasticis Hieronymus Rufinum quocum simultates exercuerat, de industria prætermisit. Ceterum Eusebius in hoc capite, duodecim tantum agnoscit libros expositionum in genesim, non tredecim ut Hieronymus in loco supra citato et in epistola 125. ad Damasum quæstione 1. VALES.

Ib. Στρωματεῖς] Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem Romanum, docet quod argumentum fuerit horum librorum Origenis. *Clementem*, inquit, *imitatus Origenes, decem scripsit stromateas, Christianorum et philosophorum inter se sententias comparans, et omnia nostræ religionis dogmata de Platone et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmans.* Ex sexto hujus operis libro fragmentum profert idem Hieronymus in apologia adversus Rufinum, non longe ab initio. Idem in epistola ad Augustinum: *Scripsit*, inquit, *Origenes in epistolam Pauli ad Galatas quinque proprie volumina, et decimum stromatum suorum librum, commatico super explanationem ejus sermone complevit.* Certe in caput 5. epistolæ ad Galatas, locum integrum affert ex decimo stromateon Origenis libro. VALES.

Ib. ὁλόγραφοι ἐπισημειώσεις] Quid essent ὁλόγραφοι ἐπισ. non intellexerunt interpretes. Jurisconsulti ὁλόγραφον vocant testamentum quod testatoris manu perscriptum est, non autem sola subscriptione firmatum [o]. Eodem modo Eusebius ὁλογράφους ἐπισημειώσεις vocat, notationes manu ipsius Origenis præfixas aut subjunctas singulis tomis [p]. Solebant enim auctores vel initio, vel in fine librorum suorum, quædam sua manu adnotare. Talis est illa σημείωσις Irenæi quam in fine librorum suorum adscripserat, teste Eusebio supra lib. v. cap. 29. Ejusdem generis est adnotatio illa quæ legitur in fine procatechesis Cyrilli, quæ, meo quidem judicio, melius adscriberetur ante primæ catechesis initium. Ὁλόγραφοι igitur hoc loco idem sunt quod ἰδιόγραφοι. Sic apud Hilarium in fragmento de synodis: *Exemplum epistolæ qua Athanasium reum non esse holographa manu Valens scripsit, et Ursacius sub-*

[o] Vid. Mackeldey *Lehrbuch des römischen Rechts*, §. 445. cf. Heineccii *antiquitt. Romann. institt.* lib. ii. tit. x. §. 9. et Sueton. Nero c. xvii. HEIN.

[p] Cf. Euseb. H. E. v. 19 ext. αὐτόγραφοι σημειώσεις. HEIN.

scripsit. Julius papa in epistola ad synodum Antiochenam: καὶ κατηγόρου ἰσχύρα προεκόμισε χεῖρα ὁλόγραφον αὐθεντικὴν, etc. Denique Hieronymus in apolog. 2. adversus Rufinum: *Quæ epistola holographa tenetur ab iis ad quos perlata est.* Ambrosius in commentariis epistolæ ad Galatas cap. 6. *ubi enim holographa manus est, falsum dici non potest.* VALES.

25, 1. Οὐκ ἀγνοητέον] Locus Origenis integer exstat in capite 3. philocaliæ. Sed philocalia ex hoc vicissim loco emendanda est. Nam ubi legitur: εἴκοσιν, οἷς ὁ ἴσος ἀριθμὸς, etc. scribendum est εἴκοσι, ὅσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. sicut in nostris codicibus habetur, et apud Suidam in voce Ὠριγένης. Solemnis est hic error omnium editionum, ut εἴκοσιν scribant, quoties verbum sequens incipit a vocali. In optimis tamen exemplaribus semper εἴκοσι scribitur, etiamsi sequatur vocalis. VALES.

25, 2. δύο καὶ εἴκοσι] Victorinus in Apocalypsim: *Sunt autem*, inquit, *viginti quatuor libri Veteris Testamenti, viginti duos in excerptis Theodoti invenies.* Quæ sint excerpta illa Theodoti, superius annotavi, libri scilicet hypotyposeon Clementis Alexandrini. Porro quod alii viginti quatuor veteris Testamenti libros, alii duos tantum et viginti numerabant, id ex ea causa profectum est, quod librum Ruth et librum lamentationum Hieremiæ quidam seorsum in scripturarum catalogo numerabant, ut docet Hieronymus in præfatione ad libros regum, ubi sine dubio alludit ad Victorini locum, cum ait: *Quamquam nonnulli Ruth et Kinoth inter hagiographa scriptitent, et hos libros in suo putent numero supputandos, ac per hoc esse priscæ legis libros viginti quatuor, quos sub numero* 24. *seniorum apocalypsis Joannis inducit.* Quidem vero non Ruth et lamentationum libros, sed Tobiam et Judith reliquis addentes, viginti quatuor libros Veteris Testamenti numerabant, ut scribit Hilarius. Alii vero viginti septem libros Veteris Testamenti numerabant, ut docet Epiphanius in libro i. adversus hæreses, et in libro de ponderibus. VALES.

Ib. εἰσὶ δὲ κ. λ. quæ in edd. Origenis leguntur ex ipso Eusebio nostro esse decerpta, secundum textum Valesii, neque igitur inde testimonium pro aliqua lectione posse peti, monuit Strothius. HEIN.

25, 4. Ἡσαΐας] Omissus est in hoc catalogo liber duodecim

prophetarum. Quo factum est, ut cum viginti duos libros se numeraturum promiserit Origenes, unus duntaxat et viginti reperiantur. In Rufini versione recensetur hic liber statim post canticum canticorum. Nec aliter Hilarius in prologo enarrationis in psalmos, et Cyrillus Hierosolymitanus. Ceterum sacræ scripturæ libri longe alio ordine hic recensentur quam ab Epiphanio et Hieronymo et Melitone, cujus locum supra retulit Eusebius in fine lib. iv. Hilarius vero in prologo commentariorum in psalmos, cum Origene prorsus consentit. Nec id mirum, cum totus fere prologus ille Hilarii translatus sit ex commentariis in psalmos, ut testatur Hieronymus. VALES.

25, 5. *ὡς ἐν παραδόσει μαθών*] Verba hæc sunt Origenis, ut apparet. Atque ita Rufinus et Langus et Musculus interpretati sunt. Solus Christophorsonus hæc Eusebii verba esse censuit, cui non assentior. Quamvis in codice Maz. et Med. post vocem *μαθὼν* apposita sit finalis distinctio. In Regio autem exemplari totus hic locus absque ulla distinctione continuatur, *ὧδέ πως γράφων ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων*. Et post ultimam hanc vocem apposita est media distinctio seu mora, quasi locus Origenis incipiat a verbis quæ proxime sequuntur. Verum ut jam dixi, magis placet Rufini distinctio. Porro de quatuor evangeliis quæ sola ab ecclesia catholica admittuntur, non solum in suis in Matthæum commentariis testatus fuerat Origenes, sed etiam in principio commentariorum in Lucam. Quem locum, quia ab Eusebio prætermissus est, hic apponam: *Ecclesia quatuor habet evangelia, hæreses plurima. E quibus quoddam inscribitur secundum Ægyptios, aliud juxta duodecim apostolos. Ausus fuit et Basilides scribere evangelium et suo illud nomine titulare*, etc. VALES.

25, 6. *ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὰ κατὰ Ἰωάννην*] Locus Origenis quem hic adducit Eusebius, est e proœmio libri quinti explanationum in Joannis evangelium, cujus proœmii pars maxima exstat in cap. 5. philocaliæ. Cum illo igitur fragmento jungendus est hic locus, qui ab Eusebio nostro adducitur. Porro in eo proœmio disputat Origenes, an de rebus divinis multi scribendi sint libri. Ac primum affert locum ex ecclesiaste, qui vetat multitudinem conficere librorum. Deinde

adducit exemplum sanctorum virorum, prophetarum scilicet et apostolorum, qui omnes pauca scripsere. Sed collector philocaliæ cuncta hæc exempla de industria prætermisit, ut ipsemet fatetur pag. 69. editionis Græco-Latinæ. Proinde hic Origenis locus quem adducit Eusebius, inseri debet pag. 69. supradictæ editionis, ante illa verba *ἰλιγγιῶν μοι*, etc. VALES.

25, 10. *ἀπομνημονεύσαντος καὶ ὥσπερ σχολιογραφήσαντος*] Jam supra monuimus, *ἀπομνημονεύειν* idem esse ac *reminisci*, et *memoriter recitare*, quemadmodum solent discipuli, cum magistrorum dictata recitant. *Σχολιογραφεῖν* vero est *brevibus scholiis illustrare*, quod fit cum obscuras voces aliis vocibus magis usitatis explicamus. Interpretes ac præcipue Christophorsonum nihil hic vidisse, ex eorum versione apparet. Nam primum *ἀπομνημονεύσαντος* Christophorsonus vertit: *in commentarios redigere*. Putavit scilicet *ἀπομνημονεύματα* idem esse ac commentarios, quem errorem jam antea refutavi. Vocem autem *σχολιογραφήσαντος* interpretatur, *dictata ex præceptoris ore scribere*. Quo nihil dici potuit absurdius. Ait enim Origenes sententias epistolæ ad Hebræos esse ipsius apostoli, verba autem et compositionem totius orationis, esse alterius cujuspiam, qui verba apostoli memoriæ mandaverit, eaque elegantius tanquam scholiastes exposuerit. Quod si *σχολιογραφεῖν* idem esset ac dictata ex præceptoris ore scribere, ipsa verba jam essent apostoli, quod tamen negat Origenes. Sed nimirum ignoravit Christophorsonus quid essent scholia. Amelius philosophus Plotini auditor scripsit scholiorum libros centum, in quibus ea quæ a Plotino in familiari colloquio strictius erant tradita, ipse uberius exponebat, ut testatur Porphyrius in vita Plotini. Quare de Amelio dici potest, eum *ἀπομνημονεῦσαι καὶ σχολιογραφῆσαι τὰ Πλωτίνου*. Eodem sensu Longinus in lib. de fine adversus Plotinum, de Annio et Medio philosophis loquens ita dicit: *οἱ δὲ μικρὰ κομιδῆ πράγματα τῆς τῶν παλαιῶν ἱστορίας ἀπομνημονεύσαντες εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπεχείρησαν συντιθέναι βιβλία*. Id est, *alii vero exigua quædam excerpta ex veterum libris commemorantes, de iisdem quibus illi argumentis ac locis scribere instituerunt*. Vide quæ supra annotavi ad cap. 17. lib. iv. VALES.

25, 11. εὐδοκιμείτω ἐπὶ τούτῳ] Pessime hæc Origenis verba verterunt Musculus et Christophorsonus. Quod ideo monendum duxi, non quo de illorum laude quicquam detraham, sed ut ostendam, non sine causa novam Eusebii versionem a nobis susceptam fuisse. Nec tamen omnes illorum lapsus notare institui, sed sicubi locus difficilis et ambiguus occurret, tum illorum versionem non pigebit adducere. VALES.

Ib. παραδεδώκασι] Cf. Schulz *der Brief Pauli an die Hebräer* p. 8. sqq. De verbis quæ paulo superius legebantur, ὅτι ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως——τῆς λέξεως Ἑλληνικωτέρα vid. Boehme *præfat. commentar. in epist. ad Hebræos*, p. x. p. xx. sqq. p. xxxv. p. xxxix. p. xlv. sqq. HEIN.

26, 1. Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον] In codice Med. ac Maz. Fuk. et Sav. et apud Nic. legitur δωδέκατον. In chronico Eusebii hæc Origenis migratio ab urbe Alexandrina ad Cæsariensem, in quibusdam codicibus refertur anno 12. Alexandri, ut testis est Pontacus. Sed mira est Eusebii a se ipso dissensio, qui in chronico eam migrationem commemorat anno vel biennio post mortem Demetrii, hic vero Origenem Alexandria migrasse scribit, paulo antequam Demetrius ultimum diem obiisset. Quod quidem verius puto. Nam post Demetrii interitum, nihil jam causæ erat cur Origenes Alexandria discederet. Cum præsertim Demetrio successisset Heraclas, unus ex discipulis Origenis. Accedit quod hic refert Eusebius, Origenem ex urbe Alexandria discedentem, munus suum et catechizandi officium Heraclæ tradidisse. Ex quo apparet, Origenem paulo ante prolatam a Demetrio adversus ipsum excommunicationis sententiam, Alexandria discessisse. Neque enim post illam sententiam magisterium suum in Alexandrina ecclesia Origenes retinere potuit. Recte igitur Baronius Eusebii chronicon emendat, et Origenis quidem migrationem ab urbe Alexandriæ confert in annum 10. Alexandri, mortem vero Demetrii in annum sequentem. Sed in eo labitur, quod sententiam excommunicationis a Demetrio latam esse dicit anno antequam Alexandria migraret Origenes, quod refutavimus. Cum enim magisterium suum Origenes semper Alexandriæ retinuerit, apparet ipsum ante damnationem illinc discessisse. Porro cum Origenes se a Demetrio in synodo episcoporum damnatum esse comperisset, epistolam scripsit ad amicos suos qui erant Alexandriæ, qua in Demetrium et

reliquos episcopos invehebatur. Ejus partem citat Hieronymus in lib. ii. adversus Rufinum. Porro jam semel Origenes Cæsaream se receperat, Antonini Caracallæ temporibus, sed a Demetrio honorifice revocatus brevi Alexandriam redierat, ut supra relatum est. Postea vero cum in Achaiam proficisceretur, per Cæsaream Palæstinæ transiens, ibidem presbyter est ordinatus. VALES.

26, 1. *διδασκάλειον καταλείπει*] Antea Heraclas adjutor duntaxat Origenis fuerat in docendo, et quasi proscolus ut refertur supra cap. 15. Post discessum autem Origenis, catechetes fuit. Hæc Baronius cum minime distinxisset, Eusebium hic falli putavit. VALES.

Ib. *Δημήτριος τελευτᾷ*] a. 230. ex sententia Pagi *Crit.* t. i. p. 215. cf. Dodwell. *de successione sedis Alexandrinæ*, p. 64. citante Read. HEIN.

27, 1. *Φιρμιλιανός*] Vir doctissimus et inter scriptores ecclesiasticos celebris fuit Firmilianus. Hujus testimonio utitur Basilius in libro de Spiritu sancto: *ταύτην καὶ Φιρμιλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ μαρτυροῦσι τὴν πίστιν οἱ λόγοι οὓς κατέλιπε.* Ejusdem meminit in epistola canonica ad Amphilochium. Hodie unica superest Firmiliani epistola ad Cyprianum. Mirum est tamen, nec ab Hieronymo nec a Bellarmino inter scriptores ecclesiasticos eum recenseri. Ac de Bellarmino facile est conjicere, quam ob causam illum prætermiserit. Ideo scilicet, quod Stephanum papam acerbius perstrinxisset. VALES. Cf. Cave *hist.* t. i. p. 86. HEIN.

Ib. *αὐτὸν* esse minus apte dictum pro *Ὠριγένην*, facile apparet. HEIN.

27, 2. *τὸν πάντα χρόνον*] In hujus loci distinctione variant nostri codices. Nam Regius quidem uno tenore scribit *προσανέχοντες αὐτῷ οἷα διδασκάλῳ*, et sic Nicephorus. Reliqui codices post vocem *αὐτῷ* moram adhibent. VALES. Horum auctoritatem ego sequendam duxi, cum ita sensus existat longe gravior. Dicitur enim hoc: Perpetuo adhærentes Origeni, permiserunt ei *tanquam soli suo et reliquorum omnium doctori* interpretationem scripturæ sacræ et reliquum ecclesiasticæ doctrinæ officium. Contra magnopere languet *οἷα διδασκάλῳ* relatum ad *προσανέχοντες*, cum illud per se possit intelligi, tanquam præceptorem secutos esse illos Origenem, illud non item, pro solo et unico doctore cum ab iis esse

habitum, ex cujus quasi ore toti penderent. Post διδασκάλῳ distinxit præeuntibus Val. et Stroth. ipse Zimmermannus, qui vero deinde non opus habebat vel post αὐτῷ comma ponere. HEIN.

Ib. Ἐκκλησιαστικοῦ λόγου] Id est *officium docendi in ecclesia*, de quo supra annotavi. VALES.

28, 1. Ἀλεξάνδρου—συνεστῶτα] Cf. Lamprid. in Alex. c. 29. 43. 45. 49. 51. Jablonski *de Alexandro Severo Christianorum sacris per Gnosticos initiato* in *Menken. Miscellan. Lips.* t. iv. p. i. p. 56–94. vid. Moshem. *Commentt.* p. 463–467. Schröckh. *christ. K. G.* t. iv. p. 6–8. Heyne *diss. ii. Alex. Sever. imp. religiones miscellas probantis judicium illustratum et ad causas suas revocatum* in *Opuscc. acad.* vol. vi. p. 169. HEIN.

28, 2. οὐ πλείονος ἢ τριετοῦς χρόνου] Hujus loci sensum Christophorsonus minime intellexit, qui Ambrosium et Protoctetum sub finem imperii Maximini ob nomen Christi vexatos fuisse censuit. Verum id non dicit Eusebius, sed hoc tantum sibi vult, toto Maximini imperii tempore persecutionem duravisse, sed dies illius breviatos fuisse, ut de antichristo scriptura loquitur. Porro persecutio illa sub Maximino imp. post diuturnam ecclesiæ pacem repente oborta est ob frequentes et gravissimos terræ motus, quos more suo gentiles Christianis imputabant, ut testis est Firmilianus in epistola ad Cyprianum. Vide Baronium ad annum Christi 237. VALES.

29, 1. Συνελθόντα ἐπιχωριάζειν, ita potest accipi quasi subaudiatur ἕνεκα τοῦ ἐπιχωριάζειν. Atque ita sensus non erit absolutus nisi post vocem παρεληλυθέναι. VALES. Ἕνεκα τοῦ minime esse supplendum cum Valesio, recte jam animadvertit ad h. l. Str. HEIN.

29, 2. ἐν ὑπονοίᾳ] Musculus eumque secutus Christophorsonus, hunc locum ita verterunt: *Et multi de compluribus illustribus et nobilibus viris eligendis cogitarent.* VALES.

29, 3. ἄξιον ἐπιβοῆσαι] Fuit enim hæc solemnis acclamatio in electionibus episcoporum, cujus rei plurima passim occurrunt exempla, ut apud Philostorgium in libro ix. cap. 10. Et in actis designationis Eradii quæ inter epistolas Augustini

leguntur, eædem acclamationes leguntur: *Dignus et justus est*, *dictum est vicies. Bene meritus*, *bene dignus*, *dictum est quinquies.* VALES. Cf. Apocal. iv. 11. v. 9. 12. Ad verba præcedentia ἐκ μετεώρου περιστερὰν-καθόδου cf. quæ annotavi ad Eus. H. E. iv. 15. HEIN.

30, 1. Ὁ καθ' ἡμᾶς κ. λ.] Inde conclusit Kestner. p. 45. Eusebium interdum fontes *scriptos certoque nomine insignitos* dissimulasse. Ex *libro* enim nescio quo haud dubie excerpsisse h. l. Eusebium, unde de Gregorio Neocæsariensi dicere poterat ὁ καθ' ἡμᾶς κ. λ., quamvis ille jam a. 265. mortuus esset. Cf. Cave *hist.* t. i. p. 93. Euseb. H. E. iv. 4. 5. v. 12. 6. Nescio tamen an illud καθ' ἡμᾶς sit minus premendum. cf. iv. 8. (pag. 224.) ii. 11. (pag. 82.) sq. HEIN.

Ib. Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα] Rom. disciplinas Eusebius appellat jus civile, quod Gregorius in urbe Beryto discebat, tunc cum ab Origene ad altiora studia est excitatus, ut ipsemet scribit in oratione ad Origenem. Idem testatur Origenes in epistola ad Gregorium cap. 13. philocaliæ. VALES.

Ib. πτοεῖσθαι ut de quacunque vehementiori animi commotione, ita h. l. de summo litterarum amore et quasi siti dicitur. Veteres tamen certe longe frequentius περὶ, πρὸς et ἐπὶ potius cum illo verbo solent conjungere, non ἀμφί. Vid. Heindorf. *ad Plat. Phæd.* p. 68. C. Schäfer. *ad Dion. de comp. verb.* p. 10. cf. Eurip. Iphig. A. v. 575. Luc. xxiv. 37. 1 Petr. iii. 6. Gataker. *ad Anton.* iv. 19. Krebs. *Observv. Flavv.* p. 400. et ad Plutarch. de audiendd. poëtt. p. 206. sq. ed. 2. HEIN.

31, 1. Ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων κεστῶν συγγραφεύς] Hæc verba delenda esse existimo. Primum, quia nec in versione Rufini, nec apud Hieronymum habentur. Deinde cum de scriptore ecclesiastico hic agatur, ridiculum foret ante omnia mentionem facere librorum, qui nihil præter medicinas ex herbis et metallicis ac magicis figuris atque incantationibus continebant. Nam ejusmodi erant κεστῶν libri, ut testis est Suidas et Georgius Syncellus, a Veneris cesto ita dicti, eo quod amatoria præcipue complecterentur. Postremo Africanus is qui κεστοὺς composuit, alius omnino esse videtur ab Africano chronographo, de quo hic loquitur Eusebius. Nam ille qui-

dem cestorum scriptor, oriundus fuit ex Libya ut testatur Suidas, et σέκτος vocabatur teste eodem Suida. Scaliger tamen in animadversionibus Eusebianis Sextum Africanum eum appellat. Sed forte apud Suidam κέστος emendandum est pro σέκτος, ut Africanus ille Cestus cognominatus sit, perinde ac Clemens Stromateus. Africanus vero chronographus oriundus fuit ex Palæstina, oppido Emmaunte, ut docet Eusebius in chronico, qui et Julium Africanum eum appellat. Præterea Christianus fuit, cum alter cestorum scriptor gentilis fuerit, ut ex argumento ejus librorum satis apparet[q]. Afri-

[q] Valesio in eo assensi sunt Scaliger, du Pin et ipse Strothius in Germanica interpretatione ad h. l. not. 6. Recte autem Str. improbante Ernestio et cum aliter jam prius visum esset Vossio *de histor. Gr.* ii. 15., Lambecio *bibl. Vindob.* tom. v., Wetstenio *not. in epist. African.* p. 154. et aliis, sententiam suam retractavit in editione sua Eusebii Græca, ubi ad argumenta Valesii respondit hæc: "*Primo Rufinus quidem hæc verba omittit, perinde ac Hieronymus, at unius ejus testimonio pro spuriis haberi non possunt, cum ille et plura alia omiserit, et priore Historiæ ecclesiasticæ editione usus sit, in qua multa aliter legebantur ac in posteriore.* [? HEIN.] *Optimo igitur jure Rufino opponitur omnium codd. quos novimus ac Nicephori testimonium. Deinde, licet κεστοὶ non pertinerent ad rem ecclesiasticam, quare etiam Hieronymus forsan eorum mentionem haud fecit, tamen si forte liber, et per eum ipse auctor notus et illustris esset, absonum haud erat, ad designandum hunc Africanum, nominare librum per quem nomen ejus maxime celebraretur.*" Addi potest, neque historiam Susannæ debuisse commemorari, ad rem ecclesiasticam minus etiam fortasse pertinentem quam illos κεστοὺς libros Africani. Pergit autem Strothius ita: "*Denique quamquam et plures fuisse Africanos, et sæpe unius nominis varios scriptores pro uno eodemque habitos esse non negem, tamen ut credam Africanum κεστῶν scriptorem, et Africanum Chronographum, unum eundemque fuisse, apertissimis Photii et Suidæ testimoniis adducor, quæ cum ad illustrandam Eusebii de Africano narrationem non minus quam ad firmandam nostram lectionem, refellendamque Valesii sententiam valeant, integra adscribo. Photius cod. xxxiv. ait:* Ἀνεγνώσθη Ἀφρικανοῦ ἱστορικόν. Οὗτός ἐστιν, ὁ καὶ τοὺς λεγομένους κεστοὺς ἐν λόγοις συντάξας ιδʹ. Ἔστι δὲ σύντομος μὲν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἱστορηθῆναι ἀπολιμπάνων. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογονίας, καὶ κάτεισιν ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μεχρὶ τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας· ὅτε αὐτῷ, ὥς φησι, καὶ ἥδε συγγραφὴ συνετελεῖτο, ἐτῶν οὖσα εψκγʹ. τεύχη δὲ τοῦ βιβλίου πέντε. οὗτος καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ ἦν αὐτὸ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι· ἃ καὶ ἐπιλυόμενος Ὠριγένης, ἀντέγραψε. Γράφει δὲ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς Ἀριστείδην, ἐν οἷς ἱκανῶς τὴν νομιζομένην διαφωνίαν παρὰ Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας σύμφωνον ἔδειξεν· *et Suidas* Ἀφρικανὸς ὁ Σεκτὸς χρηματίσας, φιλόσοφος Λιβὺς, ὁ τοὺς Κεστοὺς γεγραφὼς ἐν βιβλίοις κδʹ. Εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικὰ, ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινῶν χαρακτήρων ἰάσεις τε καὶ ἀλλοιῶν ἐνεργειῶν. Κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. *Varia hujus Sexti Julii Africani fragmenta, a variis auctoribus citata, exstant passim in bibliothecis, v. c. Vindobonensi testibus Nesselio et Lambecio, qui ex ipso adeo* κεστῶν ἐννεαβίβλῳ, *ut ibi vocatur, multa physica et magica arcana a Mich. Psello citata refert in Comm. de Bibl. Vind. Lib. vii. p. 222–224. cf. Nesselius P. iv. p. 11.*" Contra Cave *hist.* t. i. p. 71. conjecit, esse quidem illud opus Africani chronographi, sed ab eo antequam Christianus factus esset, conscriptum. HEIN.

canus qui de bellico apparatu scripsit, idem est cum Africano Cestorum scriptore, sicut ex ejus lectione postea didici. Docet enim remedia partim physica, partim ex incantationibus et scriptis quibusdam elementis composita. Porro ex eo cestorum opere, quod viginti quatuor libris constabat, ut testatur Suidas, studiosus quidam ea, quæ ad militiam spectabant, excerpsit, et in unum volumen redegit, quod in multis bibliothecis etiamnum servatur. In codice bibliothecæ regiæ hæc excerpta ita prænotantur: ἐκ τῶν Ἀφρικανοῦ κεστῶν. Eorum auctorem in Syria vixisse indicat caput tertium quod est de aëris corruptione, ubi scribit Orissum serpentem esse in Thessalia, qui et in Asia frequens est, apud Syros autem eum vocari ait *Vathanirathan*; Σύροι δὲ καλοῦσιν Βαθανηραθάν. VALES.

Ib. ἀντιγράφει] Fragmentum aliquod epistolæ Origenis ad Africanum duobus foliis constans, atque ligaturæ alius cujusdam inserviens in bibliotheca Coisliniana (vid. bibl. Coisl. p. 47.) exstitisse, observat ad h. l. Strothius. HEIN.

32, 1. Pro ἐν ταὐτῷ—συνετάττετο Suidas habet: καὶ εἰς τὸν Ἐζεκιὴλ, πέντε καὶ εἴκοσι βιβλία συντέτακται. Rufinus autem vertit: *in Ezechielem viginti et quinque Athenas proficiscens consummare se memorat.* Inde conjicit Stroth., in priore editione sic lectum, Suidæ vero lectionem ex utraque editione conflatam esse. HEIN.

Ib. τριάκοντά εἰς τόμοι] Suidas consulto legit, cum ejus ætate non amplius superessent illa Origenis scripta. HEIN.

Ib. εἰς τὸ ᾆσμα] Commentarios quos nunc habemus in cantica canticorum, non esse scriptoris alicujus Latini, sed ex Græco Origenis textu Latine versos, fuse et erudite contra Erasmum, Dallæum, aliosque probasse Pearson. *vindic. epistol. Ignat.* p. i. c. 7., monuit Reading. ad h. l. HEIN.

32, 2. ὃν καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου] Tres libros de vita Pamphili martyris scripsit Eusebius, et quidem elegantissimos, ut testatur Hieronymus in apologetico 1. adversus Rufinum, ubi etiam fragmentum ex tertio ejus operis libro adducit. Eorundem librorum meminit in epistola ad Marcellam. Porro in tertio libro de vita Pamphili martyris, indicem Origenis librorum retulerat Eusebius. Hieronymus in apologetico 2. adversus Rufinum: *Numera*, inquit, *librorum*

ejus indices, qui in tertio volumine Eusebii, in quo scribit vitam Pamphili, continentur, et non dico sex millia, sed tertiam partem non reperies. VALES.

Ib. ἱεροῦ μάρτυρος] Recte, meo quidem judicio codex Mediceus et Fuk. scribit una voce ἱερομάρτυρος. Sic autem Græci vocant eos, qui sacerdotes simul et martyres fuerunt, ut patet ex Græcorum menologiis. Cum ergo Pamphilus presbyter idem et martyr fuerit, merito ἱερομάρτυς appellatur. Sic etiam in sequenti capite scriptum habet codex Med. et Fuk. Græci quatuor habent martyrum genera, ut ex eorum menologiis colligitur. Quosdam enim μεγαλομάρτυρας vocant, id est, magnos martyres, qualis est Demetrius, Georgius et Theodorus. Alios vocant ὁσιομάρτυρας, verbi gratia Niconem et alios. Alii vocantur ἱερομάρτυρες, martyres scilicet qui episcopali apice decorati sunt. Interdum tamen presbyteros sic appellant. Certe in Typico sancti Sabæ, die 22. Martii annotatur festum τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος βασιλείου πρεσβυτέρου. Reliqui simpliciter martyres dicuntur a Græcis. Est etiam apud eos titulus πρωτομάρτυρος, qui communis est Stephano ac Theclæ. Nam ut inter viros primus Stephanus, sic prima inter feminas Thecla martyrio coronata est. Ceterum quanto sint elegantiores Latinis Græci, vel ex hoc apparet, quod apud Græcos singuli sancti sua habent epitheta, quibus quasi titulis ornantur ac distinguuntur. VALES.

Ib. τῆς συναχθείσης αὐτῷ] Collegit inde Kestner. p. 6. §. 6. contra Danzium, p. 142. not. 70. Eusebium non omnes libros, quos commemorat, ex αὐτοψίᾳ cognovisse, sed aliquos certe ex *repertoriis* litterariis, ab aliis jam collectis. At utriusque V. D. sententia non satis vera esse mihi videtur. Danzius enim l. l. in eo errat, quod "*cum*, inquit, *ejusmodi libris, quibus nunc gaudemus, quibusque notitia scriptorum librorumque eorum continetur, plane esset* (Eusebius) *destitutus*." Nam vere ejusmodi libro usum esse Eusebium ex h. l. clare sequitur, ubi illos Pamphili indices ipse commemorat. Sed inde non sequitur, quod sequi credidisse videtur Kestner. l. l., Eusebium illos libros ex *solis* Pamphili indicibus cognovisse. HEIN.

32, 3. ἐντελέστατα] Adverbialiter positum est more Græcorum, quod tamen nec Musculus nec Christophorsonus animadverterunt. VALES.

33, 1. Κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν] Musculus vertit: *Secundum propriæ ac separatæ substantiæ circumscriptionem non exstitisse.* Male ut apparet. Itaque Christophorsonus vocem illam *separatæ* expunxit, cetera autem retinuit. Οὐσίας περιγραφὴ nihil est aliud quam *substantiæ differentia.* Unde Gregorius Nyssenus in libro de differentia essentiæ et subsistentiæ, *subsistentiam* ita definit: ἡ τὸ κοινόν τε καὶ ἀπερίγραπτον ἐν τῷ τινι πράγματι, διὰ τῶν ἐπιφαινομένων ἰδιωμάτων ὑφεστῶσα καὶ περιγράφουσα· Et paulo ante dixerat: τὰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον ἰδιωμάτων ἐστὶ σημαντικά· δι' ὧν οὐχ ἡ κοινότης τῆς φύσεως ἐνθεωρεῖται τῷ ῥήματι, ἀλλὰ πράγματός τινος περιγραφή, etc. Et initio libri de Arianis ita scribit: διὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, καὶ τὴν κατὰ τὰς οὐσίας περιγραφὴν εἰσαγόντων. Eadem verba leguntur in epistola 43. Basilii ad Gregorium Nyssenum. Quam quidem epistolam Gregorius Nyssenus in eo, quem dixi, libro totam fere transcripsit. Porro videtur Beryllus οὐσίαν accepisse pro persona, more sæculi sui, quo οὐσία et ὑπόστασις inter se confundebantur. Errabat igitur Beryllus, qui Christum ante incarnationem, nullam propriæ personæ differentiam habuisse dicebat. Sed quod idem aiebat, Dominum nostrum non habere propriam Deitatem, sed tantum paternam in ipso inhabitantem, in eo quidem recte sentiebat. Neque enim propria est divinitas Patris, propria Filii, sed una eademque est trium personarum divinitas. Alioqui tres essent dii, non unus Deus. Ita si sensit, excusari potest Beryllus. Quod si existimavit Filium non esse proprie Deum, sed tantum appellative ac participative, in eo hallucinatus est. Certe cum ante incarnationem Filium personaliter non substitisse dixerit, sequitur ut divinitatem ei quoque abrogaverit. De hac hæresi Berylli intelligendus est Origenis locus ex commentariis epistolæ ad Titum, qui sic habet: *sed et eos, qui hominem dicunt dominum Jesum præcognitum et prædestinatum, qui ante adventum carnalem substantialiter et proprie non exstiterit, sed quod homo natus patris solam in se habuerit Deitatem, ne ipsos quidem sine periculo ecclesiæ numero sociari.* Habetur hic locus in apologetico Pamphili. Meminit etiam Gennadius in lib. de dog. eccl. cap. 3. *Neque hic est natus ex virgine, ut et divinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequam nasceretur ex virgine, Deus non fuerit:*

sicut Artemon, et Beryllus, et Marcellus docuerunt. VALES. Ad sensum recte vertisse patet Valesium verba κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν *in propriæ personæ differentia*, Stroth. *als ein besonderes selbstständiges Wesen.* Præterea cf. quæ monita sunt ad i. 2. (pag. 9.) Stroth. *Uebers.* t. i. p. 474. not. 10. et quæ de toto h. l. disputavit Moshem. *Commentt. de rebus Chr.* p. 699 sqq. HEIN.

33, 2. ἀναλαβὼν αὐτόν] Hujus verbi vim optime exposuit Nicephorus in lib. v. cap. 22. cujus verba scholii vicem præstabunt: ἠρέμα τε καὶ ἠπίως προσανακτώμενος. At Musculus et Christophorsonus verbum ἀναλαβὼν conjungunt cum voce ἀποδείξει. VALES. Hoc ipse præfero. Nam illud vix inest in simplici ἀναλαβὼν, quod secundum Nic. expressit Valesius: *hominem quasi manu apprehendens.* Augetur quoque loci concinnitas. Invicem enim sibi respondent λογισμῷ et ἀποδείξει, πείσας et ἀναλαβών. Hoc autem exprimit effectum persuadendi: *traductum ad justam viam*, et accuratius explicatur sequentibus τῇ——ἀποκαθίστησι. HEIN.

33, 4. ἐκ τῆς ἀπολογίας] Scripserat Eusebius sex libros ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους, ut scribit Hieronymus tum in catalogo, tum in apologetico 1. adversus Rufinum. Horum primum librum interpretatus est Rufinus, et sub nomine Pamphili martyris edidit. Quo quidem nomine gravissime reprehenditur ab Hieronymo, quod librum Eusebii, quem Hieronymus semper hæreticum nominat, præfixo Pamphili martyris titulo evulgasset. Sed respondere potuit Rufinus id quod hic ab Eusebio dicitur, apologiam illam pro Origene ab utroque simul elaboratam fuisse, tam a Pamphilo martyre quam ab Eusebio. Quod testatur etiam Photius in bibliotheca cap. 120. Ubi ait Pamphilum, cum esset in carcere, quinque libros pro Origene una cum Eusebio scripsisse ad confessores qui in metallis erant, sextum vero post mortem Pamphili ab Eusebio adjectum esse. Ceterum ex hoc Eusebii libro quem pro defensione Origenis conscripsit, colligere est jam tum exstitisse multos, qui Origenem reprehenderent ob dogmatum novitatem. Inter quos præcipuus fuit Methodius, qui et librum de resurrectione scripsit adversus Origenem, teste Hieronymo et Epiphanio. Atque hæc causa mihi videtur fuisse, cur Eusebius in his historiæ ecclesiasticæ libris nullam Methodii mentionem

fecerit. Nam cum omnes ecclesiasticos scriptores in hoc opere accurate commemoraverit, Methodium tamen de industria prætermisit, eo quod Origenem quem ipse præcipue mirabatur, impugnavisset. Hinc etiam est quod contra Porphyrii libros post eundem Methodium scripsit, quasi æmulatione quadam et odio adversus Methodium incitatus. Certe Eusebius in libro vi. apologiæ suæ pro Origene, respondebat objectionibus Methodii: *Quomodo*, inquit, *ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Citantur hæc verba ab Hieronymo in lib. i. adversus Rufinum. VALES. Eandem conjecturam sane quam probabilem protulit Valesius jam vi. 24. (pag. 482.) Vid. quæ ipse animadverti vi. 8. (pag. 436.) Præterea cf. Valesii *de vita scriptisque Eus. C. diatr.* p. xxxviii. sq. HEIN.

34, 1. Τοῦτον—ὄντα] Cf. infra cap. 39. Inter fabulas esse referendam hanc narrationem post Scaligerum *ad Eus. Chron. a.* 246. I. Casaubonum *ad Jul. Cap.* p. 400. sq. et Frid. Spanhemium in *miscellan. sacc. antiq.* L. iii. p. 405—436. Opp. t. ii. ostendere studuit Schröckh. *christl. K. G.* t. iv. p. 12 sqq. Conferatur tamen qui paulo aliter disputat Moshem. *Commentt. de rebus Chr. ante C. M.* p. 471—476. Le Moyne *Varr. Sacr.* t. ii. p. 1106 sqq. Ingens autem est præter illos viros multitudo eorum, qui sigillatim de Philippi Arabis Christianismo egerunt. Cf. Danz. *de Euseb. C.* p. 139. not. 59. Præterea quomodo seriori tempore amplificata sit et exornata illa qualiscunque de Philippo narratio, videsis apud Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. vi. p. 51 sq. HEIN.

Ib. ὑπὸ—προεστῶτος] Erat hic ex Leontii episcopi Antiocheni sub. a. 350. viventis narratione in Chron. pasch. ad a. 253. p. 270. ed. du Fresne, Babylas idem episcopus Antiochenus. HEIN.

Ib. τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις] Musculus vertit: *Qui propter peccata inquirebantur,* et sic fere interpres Nicephori, male ut sentio. Nam ἐξετάζεσθαι nihil aliud est hic quam *censeri, versari, in peccatorum ordine collocari.* Sic τάξεις τῶν παραπτωμάτων dicit Dionysius in cap. 46. hujus libri. VALES.

34, 2. καὶ πειθαρχῆσαί γε] Historiam hanc de Philippo imperatore quem Babylas episcopus ab ecclesiæ aditu repulit,

refert auctor chronici Alexandrini ex narratione Leontii episcopi Antiocheni, qui sub Constantio imp. vixit. Eadem fere narrat Chrysostomus in oratione de sancto Babyla contra gentiles, nisi quod imperatorem ipsum non nominat. VALES.

35, 1. Ἡρακλᾶ] vid. Dodwell. *de success. sedis Alexand.* p. 66. citante Reading. HEIN.

36, 1. *Διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι*] Idem testatur Pamphilus martyr in lib. i. apologiæ pro Origene, his verbis: *Quodque puræ religionis observaverit disciplinam, et præ ceteris verbo Dei et doctrinæ operam dederit, dubium non est ex his quæ ad nos laboris et studii ejus certissima designantur indicia, præcipue vero per eos tractatus quos pæne quotidie in ecclesia habebat ex tempore, quos et describentes notarii ad monumentum posteritatis tradebant.* VALES.

36, 2. Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου] Duo fuere Celsi Epicureæ sectæ philosophi, quorum alter Neronis ætate vixit, alter circa Antonini tempora, ut scribit Origenes in libro i. contra Celsum. Adversus hunc posteriorem Celsum scripsit Origenes octo elegantissimos libros, qui etiamnum supersunt. Hic est Celsus, cui Lucianus librum suum qui Alexander seu falsus vates inscribitur, nuncupavit, cum ab eo rogatus esset ut vitam impostoris illius literis traderet. In fine autem illius libri, Lucianus eum alloquens, Epicureum fuisse aperte significat his verbis: *Καὶ σοὶ μὲν μάλιστα χαριζόμενος ἀνδρὶ ἑταίρῳ καὶ φίλῳ, καὶ ὃν ἐγὼ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ἐπί τε σοφίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπου πρᾳότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας, τὸ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν*, etc. Quibus etiam verbis indicare videtur Lucianus librum Celsi qui *ἀληθὴς λόγος* dicebatur. VALES.

36, 3. *Γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ*] Hieronymus in epistola 65. *Ipse Origenes in epistola, quam scribit ad Fabianum, Rom. urbis episcopum, pœnitentiam agit cur talia scripserit, et causam temeritatis in Ambrosium confert, quod secreto edita in publicum protulerit.* VALES.

37, 1. Ἔλεγον κ. λ.] Cf. Neander. *genet. Entwickelung der gnost. Syst.* p. 217. Obs. 16. Arabici appellantur primum ab August. hær. 83, *θνητοψυχίτας* eos vocat Johannes Damascenus. HEIN.

Ib. πάλιν Ὠριγένης] Jam enim antea Origenes rogatus ab episcopis in Arabiam venerat, et adversus Beryllum in ecclesia disputaverat eumque ab hæretico errore revocaverat. VALES.

38, 1. Ὁμιλῶν εἰς τὸν ψαλμόν] Triplex fuit opus Origenis in sacram scripturam, commentarii scilicet, scholia et homiliæ. Et commentarii quidem in doctiorum gratiam conscripti sunt. Scholia vero etiam doctorum gratia ab Origene sunt elaborata, sed in eos libros qui perpetuis et uberioribus commentariis nequaquam opus habebant. Homiliæ vero cum ad populum haberentur, ad captum multitudinis sunt accommodatæ. Hoc est quod Sedulius innuit in præfatione operis paschalis: *Cognoscant*, inquit, *peritissimum divinæ legis Origenem tribus nihilominus editionibus prope cuncta quæ disseruit, aptavisse.* Vide Hieronymum in præfationibus tum in Esaïam, tum in Matthæum. Idem in præfatione commentariorum in epist. ad Galatas, ubi triplex illud opus Origenis commemorat, pro homiliis *tractatus* dicit, quod idem est. Nam Latini vocare solent *tractatus*, quas Græci dicunt homilias, ut ex Augustini retractationibus et ex Possidio colligimus. Et in homiliis quidem Origenes cum vulgum alloqueretur, communi editione 70. interpretum utebatur. In explanationibus vero alias quoque editiones et Hebraïcam veritatem proferebat, teste Hieronymo in procemio Hebraïcarum quæstionum. De hoc triplici Origenis opere loquitur etiam Rufinus in epistola ad Ursacium, quam præfixit interpretationi Origenis in librum numerorum. Sed cum in vulgatis editionibus hæc epistola desideretur, eam ex MS. codice doctissimi viri Emerici Bigotii hic apponendam esse duxi.

Incipit prologus Rufini in librum numeri ad Ursacium.

Ut verbis tibi, frater, beati martyris loquar, bene admones, Donate carissime. Nam et promisisse me memini, ut si quæ sint Adamantii senis in legem Moysi dicta colligerem, atque ea Latino sermone nostris legenda transferrem. Sed reddendæ pollicitationi non tempestivum, ut ille ait, sed tempestuosum nobis tempus ac turbidum fuit. Quis enim ibi stilo locus est, ubi hostilia tela metuuntur, ubi in oculis est urbium agrorumque vastatio, ubi fugitur per marina discrimina, et ne ipsa quidem absque metu habentur exilia? In conspectu etenim, ut videbas etiam ipse, nostro barbarus, qui Reginum oppidum miscebat incendio, angus-

tissimo a nobis freto, ubi Italiæ solum Siculo dirimitur, arcebatur. In his ergo posito, quæ esse ad scribendum securitas potuit, et præcipue ad interpretandum, ubi non ita proprios expedire sensus, ut alienos aptare proponitur? Tamen si quæ nox animos minore metu hostilis concussit excidii, et breve saltem lucubrandi otium dedit, quasi ad solamen malorum, levandæque peregrinationis gratia, quæcumque in numerorum libro, sive homeliatico stilo, sive etiam ex his quæ excerpta appellantur, scripta reperimus, hæc perurgentes, Romana ut potuimus voce, ex diversis in unum ordinem collecta digessimus. Te quoque ipso in quam plurimis juvante, Ursaci, nostrum laborem, dum nimis cupidus, pueruli notarii tardum putas esse ministerium. Scire tamen te volo, frater, quod hæc lectio vias quidem aperiat intelligentiæ, non tamen singillatim cuncta quæ scripta sunt, disserat, ut in explicationum libris legisti, quo scilicet etiam lector non reddatur otiosus, sed pungat cor suum, sicut scriptum est, et producat sensum, et audito verbo bono, ut sapiens adjiciat ad illud. Igitur ut possum, quæ injunxisti explicare contendo. Jam enim ex omnibus quæ in lege scripta reperi, solæ ut puto in deuteronomio desunt oratiunculæ, quas si dominus juverit et sanitatem dederit oculis, cupimus reliquo corpori sociare, quamvis amantissimus filius noster Pinianus, cujus religiosum cœtum pro amore pudicitiæ profugum comitamur, injungat et alia. Sed orate communiter, ut adsit dominus, et temporibus pacem tribuat, gratiam laborantibus donet, et fructum operis nostri in profectum legentium promat. VALES.

Ib. Ἐλκεσαϊτῶν] Hos Ἐλκεσαίους vocat Theodoretus in libro ii. hæreticarum fabularum cap. 7. ab Elcesai quodam ita dictos. Epiphanius in hæresi Ebionæorum, hunc Elxæum pseudoprophetam nominat, qui cum se Ebionæis adjunxisset, auctor eis fuit novæ cujusdam de Christo sententiæ, vagæ admodum et incertæ, quam ibidem refert Epiphanius, plane similem iis quæ refert Theodoretus in dicto loco. Ex quo apparet, id quod antea dixi, Elxæum et Elcesai unum et eundem esse. Hunc etiam Elxai vocat Epiphanius in hæresi Ossenorum, et Trajani temporibus vixisse ait. Quem quidem auctorem esse hæresis Elcesaitarum, ex eo convincimus, quod narrat Epiphanius. Primum enim librum quendam ab eo promulgatum esse scribit, prophetico spiritu et divina sapientia

plenum. Deinde affirmabat Elxai, nullum esse crimen, si quis persecutionis tempore idolis sacrificaret, dummodo id non ex animo faceret. Eadem vero de Elcesaitis hic prodit Origenes. Sed clarius id ipsum testatur Epiphanius in hæresi Sampsæorum, ubi Elcesæos (quos eosdem esse cum Elcesaitis jam probavimus) auctorem sectæ suæ habuisse Elxæum vel Elxai scribit. Quare fallitur Scaliger, qui in capite 27. elenchi, 'Ηλξαΐ nihil aliud esse dixit quam Essæum, ergo Elcesæi seu Elcesaitæ iidem essent cum Essæis, quo nihil est absurdius. Adde quod Elcesæi seu Elcesaitæ, cum unico *σίγμα* scribuntur, Essæi vero cum duplici. Itaque corrigendus est Epiphanius in hæresi Ebionæorum cap. 3. ubi *'Ελκεσσαίοις* male scribitur pro *'Ελκεσαίοις*. Porro in nostris quidem codicibus *'Ελκεσαΐται* aspiratur, sed apud Rufinum id nomen scribitur sine aspiratione. Vide Augustinum de hæresibus cap. 10. De his Methodius in lib. viii. convivii: *Μαρκίωνος γὰρ καὶ Οὐαλεντίνου καὶ τῶν περὶ τὸν 'Ελχασαῖον, καλὸν μηδὲ μνημονεῦσαι.* VALES. Cf. Scaliger. *elench. trihæres.* c. 27, 28. Ittig. *de hæresiarchis* p. 272. Suicer. *Thes.* t. i. p. 511. ii. Stroth. *Uebersetz.* t. i. p. 478 not. 3. Cramer. *Fortsetz. des Bossuet* t. iii. p. 300 sqq. HEIN.

38, 2. *ὁ μὲν νοήσας*] Hæc verba non intellexerunt interpretes. Et Rufinus quidem vertit, *qui fixus est in corde suo*, quem secutus est Langus. Christophorsonus vero ita interpretatur: *qui interiore cogitatione recte de fide sentiat*, quod plane est absurdum. Quid enim absurdius est, quam dicere eum qui animo recte sentit de fide, ore quidem eam negaturum si usus ita poposcerit, animo vero minime? Sed *ὁ νοήσας* hic significat, *quicumque sapit.* Sic enim Græci loquuntur. Notus est Hesiodi versus:

αἶνόν τοι βασιλεῦσ' ἐρέω νοέουσι καὶ αὐτοῖς.

Et alter ille initio operum, ubi de duplici contentione loquitur:

τὴν μέν κεν ἐπαινέσσειε νοήσας. VALES.

39, 1. *Τοῦ—ἕνεκα*] De hujus causæ veritate nihil esse puto cur dubitemus. Certum enim est saltem hoc, Philippum Arabem favisse Christianis. Cf. Greg. Nyss. orat. in Gregor. Thaum. Opp. t. iii. p. 567. sq. Hieronym. catal. c. 54. Moshem. *Comm.* p. 477. Schröckh. *christl. K. G.* t. iv. p. 191 sq. HEIN.

39, 3. *παραταξαμένου* i. e. dum pessimus dæmon omnibus copiis eum impugnat. Sequentia *πάσῃ——στρατηγήσαντος* quasi scholii instar adjecta sunt. Non satis autem recte priora illa vertit Valesius: *dum pessimus dæmon omnes adversus illum copias movet*, et Strothius: *da der böse Geist sein ganzes Heer wider diesen Mann rüstete.* Vid. Marc. Aurel. viii. 48. xi. 3. cf. Passow. s. v. *παρατάσσειν.* HEIN.

Ib. *ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου διαστήματα*] Malim scribere *ἐπὶ τέσσαρα,* vel *πρὸς τέσσαρα.* Porro *ξύλον nervum* esse, jam supra ostendimus, non autem *eculeum*, ut putavit P. Halloixius. Porro in MSS. codicibus Maz. Med. Fuk. et Savilii scribitur *παραταθεὶς διαστήματα κατασπώμενος, πυρός τε,* etc. Sed non dubito, quin vox illa *κατασπώμενος*, scholion sit ad explicationem verbi præcedentis *παραταθείς.* Et ita quidem prius sensimus. Nunc vero re attentius examinata verbum *κατασπώμενος* retinendum censemus, totumque locum ab his verbis *καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις,* usque ad illa *καρτερῶς ἤνεγκεν,* uno ductu continuandum. Ait enim Eusebius, Origenem eculeo impositum, tum ignis minas, tum reliqua tormenta fortiter pertulisse. *Ξύλον* igitur hoc loco est *eculeus*, quod vel adjecta vox declarat. Quoties enim de *nervo* seu *compedibus* dicitur, simpliciter dici solet *ξύλον.* Sed cum *eculeum* significat, adjicitur fere *κολαστήριον* aut *βασανιστήριον.* VALES. Consentit Stroth. vid. Kuinoel. *ad Act.* xvi. 24. HEIN.

Ib. *τῆς ἀναλήψεως δεομένοις*] Id est, *qui consolatione indigent.* Sic enim construenda sunt verba quæ Eusebius solito more transposuit. Quod tamen non vidit Christophorsonus. In codice Maz. et Savil. scribitur *τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις.* Ceterum de Æthiope adversus Origenem subornato, et de abnegata fide nihil hic dicit Eusebius, sed et Baronius cuncta hæc fabulosa esse merito censuit. Nemesius tamen in libro de natura hominis cap. 30. narrationem illam Epiphanii confirmat. VALES. Decipi quoque ab eodem Epiphanio se passi sunt Nicephorus ac Suidas. HEIN.

40, 1. *Πρὸς Γερμανὸν*] cf. vii. 1. HEIN.

Ib. *'Αλλὰ καὶ πρότερον*] Pessime hæc vertit Christophorsonus, qui *πρότερον τοῦ διωγμοῦ* dici putavit, quod tamen Græci sermonis proprietas non admittit. Sed et sequentia Dionysii

verba hujusmodi sensum prorsus respuunt. Sequitur enim *αὐτῆς ὥρας*, id est, *eodem tempore quo edictum persecutionis erat propositum*. Διωγμὸς enim a Dionysio hic sumitur pro *edicto persecutionis*. VALES.

Ib. *φρουμεντάριον*] Frumentarii milites erant, qui ad investigandos reos et ad colligendos rumores, per provincias mittebantur, quos tandem Constantinus abolevit, ut scribit Aurelius Victor. Hi etiam judicibus seu rectoribus provinciarum inserviebant. Ita frumentarius ille cujus hoc loco meminit Dionysius, deputatus erat ad obsequium Sabini præfecti Augustalis. VALES. Vid. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1464 sq. Seriori tempore vocati sunt frumentarii *agentes in rebus* teste Hieronymo in Obadi. v. 18. *Eos quos nunc agentes in rebus vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant.* Augustin. confess. viii. 6. *Erat autem ex iis, quos dicunt agentes in rebus.* ibid. ix. 8. Ambros. de offic. ii. 29. vid. Casaubonus et Salmasius ad Spartian. Hadrian. ii. Turneb. *advers.* xiii. 10. Cujac. *ad tit. cod. de agentibus in rebus.* Iidem *Curiosi* vocabantur ut docet imperii notitia et a Græcis *πευθῆνες*. Agentum vero in rebus simul munus id fuit, ut consulum nomina, victorias Augustorum et edicta provincialibus nuntiarent. Vid. Vales. ad Ammian. Marcell. xv. 3. HEIN.

40, 2. *καὶ οἱ παῖδες*] Musculus et Christophorsonus verterunt *liberi*, quod non probo. VALES.

40, 4. *χωρίτας indigenas* vertit Christophorsonus, interpres Syncelli *incolas*, neuter bene. Sunt enim *rustici homines*. Sic in conciliis Græcis, *οἱ τῶν χωρῶν πρεσβύτεροι*, presbyteri pagorum dicuntur. Pro *τῶν χωριτῶν* nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent *τῶν χωρικῶν*. Sic Alexandrini vocabant *rusticos*, ut legitur in libello Sophronii adversus Dioscorum qui oblatus est synodo Chalcedonensi *μετὰ φάλαγγος λῃστρικῆς χωρικῶν τε καὶ ἑτέρων τινῶν*. Et Theophanes in Chronico p. 179. de Dioscori junioris electione loquens, *ἀνεχώρησαν τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν*, ubi Anastasius bibliothecarius recte vertit: *rusticorum multitudinem*. VALES.

40, 5. *ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων*] *Scimpodia* vocabantur humiles lecti, quales hodieque in aulis habemus sedendi duntaxat causa. Libanius in oratione de vita sua pag. 47. *οἴκοι τε ἐπὶ τῆς κλίνης, ἐπὶ δὲ τοῦ σκίμποδος ἐν τῷ διδασκαλείῳ.* Et

Themistius oratione 9. ex quibus apparet, ejusmodi lectos ægrorum causa fere comparatos fuisse. Ἀστρώτων vero *nudum* verti, secutus Martialem qui in apophoretis ita de Lodicibus loquitur:

Nudo stramina ne toro paterent,
Junctæ nos tibi venimus sorores. VALES.

40, 6. γυμνὸς sequentia docent h. l. esse: leviter et non consuetis vestibus omnibus indutus. Similiter apud Æl. V. H. xiii. 37. γυμνὸς τῶν ὅπλων vocatur Gelon, πανοπλίᾳ non instructus. cf. ibid. vi. 11. Mtth. xxv. 36. Verheyk. *ad Anton. Lib.* p. 96. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. iii. p. 431. Sequens autem ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι, idem est quod alias vocatur σινδὼν, i. e. linteum mollius, deinde vestis ex linteo molliori confecta. Hinc vertit Valesius: *lintea tunica*, Stroth. *leinener Rock*. Ita apud Marc. xiv. 52. ὁ δὲ (νεάνισκος) καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν qui locus huic nostro egregie convenit. Cf. ad eum Paulus l. l. p. 642., qui apte laudat ipsa verba Dionysii Alexandrini, quæ h. l. leguntur. Præterea cf. Herodot. ii. 86. Pollux iv. 20. 25. Martial. ii. 16. Bene tamen tenendum est, σινδόνα non semper apud seriores dici de vestimento molliori, imo crassiori. Ita apud ipsum Euseb. ii. 23. Hegesippus dicit Jacobum fratrem Domini gestasse σινδόνας, quod ne consueta significatione accipias, impediunt non solum verba præcedentia: οὐ γὰρ ἐφόρει ἐρεοῦν, sed reliqua quæ ibi de cultu ac victu Jacobi narrantur. vid. Du Fresne *Glossar. med. et infimæ Græcitatis* tom. ii. p. 1373. cf. Passow. s. v. σινδών. Male igitur ibi vertit Strothius, eodem modo quo h. l. *ein leinenes Kleid* et Valesius *linea veste*. Rectius potius illo loco σινδόνας, interpreteris per illud quod Græci dicunt: σισύρα, i. e. στέγαστρον ἐκ τετριχωμένων δερμάτων, ut explicant veteres grammatici. vid. Valcken. *ad Ammon.* p. 128. 205. Hemsterh. *ad Polluc.* p. 1224. Spanhem. *ad Aristoph. Nub.* v. 10. Vales. *ad Ammian. Marcell.* xvi. 5. p. 115. Fischer. *index Æschin.* s. v. σισύρα. cf. Mtth. xxvii. 59. Mc. xv. 46. Luc. xxiii. 53. Joh. xix. 40. HEIN.

40, 7. οἱ καὶ ὑπολαβόντες] Hæc verba referenda esse existimo ad Caium et Faustum et reliquos presbyteros, qui Diony

sium ex oppido Taposiri exportarunt, non autem ad rusticos illos et temulentos convivas, ut retulit Christophorsonus. φο-ράδην vero, id est in sella. Porro quid factum sit Dionysio, postquam rustici illi fugatis militibus eum Taposiri excedere compulerunt, ipse quidem hic non dicit. Sed in epistola ad Domitium et Didymum, quæ refertur in libro vii. cap. 11., ait se una cum Caio et Petro solis, sejunctum a reliquis fratribus, in quodam Libyæ loco deserto atque arido conclusum fuisse. Permansit autem in hoc exsilio Dionysius usque ad obitum Decii imp. et ex eo loco literas scripsit ad Domitium ac Didymum. VALES.

41, 1. 'Αλλὰ γὰρ] Particula γὰρ loco suo demota est, et inferius collocanda hoc modo: καὶ γὰρ φθάσας. VALES. Valesio suffragatus est Strothius, at, ut equidem censeo, temere. Satis enim constat γὰρ cum ἀλλὰ sæpe ita conjungi ut post ἀλλὰ sententia quædam sit supplenda et γὰρ ut alias, sententiæ reddat rationem, unde γὰρ etiam longius a præcedenti ἀλλὰ removetur. Vid. Hermann. *ad Vig.* p. 811. Schäfer. *melett. critt.* p. 76. Poppo *observv. critt. in Thucyd.* p. 30. et Voigtländer. *ad Lucian. diall. mortt.* p. 14. sq. not. f. Lucian. diall. mortt. p. 99. ed. Lehmann. Ochsner. *ad Nichol. Dam. in supplement. nott.* p. 9. edit. Orellianæ, Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik.* p. 1242. sq. Sententia igitur nostri loci plenius ita efferenda est: non ex imperatoris edicto persecutio nobis cœpta est, *sed aliunde, nam,* etc. HEIN.

Ib. μάντις καὶ ποιητής] *Poetam* verti, primum quia poetæ cum vatibus seu divinis magnam habent societatem. Vates enim oracula sua versibus edebant. Deinde quia Ægyptii poëtica inprimis delectabantur, quod etiam notavit Eunapius. Porro nulli magis infensi erant Christianis, quam vates et harioli, et ejusmodi hominum genus, qui ad persequendos Christianos populum concitabant, compositis in eam rem oraculis. VALES. Pearson. *annott. Cyprian.* ad a. 249 n. 1. citante Lowthio, sensu proprio potius vocem ποιητὴς accipiendum et hoc voluisse rhetorem illum existimat, nescio quem priorum civitati malorum auctorem fuisse sub Philippo, futurorum autem sub Decio vatem. Valesio contra assensus Strothius vertendo ποιητὴς *ein Dichter.* HEIN.

41, 2. *τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων*] Delenda mihi videntur hæc verba, quippe quæ sensum turbant—et ab inepto scholiaste adscripta sunt ad explicationem vocis præcedentis. VALES.

41, 6. *τῆς ἀσεβείας κηρύγματα*] Quænam fuerint illæ voces, difficile est dicere, quas *ἀθέους φωνὰς* vocavit Dionysius supra in epistola ad Germanum, et *δύσφημα ῥήματα* vocat in hac epistola. VALES. Esse illas formulas male dicendi Christo, de quibus Plin. epist. x. 97. et in actis Polycarpi supra iv. 15. proconsul ait ad Polycarpum: *λοιδόρησον τὸν Χριστὸν*, monuit Bingham. citante Readingo in Corrigendis. HEIN.

Ib. *Σαραπίωνά τε*] De hoc Serapione Beda et Usuardus ad 14. Novembris, ubi eum sub Decio passum esse affirmant. Sed melius dixissent sub Philippo. Nam Dionysius in hac ad Fabium epistola diserte testatur, Serapionis aliorumque martyria ante Philippi imp. obitum accidisse. Idem error in omnibus martyrologiis admissus est de Apollonia virgine, quam sub Decio passam dicunt die 9. Februarii. VALES. Quod factum, quia persecutionem sub Philippo et Decio pro una putarunt antiqui. vid. Pagi ad a. 250. n. iii. HEIN.

41, 8. *ἀσχολίαν—λαβόντων*] Valesius vertit: *dum illorum cessaret furor*, melius Lowth. *dum non vacaret ipsis furorem suum in eos exercere.* HEIN.

Ib. *τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς εὐμενεστέρας*] Philippi scilicet imp. mors, qui æquissimum se ac benignissimum erga Christianos præstitit. Igitur illa quæ proxime a Dionysio commemorata sunt, ultimo Philippi imperatoris anno contigerunt. Quod etiam notavit Dionysius in principio hujus epistolæ, ubi dicit persecutionem anno integro ante edictum imp. Decii Alexandriæ cœptam fuisse. At Christophorsonus nihil penitus hic vidit, qui *μεταβολὴν τῆς βασιλείας* interpretatur *mutationem animi imperatoris erga Christianos.* Christophorsoni errorem secutus est Baronius ad annum Christi 253. cap. 102. VALES.

41, 9. *οἱ δὲ δημοσιεύοντες*] Christophorsonus hunc Dionysii locum ita vertit: *Alii ex privatis ædibus in publicum raptati, ad delubra ducuntur a magistratibus.* Quæ interpretatio nec

verbis nec sensui Dionysii ullo modo convenit. Ego *δημοσιεύοντας* idem esse censeo ac *τὰ δημόσια πράττοντας*, id est, *decuriones et magistratus.* Hi enim cum allatum esset edictum imperatoris Decii, quo omnes diis immortalibus sacrificare jubebantur, convenire in curiam ex more, ibique edictum ipsum dum recitaretur, stantes audire necesse habebant, ut scribit Joannes Chrysostomus non uno in loco. Ita primi omnium decuriones, statim post recitatum imp. Decii edictum diis sacrificarunt, cum ex necessitate officii sui ad curiam convenissent. Sane *πράξεις* de actu et administratione magistratuum sumitur apud Eusebium in lib. viii. cap. 11. et apud Aristidem in orat. funebri in Alexandrum. Τὰ δ' *εἰς πράξεις τε καὶ πολιτείας*, etc. Sic etiam Plutarchus in eo libro qui inscribitur *πολιτικὰ παραγγέλματα*, ubi de Theagene loquitur: *οὐδὲν οὖν τούτου διαφέρουσιν οἱ πρὸς πᾶσαν ἀποδυόμενοι πολιτικὴν πρᾶξιν.* Severianus in oratione sexta in hexaemerum: *καὶ ἐπειδὴ βασιλεὺς πᾶσιν οὐ παροῦσιν δεῖ παραστῆναι τὸν χαρακτῆρα τοῦ βασιλέως, ἐν δικαστηρίοις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν συλλόγοις, ἐν θεάτροις, ἐν παντὶ τόπῳ, ἐν ᾧ πράττει ὁ ἄρχων, δεῖ παρεῖναι ἵνα βεβαιῶται τὰ γενόμενα.* Chrysostomus homilia 83. in Matthæum *τοὺς τὰ πολιτικὰ πράττοντας* vocat decuriones. Potest etiam verbum *δημοσιεύοντες* explicari de his qui in foro seu in publico versabantur. Atque id fortasse rectius fuerit, hoc modo: *Alii qui in publico versabantur, rebus ipsis et reliquorum exemplo ad sacrificandum ducebantur.* Occurrit hæc vox apud Aristidem in laudatione funebri Alexandri: *καὶ ὁπότε μὴ δημοσιεύοι, ἢ παρὰ τοῖς δυνάσταις ἂν ἦν, ἢ ἐν αὐτῷ τοῦ βασιλέως οἴκῳ.* VALES.

41, 14. *καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς* Μάκαρ] Alludit Dionysius ad verba illa Christi in evangelio: *Beati estis, cum persecuti vos fuerint homines*, etc. quod tamen non vidit Christophorsonus. Qui etiam in eo hallucinatus est, quod Macarium hunc facit Afrum pro Libyco. Eleganter autem Rufinus hunc Dionysii locum ita vertit: *Alius quidam vir nominis sui Macarius, gente Libycus.* Sic enim Latini loquuntur, ut Trebellius Pollio in Aureolo, et Lampridius in Commodo. VALES. Valesius ut verborum lusus retineatur, vertit: *vere Macar*, Strothius: *ein wahrer Selig.* Cf. Euseb. H. E. v. 1. v. 13. vi. 15. vii. 32. v. 24.

ext. ὁ μὲν Εἰρηναῖος φερώνυμός τις ὢν τῇ προσηγορίᾳ, αὐτῷ δὲ τρόπῳ εἰρηνοποιός. Constantini orat. ad sanctt. cœt. c. xix. ext. τὴν μακαρίαν καὶ ἐπώνυμον τοῦ σωτῆρος τελετήν. Leguntur talia passim apud varios variæ ætatis et indolis scriptores. Ita similiter ipse Paulus apostolus in epistola ad Philemon. v. 11. Ὀνήσιμον, inquit, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον. Cf. interpp. ad v. 20. Jaspisius ad eundem not. v. "*Per elegantem*, inquit, *paronomasiam ob vocem* ὀνήσιμος, *Paulus hoc verbo* (ὀναίμην) *usus esse videtur: fac igitur, ut qui nomen Onesimi habet——re ipsa quoque fiat Onesimus.*" Ad vocem Βησᾶς quæ paulo ante legitur, cf. quæ annotata sunt ad Ammian. Marcell. xix. 12. p. 227. sq. ed. Vales. posterior. HEIN.

41, 15. ἀσβέστῳ πυρί [r]] Potest etiam verti *vivæ calcis incendio*. Sic infra de Epimacho et Alexandro dixit, πυρὶ ἀσβέστῳ διεχύθησαν. Pro quo Nicephorus habet τιτάνῳ. In Menæo ad diem 30. Octobris, ubi mentio fit horum martyrum Juliani, Cronionis et Macarii, legitur ἀσβέστου ζέοντος κατ' αὐτῶν ἐκχυθέντος. VALES. Rectius vertit ἀσβέστῳ πυρὶ διεχύθησαν Valesius quam Strothius, qui illa transtulit: *sie wurden lebendig verbrannt.* Quod quomodo illud possit significare, me nescire fateor. Sed ipse Val. debebat exponere, quomodo verbis illis exprimi possit, quod exprimitur. Quamvis enim seriores verbum ἡ ἄσβεστος scil. τίτανος de viva calce usurpent, (vid. Schneider. *eclog. phys.* p. 89.) tamen quomodo idem inesse possit in verbis ἀσβέστῳ πυρὶ, ita ut Nicephorus pro eo dicere potuerit τιτάνῳ, hoc non statim appareat. Jam vero proprie πυρὶ ἀσβέστῳ nihil esse potest nisi: igne qui non potest exstingui. Vid. Köppen. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias*, tom. i. p. 127. sq. ed. Ruhkopf. iii. ad Iliad. i. 599. Unde tamen impropria illa significatio non satis sequi videtur. Sed vide an proprie vertendum sit: igne qui nunquam (nonnihil) exstinguebatur, qui summa vi ardebat, ita ut summus esset flammæ ardor, ignis effusus. Ad ejusmodi enim flammam efficiendam plerumque certe usurpatam esse vivam calcem, facile, credo, potest concedi. Unde factum est, ut qui ἀσβέστῳ πυρὶ concremati dicuntur, vivæ calcis incendio

[r] Val. vertit: ardentissimo igne. HEIN.

absumpti esse cogitandi sint. Opponitur autem similiter μαλθακὸν πῦρ, proprie ignis qui martyres lambendo consumebat, i. e. ignis qui ex palis et virgultis accenditur (cf. Valesius ad Eus. H. E. viii. 12.), et fortasse idem quod μαλθακὸν πῦρ est μακρὸν πῦρ. Vid. idem Vales. ad Eus. de mart. Pal. c. xi. not. 13. HEIN.

41, 20. *σύνταγμα στρατιωτικόν*] *Turmam militum* vertit Rufinus, quem secutus est Christophorsonus. Ego *manipulum* seu *contubernium* malim interpretari. Quidam suspicari possent, hos milites fuisse apparitores seu officiales præfecti augustalis, eo quod stetisse dicuntur ante prætorium. Ego tamen potius crediderim legionarios milites fuisse, ex ea legione quæ ad custodiam urbis Alexandrinæ erat deputata, et quæ præfecto augustali parebat. Præfectus enim augustalis non solum civilia negotia, sed etiam rem militarem eo tempore curabat. In vetere martyrologio Romano, natalis horum martyrum ponitur die 13. Kalendas Januarias. VALES.

41, 21. *ἐπὶ τὸ βάθρον*] Subsellium intelligi videtur, in quo sedebat reus, cum a judice interrogaretur. hodie sellulam vocamus. In actis passionis Phileæ martyris ambon dicitur seu pulpitum. Sic enim incipiunt acta illa: *Imposito ergo Philea super ambonem, Culcianus præses dixit.* In passione vero SS. Perpetuæ et Felicitatis *catasta* dicitur et *gradus.* "*Ascendimus in catastam. Interrogati ceteri confessi sunt. Ventum est et ad me. Et apparuit pater illico cum filio meo et extraxit me de gradu.*" VALES. Cf. Suicer. tom. i. p. 219. s. v. ἄμβων. HEIN.

Ib. *θριαμβεύοντος αὐτούς*] Rufinus vertit: *Deo ita triumphante per sanctos suos.* Apparet igitur eum legisse θρι. δι' αὐτοὺς, etc. Rufinum secuti sunt Musculus et Christophorsonus. Videndum tamen, ne Dionysius θριαμβεύοντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ dixerit, pro θριαμβεύειν ποιοῦντος, quod omnino verum puto. Sic βασιλεύειν usurpat Gregorius Naz. VALES. Cf. 2 Cor. ii. 14. Leisner. *ad Herodian.* i. 6. 16. tom. i. p. 214. ed. Irmisch. Suicer. tom. i. p. 1407. ii. Wahl. *Clav. N. T.* s. h. v. HEIN.

42, 3. *Εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος*] Mons est ita dictus cujus meminit Herodotus, quem Ptolemæus et alii Troicum vocant.

Male ergo Christophorsonus *montem Arabiæ* vertit. Paulo post Arabicus dicitur, ob vicinitatem Arabum ita nominatus. VALES.

42, 3. Σαρακηνῶν] Hic locus vel ob id unum notandus est, quod mentio fit Saracenorum. Nam ex scriptoribus quorum opera ad nos pervenerunt, nullus, ut puto, Dionysio Alexandrino antiquior Saracenos nominavit. Ammianus quidem Marcellinus in libro xiv.[s] scribit se mentionem fecisse Saracenorum in actibus principis Marci. Spartianus quoque in Nigro Saracenorum mentionem facit, et ab iis Romanos milites victos esse dicit, quod in tempora divi Marci conferri potest. VALES. Cf. Strab. xvii. p. 747. οἱ Σκηνῖται Ἄραβες (Saraceni) λῃστρικοί τινες. ii. p. 130. Plin. vi. 30. *ambitu Euphratis nomades Arabiæ, iique ad deserta Syriæ.* Julian. orat. i. p. 21. B. ad quem locum cf. Spanhem. p. 164. sq. Jul. epist. xxvii. p. 401. Sozom. vi. 38. Menander Protector, t. i. hist. Byzant. p. 146. Procop. bell. Pers. ii. 17. HEIN.

42, 4. οἱ νῦν τοῦ Χρ. πάρεδροι] Martyres simul atque ex corporis vinculis soluti essent, ad Dominum migrare, et cum illo in paradiso degere, Christiani semper crediderunt. Tertullianus in libro de resurrectione carnis cap. 43. *Nemo enim peregrinatus a corpore, statim immoratur penes Dominum, nisi ex martyrii prærogativa, paradiso scilicet, non inferis deversurus.* Et in libro de anima cap. 55. VALES.

Ib. καὶ τῆς κρίσεως μέτοχοι] Fuit hæc opinio veterum patrum, martyres Christi assessores fore, et cum illo mundum judicaturos. Ita post Dionysium Eulogius Alexandrinus episcopus in lib. v. adversus Novatianos. Cujus tamen sententiam reprehendit Photius in bibliotheca. Ait enim Photius verba illa Pauli apostoli ex prima ad Corinthios epistola: *Nescitis quia sancti mundum judicabunt?* non ita esse accipienda, quasi sancti futuri sint judices cum Christo. Sed hoc tantum sibi vult Paulus, ex comparatione sanctorum reliquos homines, qui non perinde ac illi pie vixerunt, condemnandos esse, ut cum dicitur in evangelio, fore ut Ninivitæ et regina Austri malos judicet et condemnet. Et hanc quidem

[s] Cap. 4. cf. ibid. xxiii. 5. xxiii. 6. *Scenitas Arabas* quos *Saracenos* posteritas appellavit. xxiv. 1. 2. xxxi. 16. Scaliger. in *animadv. ad Euseb. chronic.* HEIN.

expositionem sumpsit Photius ex Joanne Chrysostomo. Verum Eulogii sententia verior mihi videtur. Nam si martyres regni Christi jamnunc consortes sunt, quidni etiam judicii participes sint futuri? Deinde Christus diserte promisit apostolis, sessuros illos in duodecim cathedris, judices duodecim tribuum. VALES.

42, 5. *συνήγαγον καὶ συνέστησαν*] Eadem Dionysii verba refert Nicephorus cap. 4. quæ Langus ita vertit: *explorata patientia atque comprobata, in ecclesiam eos admiserunt, et ad hunc modum receptis locum suum dederunt.* Eodem modo Christophorsonus interpretatus est: *recipiunt in ecclesiam, conventus cum illis celebrant, ineunt societatem*, etc. Sed hanc interpretationem equidem probare non possum. Quomodo enim martyres qui in carcere tenebantur adstricti, lapsos in ecclesiam admittere poterant? Adde quod non id juris competebat martyribus, sed soli episcopo, cujus officium erat pœnitentes reconciliare. Martyribus vero intercedere tantum pro lapsis, et commendaticias literas scribere licebat. Apparet igitur ita vertendum esse hunc locum ut vertimus. Quamquam vox *συνέστησαν*, aliter etiam explicari potest, passive scilicet pro *simul consistere.* Sic Dionysius apud Eusebium in lib. vii. cap. 9. *μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται.* Et Eusebius in libro vi. cap. 3. de Origene: *οὐδὲ πώποτε προὐτράπη κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστῆναι.* VALES.

Ib. *καὶ προσευχῶν αὐτοῖς ἐκοινώνησαν*] Duplex erat communio in ecclesia, alia orationis, alia sacramentorum. Et orationum quidem communio, pœnitentibus post certum temporis spatium indulgebatur. Communio vero corporis Christi, nonnisi reconciliatis, post longas pœnitentiæ moras tandem impertiebatur. Vide canonem 11. 12. et 13. concilii Nicæni. Ex quibus apparet, communionem orationis pœnitentibus fuisse ultimum ac proximum gradum ad communionem sacrorum mysteriorum. Et hæc quidem de communione publica intelligenda sunt, qua concedebatur pœnitentibus, ut palam cum omni populo in ecclesia orarent. Sed in hoc Dionysii loco de privata communione sermo est, quam video a nonnullis confundi cum publica. Privatam autem communionem voco, quæ a privatis, non autem ab episcopo, cujus id jus pontificiumque erat, certæ personæ concedebatur. Exempli

gratia, quando confessores et martyres lapsos intercessionem ac misericordiam ipsorum implorantes benigne excipiebant, et ut una secum Deum orarent, permittebant. Hæc communio licet a martyribus et presbyteris (plerique enim martyrum erant ex clero) lapsis fuisset indulta, nihil juris illis dabat, sed tantum instar præjudicii erat, ut ab episcopo postea admitterentur ad publicam in ecclesia orationis communionem. De ejusmodi privata communione intelligendus est Eusebii locus in lib. vi. cap. 3. de Origene, quem paulo ante citavi, et alter in lib. iv. cap. 14. item locus ex epistola Cornelii papæ infra cap. 43. ubi de Moyse presbytero, qui Novatianum a communione sua repulit. Item locus Sulpicii Severi in lib. iii. de vita Martini. Vide F. Florentem ad titulum 7. de translatione episcopi. VALES.

43, 1. Νοουάτος] Imo Novatianus. Sed constat semper fere confundi maxime a Græcis patribus Novatum et Novatianum. Distinguunt autem eos Cyprian. epist. 47. 52 et Hieronymus in catalogo, qui hæc habet: *Novatianus Romanæ urbis presbyter, adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod Græce dicitur καθαρὸν dogma constituit, nolens apostatas suscipere pœnitentes. Hujus auctor Novatus Cypriani presbyter fuit. Scripsit autem de pascha, de sabbato, de circumcisione, de sacerdote, de oratione, de cibis Judaicis, de instantia, de Attalo, multaque alia, et de Trinitate grande volumen, quasi ἐπιτομὴν operis Tertulliani faciens, quod plerique nescientes Cypriani existimant.* Cf. Socrat. H. E. iv. 13. vii. 11. Epiphan. hær. lix. Stroth. *Uebersetz.* t. i. p. 496 sqq. not. 3. vid. Moshem. *Commentar. de rebus Chr.* p. 497 sqq. Walch. *Ketzergesch.* tom. ii. p. 189 sqq. HEIN.

43, 2. δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι] Rufinus vertit: *Decretis significatur quid facto opus esset.* Reliqui tamen interpretes, Langum dico, Musculum et Christophorsonum, vertunt: *Decernitur ab omnibus*, rectius ni fallor. Sequitur enim paulo post τὰ δόξαντα πᾶσι, etc. VALES.

43, 4. ἄλλη τὶς ἐπιστολή] Hanc Cornelii epistolam cum priore illa cujus supra mentio ab Eusebio facta est, confundere videtur Rufinus, qui duas tantum Cornelii epistolas agnoscit. At Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, quatuor numerat. Verum Eusebius hoc loco tres

duntaxat Cornelii recenset epistolas, primam ad Fabium Antiochensem episcopum de Romana synodo, deque Italiæ et Africæ episcoporum consensu, secundam de decretis synodi, tertiam de facinoribus Novatiani ad eundem Fabium Antiochenæ urbis episcopum: ex qua luculentissimum testimonium hic profert Eusebius. Et prima quidem ac tertia, Græco sermone a Cornelio scriptæ videntur, idque multis argumentis probari potest. Cum enim Eusebius ex tertia epistola plurima adducat testimonia, nusquam dicit ea ex Latino sermone in Græcum fuisse translata, quod tamen perpetuo monere consuevit, quoties Latini scriptoris testimonium citat, exempli gratia, cum locos profert ex Tertulliani apologetico, aut cum epistolas principum Romanorum. Deinde Eusebius ipse in hoc capite satis innuit, primam illam Cornelii ad Fabium epistolam scriptam fuisse Græco sermone. Postquam enim de illa commemoravit, addit conjunctam ei fuisse aliam Latino sermone scriptam epistolam Cypriani. Quod quidem non adderet, nisi Cornelii epistola superius memorata diverso sermone scripta fuisset. VALES.

43, 5. ὁποῖός τις—Κορνήλιος] Novatianum ab his Cornelii criminationibus defendere studuit jam Moshem. *Commentt.* p. 513 sqq. p. 524 sq. cf. Cyprian. epist. 52. 57. Schröckh. *christliche Kirchen-Geschichte* t. iv. p. 302. Neque vero ulla fide esse digna quæ de moribus Novatiani in hac epistola traduntur, magis temere contendisse puto Kestn. *de Eus.* p. 35. not. 73. quam Eusebium non recte justo majorem ei tribuisse fidem. Idem vero citius conjecit, Eusebium ipsum episcopi Romani malignitatem perspexisse aliorumque de mala ejus fide suspicionem timuisse, ex verbis: ἀφ' ἧς καὶ μέρη παρατίθεσθαι οὐδὲν ἂν κωλύοι. Cf. Stroth. *Uebers.* t. i. p. 399 not. 3. HEIN.

Ib. θαυμάσιος οὗτος Rectissime vertit Strothius: *dieser saubere Mann.* Similiter Eus. H. E. v. 16. θαυμαστὸς legitur ubi vid. not. Sed antiqui certe rarius utuntur hoc modo illo vocabulo, neque καλὸν κἀγαθὸν vocent plerumque alium nisi ᾧ τἀγαθὰ πάντα ἐστὶν, et qui, ὑπὸ τούτων μὴ διαφθείρεται οἷον ὑπὸ πλούτου, τιμῆς, qui est τέλειος σπουδαῖος, ut vim ac naturam καλοῦ κἀγαθοῦ definit Aristot. ethic. ii. 9. cf. Luc. viii. 15. οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσιν κ. λ. Cic. Læl. c. 5. Qui ita vivunt, *ut eorum pro-*

betur fides, integritas, æqualitas, liberalitas, nec sit in illis ulla cupiditas vel libido vel audacia, sintque magna constantia—hos *viros bonos* appellandos putemus. Cf. de Offic. i. 7. justitia—ex qua *viri boni* nominantur. Nihilo tamen minus vel illud ironiæ inservit apud Euseb. H. E. iv. 17. *ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνὴρ*, ubi non minus recte vertit Strothius: *Ihr feiner, braver Mann.* Paulo autem post nostro loco, ut sæpius alibi, ita dicitur: *ὁ γάρ τοι λαμπρότατος* quod Stroth. reddidit: *Denn dieser herrliche Mann.* Et inferius: *ὁ λαμπρὸς οὗτος.* cf. Plutarch. Fab. Maximus c. xii. *λαμπρὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ φιλόπατρις.* Dorville *ad Charit.* p. 254. Et Latini *bonum* et *optimum* interdum dicunt quem vituperare potius quam laudare volunt, ita tamen, ut sæpius ad ingenium ejus, quam agendi rationem illud vituperium pertineat. Ita Cicer. de offic. ii. 1. interdum vereor, ne quibusdam *bonis viris* philosophiæ nomen sit invisum. Contra veteres Græci sæpe verbum *κλεινὸς* ad ironiam usurpant. Ita apud Sophocl. Electr. v. 300. *ὁ κλεινὸς νυμφίος* vocatur Ægisthus. Neque aliter *σεμνὸς* legitur apud eundem Sophocl. Œdip. T. v. 953. *τὰ σέμν'—θεοῦ μαντεύματα.* Alciphron. epist. xxxiv. p. 139. sq. ed. Bergler. HEIN.

43, 6. *Μάξιμος πρεσβύτερος*] De hoc Maximo presbytero, Urbano et Sidonio confessoribus, qualiter relicto Novatiano ad ecclesiam catholicam reversi sint, vide epistolam Cornelii papæ ad Cyprianum. Fuit etiam eodem tempore alter Maximus presbyter ecclesiæ Rom. quem Novatianus legatum in Africam misit ad Cyprianum una cum Machæo et aliis: sed Cyprianus eos a communione sua removit. Postea schismatici Maximum hunc episcopum in Africa fecere, ut docet Cyprianus in epistola ad Cornelium. VALES.

43, 8. *ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινός*] Hoc loco *ἐκ μαγγάνου* idem est quod *ἀπὸ μηχανῆς* quæ proverbialis locutio frequens est apud Græcos. Nam *μάγγανον* idem est ac machina. Quod miror nec a Musculo nec a Christophorsono animadversum fuisse. VALES. Cf. Chrys. de sacerd. vi. 12, 606. ed. Tauchn. ubi commemorantur *πετόμενοι ἵπποι διά τινος μαγγανείας.* Chronic. Alexand. p. 290. *μηχαναῖς πολλαῖς χρησάμενοι, μαγγανικά τε παντοῖα.* HEIN.

43, 10. Οὓς παραγενομένους] Theodoretus in libro iii. hæreticarum fabul. cap. 5. scribit, Novatianum ipsum in Italiam profectum esse, ut episcopos illos Romam adduceret, deinde cum in vicum quendam una cum tribus illis episcopis pervenisset, coegisse eos ut sibi manum imponerent, idque illos conquestos esse cum Romam venissent. Sed hanc narrationem refellit Cornelii epistola. VALES.

Ib. ἁπλουστέρους] Minime vero ex *hoc* loco sequitur, quod in eo quærit Stroth., fastum dico et contemtum episcoporum majorum urbium in minores et adeo ratio, qua illi supra hos se extollere potuerint. Quamvis enim minime fides habenda sit Cornelio in iis quæ de Novatiano scribit, hoc tamen verum esse potest, rusticos episcopos fuisse imperitiores malarum artium et machinarum. HEIN.

Ib. μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας quasi ἓν διὰ δυοῖν cum altera locutione ὥρᾳ δεκάτῃ accipiendum esse recte putat Strothius. *Neque enim*, inquit, *temere credendum est*, *eos* (episcopos) *revera temulentos fuisse. Omnes enim ecclesiastici actus ante meridiem fieri debebant, pomeridiano tempore facile fieri potest*, *ut quis nimio vini usu officium suum non rite agat. Hostis a posse ad fieri concludere, sibi permittit*, *hinc Cornelius idem quod jam dixerat*, ὥρᾳ δεκάτῃ, ὑπερβολικῶς *repetit*, *addens* μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας. HEIN.

Ib. εἰκονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ] *Adumbratam et cassam* illam Novatiani ordinationem vocat Cornelius, quod facta esset ab alterius provinciæ episcopis, non ab iis qui consecrandi pontificis Romani jus habebant; cujusmodi erant Ostiensis, Tiburtinus et alii, quod a temulentis facta, quod per vim, quod hora diei decima, quod non præsente populo nec clero, quod denique alio jam episcopo legitime ordinato. Porro cum Cornelius ipse tum hic tum in epistola ad Cyprianum testetur, Novatianum a tribus episcopis consecratum fuisse, miror quod scribit Pacianus in epistola 2. ad Sempronianum: *An Novatianus, quem absentem epistola episcopum finxit? quem consecrante nullo linteata sedes accepit?* Et paulo post de eodem ita loquitur: *Sine consecratione legitima episcopum factum, ideoque nec factum, per epistolam eorum qui se confessores esse simularent.* Ex quibus Paciani verbis colligi videtur, Nova-

tianum absentem fuisse ordinatum episcopum per epistolam quorumdam confessorum, eodem modo quo magistratus a principe mandari solebant per epistolam. *Linteatam* vero *sedem* appellat Pacianus pontificalem cathedram, eo quod linteis sterneretur. Quod etiam testatur Augustinus epist. 203. *In futuro Dei judicio nec absides gradatæ, nec cathedræ velatæ.* Idem testatur epistola synodica episcoporum Ægypti quam refert Athanasius in apologia: πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπικῶς ὀδυρόμενοι, etc. Ceterum Pacianus ita cum Cornelio conciliari potest, si dicamus Novatianum, primo quidem a confessoribus in carcere positis episcopum per epistolam designatum fuisse, postea vero a tribus illis episcopis ordinatum. VALES.

43, 11. ᾧ ἐκοινωνήσαμεν λαϊκῷ] Optime Rufinus vertit hunc locum: *Et in communionem laicam populo etiam pro hoc interveniente susceptus est.* Quibus verbis innuit Cornelius, episcopum illum qui Novatianum cum aliis duobus collegis ordinaverat, a se depositum esse, et in laicorum ordinem redactum. Cum enim excommunicare illum vellet, utpote nefarii schismatis auctorem, a populo rogatus idem Cornelius, laicam ei communionem indulsit, id est, *ut inter laicos communicaret, permisit.* Reliqui vero episcopi qui Novatianum ordinaverant, non solum depositi, verum etiam a communione totius ecclesiæ separati sunt. Ita Cyprianus in epistola ad Antonianum de Trophimo loquens episcopo, qui cum schisma fecisset in ecclesia Romana, postea confessus errorem, et turbam fratrum quos abduxerat secum in ecclesiam reducens, a Cornelio susceptus est. *Sic tamen*, inquit, *admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non quasi locum sacerdotis usurpet.* Hunc Trophimum, illum ipsum esse existimo de quo in hac epistola loquitur Cornelius, unum ex iis qui Novatianum ordinaverant. Nam Cyprianus illum sacerdotem, id est, *episcopum* vocat, et fraternitatem prius ab ecclesia abstraxisse testatur, deinde reversum cum humilitate veniam petiisse, et a Cornelio ad laicam communionem susceptum. Porro alter ex episcopis qui Novatianum ordinarunt, Evaristus fuisse videtur, ut colligo ex epistola Cornelii papæ, quæ inter Cypriani epistolas 48. habetur. In actis suppositiciis martyrii Novatiani quæ ci-

tantur ab Eulogio in lib. vi. Novatianus episcopus Romæ factus esse dicitur a duobus episcopis, Marcello Aquileiensi et Agamemnone Trevirensi. VALES.

Ib. Ἐκοινωνήσαμεν λαϊκῷ] Mos olim fuit, ut laici post eucharistiam ab episcopo acceptam, ei osculum darent. Hieronymus in epistola 62. adversus Joannem Hierosolymitanum: *Quisquamne tibi invitus communicat? Quisquamne extenta manu vertit faciem, et inter sacras epulas Judæ osculum porrigit?* Paulus Diaconus de vitis PP. Emeritensium cap. 7. de Fideli episcopo loquens: *Vade*, inquit, *communica, et da nobis osculum. Vale fac omnibus, quia iturus es tamen, et domui tuæ sub omni festinatione dispone, et si desideras remedium pœnitentiæ percipe. Qui mox accepta pœnitentia, dispositaque domo sua, valefaciens cunctis sequenti nocte migravit e corpore.* VALES. Cf. Augusti *Denkwürdigkeiten* t. v. p. 172. p. 384 sq. HEIN.

Ib. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου] Hæc ironice dicuntur de Novatiano, qui se assertorem evangelii Christi esse jactabat, ut docet Cyprianus in epistola prima ad Cornelium. Exstat hodie liber Novatiani de cibis Judaicis, quem ille sic inscripsit: *plebi in evangelio persistenti.* VALES.

Ib. ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ] Eadem verba leguntur in epistola Cornelii papæ ad Cyprianum, ubi confessores relicto Novatiano ad ecclesiam redeuntes, his verbis usi esse dicuntur: *Nec enim ignoramus unum Deum esse, unum Christum esse dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere.* Ubi ecclesia catholica specialiter appellatur Romana, eo quod radix sit et matrix ecclesiæ catholicæ, ut ait Cyprianus in epistola ad Cornelium. Sic catholicam ecclesiam idem Cyprianus in epistola ad Antonianum initio vocat Romanam: *ut jam sciret te secum, hoc est, cum catholica ecclesia communicare.* VALES.

43, 12. πρεσβυτέρους τεσσαράκοντα ἕξ] Ex hoc loco colligi potest, quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46. fuerunt presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est. Certe Optatus in lib. ii. Romæ 40. et amplius fuisse testatur basilicas

sub tempora persecutionis Diocletiani. *Non enim*, inquit, *grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter* 40. *et quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent, non habebant.* Ubi Optatus loquitur de basilicis quæ Romæ erant tempore persecutionis Diocletiani, id est, annis circiter quinquaginta post epistolam Cornelii papæ, non autem de basilicis quæ Romæ erant sua ætate, id est, anno Christi 378. ut scripsit Blondellus in apologia pag. 223. Vide Baronium ad annum Christi 57. quem frustra refellere conatur Blondellus in libro supra memorato. VALES.

43, 12. *ὑποδιάκονοι, ἀκόλουθοι, ἐξορκισταὶ, πυλωροὶ*, primum commemorantur a Cypriano et h. l., lectores a Tertull. de præsc. 41. Cf. Constit. apost. iii. 11. Socrat. H. E. v. 22. Schmidt. *Handbuch der christlichen Kirchengeschichte* t. i. p. 325. t. iii. p. 71 sqq. Gieseler. *Lehrbuch der K. G.* t. i. p. 212 not. b. HEIN.

Ib. *χήρας σὺν θλιβομένοις*] Occurrit hæc vox in epistola cleri Romani ad clerum Carthaginensem de secessu Cypriani: *Sive viduæ, sive thlibomeni qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent.* Male vulgo editum est *clydomeni*, pejusque ab aliis emendatum *clinomeni*. Scribendum enim procul dubio est *thlibomeni*, id est, *indigentes*, ut vertit Rufinus, vel *ii qui se exhibere non possunt*, ut explicat clerus Romanus. Cyprianus in epist. 4. vocat *pauperes et indigentes qui laborant*. Possidius vero vocat *in tribulatione positos*. Sic enim scribit in vita b. August. cap. 27. *In visitationibus vero modum ab apostolis definitum tenebat, ut nonnisi pupillos, et viduas, et in tribulationibus constitutos visitaret.* Sic etiam legitur in manuscripto codice sanctæ Mariæ de regali monte. Johannes Chrysostomus in homilia 67. in Matthæum, ait ecclesiam Antiochenam sua ætate, tametsi mediocres reditus possideret, plusquam tria millia viduarum et virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos et vinctos, præter clericos, quibus vestem ac cibaria suppeditabat. VALES.

43, 14. *πολιτείαις* novo profecto et inaudito sensu h. l. dictum est. Cum enim opponantur illæ *πολιτείαι ἔργοις* Novatiani, bene vertit Strothius: *Connexionen*, qua voce vocabuli

vis satis hausta videtur. Minus bene Valesius: quibus operibus et *cujusmodi conversatione* confisus. Non solum Latinius, sed etiam plenius exprimeretur illud cum Cic. de Offic. i. 17. *consuetudines—et familiaritates, multisque cum multis res rationesque contractæ.* HEIN.

43, 15. ἀφορμὴ—ἱκανὸν] Moshemius *Commentt. de rebus Chr.* p. 515. ita reddenda esse accuratius et nostro quidem more, haud improbabiliter censet: *Ingens ac diuturna tristitia mentem hominis hujus occupabat, quam cum Christiani, quibus notus erat, a cacodæmone in animum ejus immissam esse dicerent, atque si Christum profiteri vellet, abituram esse confirmarent, spe sanitatis recuperandæ Christo nomen dabat.* Cf. (pag. 520.) HEIN.

Ib. περιχυθεὶς] Recte Rufinus *perfusum* vertit. Nam qui ægri in lecto baptizabantur, cum mergi a sacerdote non possent, aqua duntaxat perfundebantur. Itaque hujusmodi baptismus parum solemnis ac minus perfectus habebatur, quippe qui non sponte, sed mortis metu susceptus videretur ab hominibus delirio laborantibus, et nullo amplius sensu præditis. Accedit quod, cum baptismus proprie mersionem significet, ejusmodi perfusio vix baptismus dici poterat. Quamobrem clinici (sic enim vocabantur qui ejusmodi baptismum acceperant) ad presbyterii gradum promoveri vetantur canone 12. concilii Neocæsariensis. Hujusmodi baptismum hominis in lecto decumbentis et animam agentis, luculente describit Joannes Chrysostomus in homilia 60. ad Catechumenos tomo ii. Cyprianus tamen in epistola 76. baptismum hunc plenum ac legitimum esse censet, et clinicos nihilo inferiores esse ait iis, qui sani baptismum in ecclesia susceperunt. VALES. Vid. Suicer. *Thes.* tom. ii. p. 114 sqq., ubi sub sigla I. addi potest locus Lactant. Institt. div. iii. 8, 10. Privationem doloris summum bonum putare, non plane Peripateticorum ac Stoicorum, sed *clinicorum philosophorum* est. HEIN.

Ib. τὸ βάπτισμα addit Cph. Nicephorus autem ita scripsit: ὥστ' ἀποθανεῖσθαι προσδόκιμον ὄντα, τὸ ὕδωρ αἰτῆσαι λαβεῖν. Ὃ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο περιχυθὲν δῆθεν ἐβάπτιζεν. Zimmermannus recepit βάπτισμα, uncis tamen inclusum. HEIN.

Ib. κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα] Qui in lecto decumbentes

baptismum acceperant, postquam ex morbo convaluissent, episcopum adire necesse habebant, ut ea quæ ipsorum baptismo defuerant, suppleret. Vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis, quem nuper una cum Cypriano edidit Nic. Rigaltius: *Aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit baptisma, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur.* Novatianus itaque hic arguitur a Cornelio, quod cum urgente morbi necessitate in lecto baptizatus fuisset ab exorcistis qui illum curabant (hoc enim indicant verba ejus epistolæ), postea recuperata valetudine non adiisset episcopum, ut reliqua baptismi solemnia suppleret, quod ecclesiastica regula præcipiebat. Certe in canone 47. concilii Laodicensis id diserte præcipitur[t]. Et in capite tricesimo octavo concilii Eliberitani. VALES.

Ib. τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου] Rufinus hæc verba de *signaculo chrismatis* interpretatus est. Ego impositionem manuum intelligo, qua episcopi Spiritum sanctum baptizatis conferebant, quod sequentia manifeste declarant. Subdit enim Cornelius: τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; Quamquam in manuscriptis codicibus Maz. Med. et Fuk. legitur τούτων δὲ μὴ τυχών. Interpretationem nostram confirmat Cyprianus ad Jubaianum his verbis: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo dominico consummentur.* Σφραγίζειν proprie est *consignare.* Consignare autem et manum imponere idem est, ut docet epistola Innocentii ad Decentium cap. 3. et 6. Idem confirmat Marcus in vita Porphyrii Gazensis episcopi, cujus locum inferius adducemus. Ambrosius seu quis alius auctor est eorum librorum, in caput 4. epistolæ Pauli ad Ephesios: *Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non fuerit episcopus.* Eadem habet auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti inter Augustini opera editus, quæstione 101. *Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat presbyter.* Scribe *consignat presbyter*, ut in supra citato Am-

[t] Ad quem locum et ad can. 12. concilii Neocæsareensis vid. Beveregius HEIN.

brosii loco. Vetus inscriptio quam refert Baronius ad a. C. 367. *Picentiæ legitimæ Neophytæ die 5. Cal. Sept. consignatæ a Liberio papa* etc [v]. Porro hæc baptizatorum consignatio, interdum fiebat cum chrismate, quoties scilicet aliquis urgente morbi necessitate baptizatus fuerat a minoribus clericis, nec chrismatus. Tunc enim episcopus qui baptismi solemnia postmodum supplebat, chrismare simul et manus imponere necesse habebat. Qui vero perfectum baptismum acceperant, iis manus tantum imponebatur ab episcopo sine chrismatione, ut docet canon Arausicanus. Quo pertinet vetus epigramma apud Gruterum pag. 1177. de Marea:

Tuque sacerdotes docuisti chrismate sancto
Tangere bis nullum judice posse Deo.

Porro ut ad Novatiani baptismum redeamus, hinc manasse mihi videtur mos Novatianorum, qui in baptismo sacrum chrisma non adhibebant teste Theodoreto in lib. iii. hæret. fabularum, eo quod scilicet auctor ipsorum Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset. VALES.

43, 16. *βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς*] Post has voces in codicibus nostris Maz. Med. Fuk. et Saviliano, et apud Syncellum hæc adduntur: *ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ, κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν.* Quæ Rufinus legisse videtur in suo codice. Vertit enim: *Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, et a diaconis, ut moris est, subvenire in exitu catechumenis rogaretur,* etc. Paulo ante ubi legebatur *ἐξελθὼν τοῦ οἴκου,* restituimus *οἰκίσκου,* auctoribus iisdem codicibus et Georgio Syncello. Rufinus *cellulam* vertit. VALES. Dignissima est, quæ conferatur, de h. l. disputatio Moshemii l. l. p. 514—517. qua V. D. ostendere studuit primum, Novatianum ideo sese adjunxisse Christianis, quia gravi melancholia, in quam inciderat, ab iis sanari posse sese sperabat (cf. supra verba *ἀκοινωνησίαν καὶ λυκοφιλίαν*, quibus interprete Val. *abhorrens ab omni societate feritas et lupina quædam amicitia* Novatiani

v Accedit ad sententiam Valesii recte Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1196. I. s. v. *σφραγίζω*. Cf. ibid. p. 1534—1536. s. v. *χρίσμα* et quæ monui ad Euseb. H E. iii. 23. (pag. 161. sq.) Neander. *Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums*, tom. ii. p. 270. HEIN.

fuisse dicitur et verba: *ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι——ἱκανὸν*), deinde ideo noluisse ex morbo recreatum accedere ad episcopum confirmationis causa, quin animus ejus fluctuarit inter philosophiam cui operam dederat, et Christianam religionem, unde ad philosophiam etiam se reverti velle exorta persecutione Deciana diceret, denique Fabianum reluctante universo sacerdotum ordine et magna plebis parte tamen inter presbyteros suos cooptasse Novatianum, propterea quod episcopus metuebat, ne ad priscas sordes iste reverteretur. HEIN.

43, 17. *πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου*] Hinc apparet, Novatianum prono gradu presbyterum fuisse ordinatum, omissis diaconatus et subdiaconatus ordinibus: qui mos tum fuit in ecclesia, ut docet exemplum Origenis, Paulini Nolani et aliorum. Nota sunt etiam exempla Ambrosii Mediolanensis et Nectarii Constantinopolitani, qui ex neophytis ordinati sunt episcopi. VALES.

Ib. *ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου καὶ λαϊκῶν διακωλυόμενος*] Presbyteri olim ab episcopo ordinari non poterant sine consensu cleri et populi. Ac de populi quidem suffragio in electione presbyterorum, testantur patres concilii Nicæni in epistola synodica ad episcopos Ægypti, ubi de clericis qui se a Meletii schismate puros atque integros servaverant, ita præcipiunt: *Εἰ δέ τινά ποτε συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα συναναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου.* Quæ verba Sozomenus de clericis intellexit, cum tamen de episcopis potius accipienda esse videantur. Nam cum patres synodi Nicænæ contemplatione pacis statuissent, ut episcopi a Meletio schismatico ordinati in suo gradu remanerent, sed sine ulla functione episcopalis officii, nunc præcipiunt, ut si forte catholicus episcopus ab Alexandrinæ urbis episcopo ordinatus obierit, tum Meletianus qui a synodo sub ea conditione quam dixi susceptus est, in locum mortui succedat, dummodo plebs eum elegerit, et episcopus Alexandrinus electionem ejus confirmaverit. Sed et ex aliis locis ejusdem epistolæ satis colligitur, necessarium fuisse populi suffragium in ordinatione clericorum. Vetant enim eadem

epistola sanctissimi patres, ne episcopis qui Meletio adhæserant, jus fasque sit proponendi nomina eorum qui ad ecclesiasticos ordines sunt promovendi, sed solis catholicæ ecclesiæ episcopis, qui ab omni schismate integri semper fuissent, illud competere pronuntiant. Pontifices quippe annuntiabant populo nomina eorum qui ordinandi essent presbyteri vel diaconi, ut si quis forte haberet quod ordinandis objiceret, illud palam testaretur, sicut legitur in sacramentario Gregorii magni. Quam in rem singularis est locus b. Chrysostomi in homilia 18. in epistolam 2. ad Corinthios. Audi, inquit, quemadmodum apostolorum tempore, ipsi persæpe eos quibus præerant, consiliorum suorum socios adhibebant. Nam et cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt, et cum Matthiam eligerent, de ea re cum omnibus qui tunc aderant tam viris quam mulieribus Petrus agitavit. Neque enim hoc imperium, in præsidentium fastu et arrogantia, nec in subjacentium servili quadam demissione consistit, sed spirituale est, hoc præcipue excellens, quod pro vestræ salutis cura plures labores suscipiat, non autem quod plus honoris requirat. Omnes enim tanquam domum unam, ecclesiam habitare, omnes ut unum corpus affectos esse convenit. Denique adeo necessarium fuit plebis suffragium in electione presbyterorum, ut sæpenumero in ecclesia plebs tumultuosis vociferationibus presbyterum aliquem fieri postularet et cogeret. Quod quidem Barcinone sibi evenisse, testatur Paulinus in epistola sexta ad Severum. Idem de Piniano Albinæ filio refert Augustinus in epist. 225. ad Albinam. Jam vero cleri quoque consensum ad hoc fuisse necessarium, docet vetus auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti cap. 101. ubi scribit, presbyterum qui ordinandus est, perduci a diacono et offerri episcopo, et sub testimonio diaconi ordinari. *Sed testimonio*, inquit, *diaconi fit presbyter.* Et paulo post: *Perducuntur enim qui ordinandi sunt, ut dum lateri eorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando.* Totum vero hunc ritum optime descriptum habemus in sacramentario Gregorii magni pag. 236. ad quem locum vide quæ notavit Hugo Menardus vir doctissimus. VALES.

Ib. *εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι.*] Κλῆρος ordinem seu gradum significat ministerii ecclesiastici. Ita *κλῆρον πρεσβυτερίου* paulo ante Cornelius dixit, et *κλῆρον ἐπισκοπῆς* non semel vocat Eusebius et Irenæus. Epiphanius in hæresi Meletianorum: *οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, πρεσβυτερίου τε καὶ διακονίας καὶ ἄλλων.* Tertullianus *sortem* vocat. Sic enim in libro de virginibus velandis: *Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vindicare.* Itaque hoc loco *εἰς κλῆρόν τινα*, id est, *in quocumque clero.* Sic certe loquitur vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis: *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum, ac multo magis episcoporum audere deceat.* Rursus in eodem libro: *Immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in clero aliquo constitutus.* Idem scriptor clerum distinguit in majorem et minorem. Et minorem quidem clerum appellat diaconos et reliquos inferiores ordines, ut cum dicit pag. 129. *Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut hominibus omnibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus infirmantur, per semetipsos subvenire deberent, quia ceteri homines minoris cleri iis qui periclitantur, hoc idem præstare non possunt.* Et multo clarius pag. 134. *Et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre et solemniter et per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur, aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus*, etc. ubi vides, presbyteros ab hominibus minoris cleri aperte distingui. Ait enim, minoris cleri homines ingruente tantum necessitate baptisma conferre, quod presbyteris nequaquam convenit. VALES.

43, 18. *καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο*] Proprium erat presbyteri officium, eucharistiam et calicem fidelibus in manus tradere, idque *ἐπιδοῦναι* proprie dicebatur. Chrysostomus homilia 46. in Matthæum: *οὐχ ὁρᾷς ὅτι τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον.* Id est, non vides qualiter soli sacerdoti

licet calicem dominici sanguinis præbere. Ex quo ita argumentatur Chrysostomus. Tu ergo sacerdos es, cum panem et calicem præbes pauperi. In quibusdam tamen ecclesiis diaconi eucharistiam populo dividebant. Idque innuere videtur auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti cap. 101. his verbis: *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Hieronymus, seu quis alius, in libro de septem gradibus ecclesiæ: *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est sacramenti dispensatio. Ille oblata sanctificat, iste sanctificata dispensat.* Et ante omnes Justinus M. in apologia, cujus locum jam supra citavi. Cedrenus ad annum 18. Constantis: σκανδαλιζόμενος γὰρ εἰς αὐτὸν, ἔκειρε πρότερον αὐτὸν διὰ Παύλου πατριάρχου διάκονον, ὃς καὶ μετέδωκε τῷ βασιλεῖ τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἐν ἁγίῳ ποτηρίῳ. Tandem vero postquam diaconi laicis eucharistiam præbere desierunt, concessum illis est, ut vinum laicis post communionem præberent, idque colligimus ex vita Alcuini, de quo vetus scriptor ita tradit: *nec non cum post communionem corporis Christi et sanguinis manu propria eis misceret, idem Ludovicus, humilitate clarissimus præ omnibus, patri sancto se inclinans ejus osculatus est manum*[w]. Et in concilio Arelatensi 2. cap. 15. cavetur ut diaconus præsente presbytero corpus Christi fidelibus tradere non præsumat. VALES. Cf. Neander. *Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums,* tom. ii. p. 158. 320. not. 22. HEIN.

Ib. αὐτῷ καταράσεται] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Et miser homo non degustavit, nisi primum se illi devovisset.* Christophorsonus vero quasi Musculi insistens vestigiis, vertit hoc modo: *Atque infelix non ante degustavit, quam ita se illi devovisset.* Quasi vox αὐτῷ referretur ad Novatianum. Ego ἑαυτῷ malim legere cum Georgio Syncello, apud quem totus hic locus ita scribitur: καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῷ καταράσαιτο. Id est: *Atque ille miser non prius gustare sinitur, quam semetipse diris devoverit.* Quippe omne jusjurandum adjunctam habet imprecationem. Quæ licet in hoc sacramento quo Novatianus homines miseros adigebat, diserte

w Cf. Suicer. tom. i. p. 1248. i. s. v. εὐλογία. HEIN.

expressa non sit, tacite tamen subintelligitur, ut notavi ad Amm. Marcellinum. VALES. Valesium secutus est Strothius. Vertit enim: *als bis er sich selbst verwünscht hat.* Idem in Græca editione ad h. l. not. 61. "ἑαυτῷ, inquit, *Syncell. quod probat Valesius, ac profecto nobis magis placet.*" Equidem tamen nescio an paulo inconsultius Musculum et Cph. haud intellexisse hujus loci sententiam, scripserit Valesius. Satis enim apparet, illam lectionem ἑαυτῷ quam Syncellus dedit, esse longe faciliorem quam αὐτῷ, quod si retulerimus ad Novatianum, ad καταράσαιτο supplendum ἑαυτῷ ita ut illud αὐτῷ dativus quem dicunt, commodi esse putetur, hoc ἑαυτῷ regatur a verbo καταρᾶσθαι, unde ipse ille, quem expresserunt Musculus et Cph., sensus existit: *nisi antea in illius gratiam sibimet ipsi diras esset imprecatus.* Cf. Hom. Iliad. i. 500. τίμησόν μοι υἱὸν κ. λ. Odyss. ii. 305. ἀλλά μοι ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν ut recte dedit pro vulgato μάλ' ex codd. Wolfius. Schol. ad Sophocl. Ajac. v. 1070. Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν· ἀντὶ τοῦ, δι' ὅντινα. Quamquam fateor illam Musculi et Cph. interpretationem haud exigua laborare duritie propterea quod si illud αὐτῷ dativus commodi esse credatur, alterum ἑαυτῷ vix possit omissum esse, quamvis autem positum esset, tamen vel αὐτῷ ἑαυτῷ aliter accipi queat (cf. Matthiæ *aüsfurhl. Grammatik* p. 868. 6.), ut taceam αὐτῷ deinde ad satis remotum Novatianum pertinere, quia illud haud infrequens est. Cf. vi. 5. (pag. 433. sq.) Nihilominus neque ad Valesii et Strothii sententiam quisquam potest accedere nisi qui aut pro αὐτῷ legat ἑαυτῷ cum Zimmerm., aut αὑτῷ pro αὐτῷ h. l. scriptum putet (cf. Dorville *ad Charit.* p. 224. Matthiæ l. l. p. 278. n. 3.), aut denique ipsum αὑτῷ scribendum censeat. Cf. Coloss. i. 20. 22. ii. 15. Irmisch. *ad Herodian.* i. 2. 2. 5. i. 4. 17. i. 8. 4. i. 10. 6. i. 11. 8. Sed restat tertia loci explicatio, quam equidem illis omnibus præferendam duco. Neque enim Valesii et Strothii, ut ex iis quæ monui, intelligetur, suis difficultatibus libera. Accedit quod αὐτῷ tuentur non solum omnes libri sed ipse Nicephorus, qui ἐκείνῳ scripsit, unde ipso Strothio l. l. teste *eum legisse* αὐτῷ *apparet.* Itaque αὐτῷ equidem unice verum et ad nihil nisi præcedens Κορνήλιον referendum duco. Scribere enim Cornelius recte poterat αὑτῷ de semet ipso cum illa καὶ ὁ ἄθλιος—καταράσεται nonnisi ex sententia et

judicio Novatiani proponat ita: et miser ille homo non ante cœna sacra frui poterit propter jusjurandum vi ipsi expressum, nisi ante *illi Cornelio* diras imprecabitur. Ita omnia expedita esse existimo, et illud unum addendum, fortiora illa εἰ μὴ—καταράσεται scripsisse Cornelium cum tamen simpliciter Novatianus juberet illos jurare se nunquam ad Cornelii partes esse transituros, quia sane illud καταρᾶσθαι si non verbis certe reapse non poterat non cum hoc esse conjunctum, et quia probabiliter aliquam oppositionem verborum εὐλογεῖν et καταρᾶσθαι vellet efficere. HEIN.

43, 19. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὸ ἀμὴν] Hoc est quod paulo ante dixit Cornelius ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν [x]. Fideles enim cum eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat *corpus Domini*, respondere solebant *amen*, ut testatur b. Ambrosius in lib. iv. de sacramentis c. 5. *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis amen, jam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos, corpus Christi. Et tu dicis amen, id est, verum.* Hieronymus ad Pammachium, adversus errores Joannis Hierosolymitani: *qua conscientia ad eucharistiam Christi accedam, et respondebo amen, cum de caritate dubitem porrigentis?* Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima: καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, ἀμήν· Augustinus in libro xii. contra Faustum cap. 10. *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus respondeatur amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemnia dicebant *amen.* Nam et cum sacerdos panem, et vinum consecraret, respondebant *amen*, ut pluribus dicetur infra ad caput

x Minime vero. Neque enim verba illa præcedentia ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν ad laicos pertinent λαμβάνοντας τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, imo ad Novatianum qui ηὐλόγησε i. e. ut ipse Valesius paulo post dicit: ut alii panem et vinum consecrabat respondentibus laicis ad illam consecrationem amen. Neque satis recte vertit Valesius supra: καὶ ἐπιδοὺς ἀναγκάζει *dum eam tradit miseros homines benedictionis loco jurare cogit.* Quasi vero laici benedictionem fecissent! Imo recte Strothius interpretatur: *Wenn er das Abendmahl hält, und einem Jeden sein Theil austheilt, und in die Hände giebt, so zwingt er die armen Leute, statt dass er ihnen die Benediction ertheilen sollte* etc. De diversa autem diverso tempore usitata significatione verborum ἁγιάζειν s. εὐλογεῖν s. εὐχαριστεῖν *consecrare* s. *benedicere*, ἁγιασμὸς s. εὐλογία s. εὐχαριστία vide quæ accurate et subtiliter more suo disputavit Ernesti *Antimuratorius* p. 24—30. Supra εὐλογεῖν ita esse *consecrare, ut vim divinitus h. e. præcepto ac promisso divino, rei* (ergo κοινωνίᾳ) *additum* significet (ibid. p. 24.), haud abrogata tamen antiquiori verbi potestate, qua in laudibus divinis et precibus εὐλογία erat (ibid. p. 25. 29.), facile patebit. HEIN.

9. lib. vii. et post lectionem evangelii et prophetarum, amen dicere seque ipsos signare consueverant, teste Augustino in epistola 166. VALES. Cf. infra cap. 9. August. *Denkwürdigkeiten aus der christl. Archäol.* tom. v. p. 202—208. tom. viii. p. 405. HEIN.

43, 20. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος] De hoc Moyse Romanæ urbis presbytero Cyprianus in epistolis loquitur sæpius. Hic post passionem Fabiani Rom. urbis episcopi Decio 2. et Grato Coss. anno Christi 250. comprehensus est una cum Maximo presbytero et Nicostrato diacono, et conjectus in carcerem, ibi defunctus est, cum mansisset in carcere menses 11. dies 11. ut legitur in veteri libro de pontificibus Romanis. Quod confirmat etiam Cyprianus in epistola 15. ad Moysem et Maximum presbyteros et ceteros confessores, ubi inter cetera hæc dicit: *Eant nunc magistratus, et consules sive proconsules annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus glorientur. Ecce dignitas cælestis in vobis honoris annui claritate signata est, et jam vertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transgressa est.* VALES.

Ib. ἀκοινώνητον ἐποίησε] Musculus vertit: *excommunicavit.* Christophorsonus vero: *Fidelium societate et communione interdixit,* quod idem est. Ego vero hanc interpretationem probare non possum. Neque enim Moyses presbyter jus habuit excommunicandi presbyteros collegas suos, sed quod unum potuit, se a communione illorum separavit, cum scilicet, illi videndi ejus causa venirent in carcerem. Solent porro antiqui scriptores ita loqui de sacerdotibus qui ab aliorum communicatione abstinent, quasi ipsi eos a communione sua separent. Paulinus presbyter in vita b. Ambrosii: *Ipsum vero Maximum a communionis consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis Domini sui ageret pœnitentiam.* Qui Paulini locus ita intelligendus est ut dixi. Neque enim Ambrosius Maximum imperatorem a communione totius ecclesiæ sejunxit, cum nullum jus in eum haberet, sed tantum a Maximi et episcoporum ejus communione abstinuit, ut ipse testatur in relatione sua ad Valentinianum. Vide quæ supra notavi de privata communione et excommunicatione. Ceterum quod hic scribit Cornelius de Novatiano Moysis præjudicio condemnato, id a Moyse paulo ante obitum mihi factum videtur,

Nam initio quidem Moyses confessor cum Novatiano communicabat. Et cum clerus Romanus epistolam illam ad Cyprianum scripsit quæ inter Cypriani epistolas prima ac tricesima numeratur, adhuc Moyses pacem cum Novatiano servabat. Ambo enim illi epistolæ subscripserunt. Quinetiam Novatianus ipse epistolam eam composuerat, sicut testatur Cyprianus in epistola ad Antonianum. Ex qua ingenium et eloquentiam Novatiani obiter licet cognoscere. Est enim epistola illa, ut fatendum est, elegantissima. Scripta est autem, cum jam Moyses annum in carcere exegisset, quod ex Cypriani epistolis ad Moysem prius datis aperte colligitur. VALES.

Ib. *σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις*] Quinam fuerint quinque illi presbyteri qui cum Novatiano schisma fecerant, mihi quidem incompertum est. Neque enim puto esse Maximum presbyterum et confessorem, qui cum Urbano, Sidonio ac Nicostrato ac reliquis confessoribus a Novatiano deceptus, ejus partes aliquamdiu fovit. Quippe Maximus et reliqui confessores, mortuo demum Moyse Novatiani partibus sese adjunxerunt, ut testatur vetus auctor de pontificibus Rom. *Eo tempore*, inquit, *supervenit Novatus ex Africa, et separavit ab ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est.* Novatianus quidem ante Moysis obitum qui contigit mense Februario, Decio 3. et Etrusco Coss. se ab ecclesia sejunxerat, sed confessores nonnisi Moyse mortuo ad Novatiani partes transierunt. Tanta vis atque auctoritas in Moyse erat. Idque certe innuit Cyprianus in epist. 51. his verbis: *Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit, sic res erat quasi gloria vestra in carcere remansisset.* Atqui constat confessores, nonnisi mortuo Moyse, ex carcere dimissos fuisse. Cur enim ipsi potius dimissi fuissent quam Moyses? Post mortem igitur Moysis Novatianum secuti sunt. Quare non assentior Baronio, qui ad annum Christi 254. numero 66. ait confessores adhuc in carcere positos, Novatiano adversus Cornelium favisse. Sed neque illud libens Baronio concesserim, quod idem scribit, Moysem scilicet presbyterum Cornelio favisse adversus Novatianum. Mihi enim videtur Moyses paulo ante ordinationem Cornelii e vivis abiisse. Quippe Cornelius anno Christi 251. Decio Augusto 3. et Decio Cæsare Coss. mense

Aprili juxta Baronii sententiam, factus est episcopus, Moyses vero mense Februario ejusdem anni e vita discesserat, cum anni spatio in carcere permansisset ut supra observavi. Porro ex quinque illis presbyteris qui cum Novatiano ab ecclesia se segregaverant, unus fuisse videtur Maximus presbyter, Maximo illo confessori cognominis, quem Novatianus legatum postea misit in Africam. VALES.

43, 39. καθεῖς] vid. x. 4. HEIN.

44, 2. Σαραπίων] Non confundendus hic est cum eo, de quo cap. 12. egit Eusebius. HEIN.

Ib. οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ] Id est, *nemo nec de clero nec populo, ejus precibus flectebatur, ut veniam illi dandam pacemque indulgendam esse censeret.* Nam et populi suffragium ad id erat necessarium, ut aliquis lapsus aut ob aliud crimen ab ecclesiæ communione separatus, in ecclesiam reciperetur. Atque interdum episcopus ipse plebem rogabat, ut petenti pacem et communionem concedi pateretur, quemadmodum docet Cyprianus in epist. 55. ad Cornelium. Et Tertullian. de pudicit. cap. 13. Sæpius autem plebs ipsa apud episcopum intercedebat, ut pœnitentes ad communionem admitterentur. Cujus rei insigne habemus exemplum in epistola Cornelii papæ ad Fabianum Antiochenum, de episcopo illo qui Novatianum ordinaverat: ᾧ καὶ αὐτῷ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, περὶ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. Cyprianus in epistola 59. *Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur.* Cornelius in epistola ad Cyprianum: *Ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus.* VALES.

44, 3. τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον] Quæret forte aliquis, cur Serapio non ipsum potius accersiverit episcopum, a quo pacem et communionem acciperet. Quippe episcopalis officii erat pœnitentium reconciliatio. Fateor quidem id proprie ad episcopos pertinuisse. Verum episcopi cum ubique præsentes esse non possent, ne forte quis in infirmitate positus absque pace et communicatione decederet, presbyteris mandare consueverant, ut pacem ægris postulantibus darent. Nam sine consensu episcopi nullus presbyterorum pacem pœni-

tentibus dare poterat, ut ex Cypriani epistolis discimus. Itaque cum urbs Alexandria admodum spatiosa esset, presbyteri per singulas urbis regiones erant dispositi, quo morientibus facilius subveniretur. Epiphanius in hæresi Arianorum: *ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι· καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων, πλησίων ἑκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ ἀμφόδων, ἤτοι λαυρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων ὑπὸ τῶν τὴν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν.* Id est: *Omnes enim catholicæ communionis ecclesiæ in urbe Alexandrina, subjectæ sunt uni archiepiscopo. Seorsum autem singulis præpositi sunt presbyteri, propter ecclesiasticas civium necessitates, habentque domicilia juxta suam quisque ecclesiam, sive ad vicos, quos Alexandrini lauras vocant.* Ad quem locum doctissimus vir D. Petavius reprehendit Epiphanium, qui hunc peculiarem Alexandrinorum morem fuisse crediderit, cum tamen in cunctis paulo majoribus urbibus quæ plures habebant basilicas, id fuerit observatum. Verum nequaquam verisimile est, Epiphanium qui multas et maximas imperii Romani civitates lustraverat, morem sui sæculi ignorasse. Quare cum consuetudinem illam Alexandrinæ ecclesiæ peculiarem fuisse adeo manifeste indicet, credibile est, alium usum fuisse in aliis civitatibus. Sane Constantinopoli, non omnes ecclesiæ suos habebant presbyteros. Nam basilica sanctissimæ virginis Mariæ, et basilica sancti martyris Theodori, et basilica Irenes, non habebant peculiares clericos, sed clerici majoris ecclesiæ et harum trium ecclesiarum communes erant. Itaque ex clericis majoris ecclesiæ singuli suo ordine ac per vices, tres illas ecclesias administrabant, ut docet imp. Justinianus Novella 3. *οὐκ ἰδιάζοντας κληρικοὺς οὐδὲ εἷς τούτων ἔχει τῶν τριῶν οἴκων.* Jam vero quod Epiphanius dixit, in Alexandrina civitate *κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι,* Petavius quidem de unico presbytero accepit, qui suam seorsum ecclesiam regeret, vertit enim: *Suus cuique præpositus est presbyter.* At in aliis civitatibus aliter observatum esse, comperimus. Nam Constantinopoli plures erant ecclesiæ, in quibus non unus duntaxat presbyter, sed multi presbyteri et diaconi atque inferiores clerici, a primis basilicarum conditoribus erant constituti, sicut ibidem docet Justinianus. VALES.

44, 4. μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες] Hoc etiam in synodo Africana iisdem temporibus quibus hæc scribebat Dionysius congregata, statutum fuerat, ut scilicet lapsis in exitu constitutis pax daretur, dummodo eam suppliciter atque enixe postulassent ante ægritudinem. Cyprianus in epistola ad Antonianum: *Idcirco, frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde et manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis et pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari, quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* VALES.

44, 5. ἀφίεσθαι] Ante hanc vocem quædam adduntur in codice Fuk. et Savil. haudquaquam spernenda, τῶν θείων δώρων τῆς μεταδόσεως ἀξιοῦσθαι, καὶ οὕτως ἀφίεσθαι. Sane Christophorsonus hæc etiam in libris suis repererat, sicut ex versione ejus apparet. Et hæc quidem genuina esse Dionysii verba nolim affirmare. Egregie tamen huic loco conveniunt, ut ex sequentibus apparet. Porro hic Dionysii Alexandrini locus inprimis notandus est, quippe ex quo convincitur, eucharistiam olim datam fuisse pœnitentibus sine reconciliatoria manus impositione, ubi in periculum mortis incidissent. Hujusmodi communio vocabatur viaticum, canone 77. et 78. concilii Carthaginensis 4. et canone 39. concilii 1. Arausicensis, qui canon refertur in lib. vii. Capitularium Caroli magni cap. 101. Eratque hæc communio dispensatoria, quippe quæ ob mortis metum ante impleta pœnitentiæ tempora pœnitentibus concederetur. Itaque si postea ex morbo convaluissent, pœnitentiam implere, et solemnem manus impositionem seu reconciliationem ante absidem accipere cogebantur, ut scribitur in dicto capite Arausicano. ubi hæc communio postrema, legitima dicitur, ad discrimen prioris quæ erat tantum dispensatoria. Quare non assentior illustrissimo antistiti Gabrieli Albaspinæo, qui in libro i. observationum cap. 11. negat eucharistiam unquam datam fuisse pœnitentibus, citra reconciliationem. Verum hic Dionysii locus sententiam ejus prorsus evertit. VALES. Notandus h. l. usus verbi ἀφίεσθαι sq. accusativo, *veniam peccatorum alicui indulgere*, ut vertit Valesius,

absolvieren, ut Stroth. Eodem modo infra: ἀπάλλαττέ με, quod male puto interpretatum esse Valesium: *dimitte me*, recte Strothium: *absolviere mich*. Pariter statim post ἕως λυθῇ quod rectius reddidit Val. *quoad reconciliaretur*, et Strothius iterum: *bis er absolvirt war.* Cf. v. 2. (pag. 338.) πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο, κατηγόρουν δὲ οὐδενὸς, ἔλυον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμευον δὲ οὐδένα. Matth. xvi. 19. Luc. xi. 52. Statim post verba ἕως λυθῇ, atque simili modo dicitur: ἐξαλειφθείσης τῆς ἁμαρτίας i. e. *deleto crimine* vel, ut accuratius etiam vertisse videtur Strothius: *von seinen Sünden losgesprochen.* Constat enim ἐξαλείφεσθαι proprie dici ea, quæ scripta inducta litura delentur, unde deinde in universum est delere, oblitterare. Vid. Plutarch. Brutus c. xlviii. πολλάκις ἐξαλείφοντας καὶ ἀπομάττοντας Agesilaus t. iii. p. 679. ed. Reisk. ἐξαλεῖψαι τὸ τῶν Θηβαίων ὄνομα. Aratus t. v. p. 528. τοὺς δὲ πόδας ἐξαλειφομένου τοῦ Ἀριστράτου διαλαθεῖν ὑπὸ τὸ ἅρμα λέγουσι. Sed de remissione peccatorum veteres non uti videntur illo vocabulo. Vid. præ reliquis Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* iii. 19 p. 128 sq. ed. ii. cf. Act. iii. 13. et ibid. Kuinoel. p. 123. Wahl. *Clav. N. T.* s. v. ἐξαλείφεσθαι et Bretschneider. *Lex. Man. N. T.* s. h. v. Simili autem ratione qua ἐξαλείφεσθαι usurpatur a veteribus quoque διαγράφειν. Vid. Ruhnken. *ad Timæi Lex. Plat.* p. 81. 83. Jacobs. *animadvv. ad Athenæum*, p. 27. Cf. Hemstershuis, *ad Tom. M.* p. 211 sq. Bergler. *ad Aristoph. Lysistr.* v. 677. Plutarch. C. Gracchus c. xiii. τῶν νόμων πολλοὺς διέγραφον, quod ibidem post dicitur νόμους λύσειν. HEIN.

Ib. βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκε τῷ παιδαρίῳ] Quod hic dicit Dionysius, eucharistiam datam esse puero ad infirmum deferendam, non ita mirum videri debet. Diu enim postea id factitatum est, adeo ut S. Udalricus necesse habuerit id nominatim prohibere in sermone synodali, quem edidit Gretserus una cum vita Gregorii 7. Sic ergo ibi legitur cap. 20. *Infirmos visitate et eos reconciliate, et juxta apostolum oleo sancto inungite, et propria manu communicate. Et nullus præsumat tradere communionem laico aut fœminæ ad deferendum infirmo.* Et Gretserus quidem hunc sermonem sancti Udalrici esse existimavit. Ego vero nuper didici hanc esse epistolam synodicam Ratherii Veronensis episcopi ad suos presbyteros. Sic enim inscribitur in vetusto codice Laudunensi. Porro in ma-

nuscriptis Maz. Med. et Fuk. ἔδωκεν legitur non ἐπέδωκεν. Apud Joannem Zonaram in rebus gestis imp. Decii, ubi locus hic Dionysii ex Eusebio adducitur, scriptum est δέδωκε τῷ παιδαρίῳ. VALES.

Ib. ἀποβρέξαι κελεύσας] Rufinus vertit infundere: *Quod*, inquit, *infusum jussit seni præberi*. Sic et panem benedictum solebant veteres aqua intingere, ut docet Adamannus in lib. ii. de miraculis S. Columbæ cap. 6. Beda in vita S. Cuthberti cap. 31. et in carmine de ejusdem vita. Theodorus Campidunensis in vita S. Magni cap. 22. Paulus Bernriedensis in vita Gregorii septimi p. 113. De eucharistia vero in os ægrotantium infusa, loquitur canon 76. concilii 4. Carthaginensis, qui quidem canon est de infirmis qui pœnitentiam poposcerant, et postea obmutuerant, antequam presbyter ad eos venisset. Cavetur hoc canone, ut pœnitentia eis detur, et si continuo creduntur esse morituri, reconcilientur per manus impositionem, et infundatur ori eorum eucharistia. Aliter in pœnitentibus. Hi enim in articulo mortis constituti eucharistiam tantum accipiebant sine manus impositione, ut discimus ex canone 77. et 78. dicti concilii. Benignius enim agendum censuerunt sancti antistites, cum iis qui devotionis impulsu in infirmitate constituti pœnitentiam petierant, quam cum aliis qui publicorum criminum rei in ordine pœnitentium stabant. VALES.

44, 5. τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθείσης] Vid. Neander. *Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums*, tom. I. p. 257. 405. 4. cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. v. p. 195 sq. Eus. V. C. iv. 61. Stroth. *Uebersetzung* t. i. p. 511 not. 2. *Such erroneous notions were even then entertained of the forgiveness of sins in heaven depending on the will of the bishops and clergy. On this subject see Cyprian Epist.* 57. Cf. quæ annotavi vii. 21. HEIN.

Ib. ὡμολογηθῆναι] Langus, Wolfius et Musculus vertunt *confiteri*, quod meo quidem judicio tolerari non potest. Christophorsonus autem interpretatur *in numerum confessorum referri*, quod non displicet, modo intelligatur a Christo. Alludit enim Dionysius ad illa Christi verba in evangelio[y]. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum coram patre meo.* VALES.

[y] Mtth. x. 32. cf. Suicer. t. ii. p. 476 sq. HEIN.

45, 1. Διονύσιος Νοουάτῳ] Hieronymus in catalogo ubi initium hujus epistolæ refert, pro *Novato* habet *Novatianum*, rectius. Certe in chronico Georgii Syncelli legitur Διονύσιος Ναυατιανῷ. Rufinus vero duas epistolas eodem exemplo scriptas esse a Dionysio tradit, alteram ad Novatum, alteram ad Novatianum. Nam post epistolam Dionysii ad Novatum quæ hic refertur ab Eusebio, subjungit: *Hæc eadem etiam Novatiano scripsit.* Quæ verba in Græco textu non habentur. Græci enim Novatum et Novatianum inter se confuderunt, similitudine nominum decepti. Quo in errore fuit etiam Eusebius noster. VALES.

Ib. Verba εἰδωλολατρῆσαι—τοῦ μὴ quæ leguntur apud Nic. Ruf. Syncell. Steph. Cph., cum deessent in editione Val. manifesto typographi circa ὁμοιοτέλευτα errantis lapsu, ut recte monuit Strothius, imprimenda curavimus. Eadem desunt apud Readingum. Sed inde vana est Pearsoni in annall. Cyprian. ad a. 251. n. 10. emendatio, qui cum nullam præter Valesii editionem inspexisset, nullum h. l. sensum fundentem, pro σχίσαι reponi jubebat θῦσαι, male idem provocans ad Rufinum. HEIN.

45, 2. πείσαις scripsi cum Steph. et Stroth. pro πείσαιο quod habet Val. Niceph. contra πείσεις exhibet. Sed h. l. profecto in apodosi εἰ longe melius sequitur optativus. Vid. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 1018. *So steht auch* etc. Contra cf. supra c. xliii. (pag. 525.) HEIN.

Ib. σώζων σῶζε] Vid. quæ disserui ad Euseb. H. E. vi. 14. (pag. 452. sq.) HEIN.

46, 1. Τοῖς κατ' Αἴγυπτον] Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, dicit hanc Dionysii epistolam scriptam esse ad Armenios *de pœnitentia et ordine delictorum.* Sic enim Hieronymus vertit verba illa τάξεις παραπτωμάτων. VALES.

Ib. ἐπιστρεπτικὴ] *Hortatoriam* vertit Musculus et Christophorsonus, minus recte. Utitur eadem voce Eusebius in superioribus libris. VALES. Val. *objurgatoria* vertit, non magis recte. Cf. iv. 28. (pag. 306.) HEIN.

46, 3. Πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει] In eadem scilicet epistola, non in altera, ut putavit Christophorsonus. VALES.

Ib. μακάριος quod cum Cph. dedit Val., auctoritate Rufini ac Nicephori in θαυμάσιος mutaverunt Steph. Stroth. et Zim-

mermannus, sed temere, ut puto. Neque enim *μακάριος* proprio sensu h. l. dictum esse existimo, quo illud existimavit Strothius, qui in translatione sua Eusebianæ historiæ Germanica, ubi de lectione hujus veritate nondum dubitabat, vertit: *der selige Alexander ist selig entschlafen.* Quæ quidem sententia profecto est jejuna et inepta. Imo vero constat, *μακαρίους* dici etiam de hominibus aliqua re excellentibus et præstantissimis, qui aliquo in genere propius quam alii homines, ad ipsam divinitatem videantur accedere. Plat. Men. p. 10. ed. Buttmann. *κινδυνεύω σοι δοκεῖν μακάριος*; i. e. divina quadam scientia instructus, eoque ipsis diis par. Menex. 23. ubi Aspasia vocatur similiter *μακάρια.* Hinc facile apparet, cur ad blandiendum illud et *δαιμόνιος* usurpari soleat a probatissimis Græcorum scriptoribus. Vid. Plat. Crit. 9. Alcibiad. i. p. 153. cf. Crit. 3. Men. 30. Ruhnken. *epist. crit.* i. p. 85. cf. 1. Timoth. i. 11. vi. 15. Philo de sacrifice. p. 147. Suicer. t. ii. p. 289 sq. Quod si ad nostrum locum transtulerimus, non solum *θαυμάσιος* potius satis se tanquam interpretamentum verbi *μακάριος* prodit, sed etiam hoc ipsum et sequens *μακαρίως* haud ineptum quendam verborum lusum efficere intelligitur, quem nec Germanica nec Latina lingua facile ita reddideris, ut utramque vocem teneas. Hinc ipsum Rufinum non habere verbum *beatus*, minime est mirandum, Nicephorus autem sæpius propria et consueta vocabula posuit, ubi Eusebius utitur impropriis et minus usitatis. Sententia igitur hæc est: Egregius et præstantissimus Alexander beato exitu defunctus est. Quæ si vera sunt, facile quoque refutari poterit doctus ille Gallus, qui in litteris suis ad Strothium datis p. lv. hæc scripsit: "*Eusebe* (*l.* 4. *ch.* 23.) *dit, que Denys de Corinthe a écrit sous Sother* (verbis p. 391. *ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα*) ; *mais il se trompe ; il n' a écrit que sous Eleuthere, puisque dans sa lettre aux Romains il parle de Soter qu'il nomme leur bien heureux évêque Soter. Or le nom de bien heureux* μακάριος *ne se donnoit qu'aux morts.*" Unde enim, quæso, novit V. D., *μακάριος* nonnisi de mortuis dici? Imo recte vertit apud Eusebium l. l. ipse Strothius p. 392. verba: *ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος, Σωτὴρ, euer würdiger Bischoff Soter*, neque opus est de alia re cogitare, quin etiam similis illo loco est

lusus verborum *μακάριος ἐπίσκοπος* et *μακαρίοις λόγοις*, qui h. l. cf. not. 15. Luculentior etiam est locus Euseb. V. C. iii. 17. in. ubi leguntur hæc: *ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πλήθεσιν πίστις μία—τηρῆται*, ubi rectius vertit Valesius: a *sanctissimis* ecclesiæ cœtibus, quam Strothius: *bei den seligsten* (?) *Haufen der allgemeinen Kirche.* Ut vero ad illum locum Euseb. H. E. iv. 23. redeam, levioris etiam momenti sunt, quæ Gallus ille l. l. præterea affert: "*Il dit dans sa lettre aux Athéniens que Quadrat est leur évêque ἐπίσκοπος, et les a rétablis depuis la mort de Publius leur προεστὼς, pour quoy ces deux mots différens? C'est que depuis la mort du* 1[er] *s'etait faite la révolution dans l'épiscopat titulaire qui venoit d'être établi par tout depuis la mort de St. Polycarpe de* 164. *à* 167. *car auparavant il n'étoit qu'à Rome depuis l'an* 120." Quasi vero episcopus non dici possit *προεστὼς τῆς ἐκκλησίας*! Vid. Euseb. H. E. v. 24. *ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ.* Cf. ibid. p. 408. Denique vel Valesius erravit, *μακάριος* ad Euseb. H.E. v. 19. extr. nonnisi de mortuis dici contendens. HEIN.

Ib. *διακονική*] Sic habent nostri codices et Georgius Syncellus in chronico. Rufinus vertit *de ministeriis*, quasi illa epistola sic inscripta fuerit, eo quod de ministris ecclesiæ in ea tractaretur. Jacobus Goar qui Georgium Syncellum in lucem edidit, notisque illustravit, genus quoddam epistolarum ecclesiasticarum esse putavit, quod *διακονικὴ* diceretur, sicut fuere synodicæ, pacificæ, dimissoriæ et similes. Verum ego Rufino potius assentior, qui epistolam Dionysii idcirco *διακονικὴν* dictam esse innuit, quod de officio diaconi pertractaret. VALES. Vertit Valesius *de officio diaconi.* Cph. latiori sensu accepit: *de ministeriis ecclesiæ.* Sed Strothius: *von Diaconat-Sachen.* Occasionem epistolæ dedisse Nicostratum diaconum, memoratum Cypriano epist. 31. 42., dicit Danz. p. 108. HEIN.

LIB. VII.

Procem. Τὸ ἕβδομον] Sic habet codex Regius quem Rob. Stephanus ubique secutus est. Et sane ratio ita poscebat, ut qui in titulo hujus libri βιβλίον ἕβδομον posuerat, hic quoque τὸ ἕβδομον scriberet. Sed codices nostri Maz. Med. et Fuk. qui titulum hujus libri ita concipiunt: λόγος ζ., hic scriptum habent τὸν ἕβδομον, etc. VALES.

Ib. ὁ μέγας Διονύσιος] Non solus Eusebius, sed omnes fere antiqui patres Dionysio Alexandrino cognomentum Magni tribuerunt. Ita Basilius in epistola canonica ad Amphilochium: καὶ ἐθαύμασα, πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν μέγαν Διονύσιον παρῆλθεν. Maximus quoque in scholiis ad Dionysium Areopagitam, et Symeon Metaphrastes in actis passionis b. Petri Alexandrinorum episcopi, cujus locum supra citavi. VALES. Cf. Le Moyne *varr. sacr.* tom. ii. p. 236. sq. Val. ad Eus. H. E. vii. 32. Μεγάλου πατρὸς titulo ornatur similiter Basilius in tractatu de synodis œcumenicis, p. 117. ed. Le Moyne et ipse Cyrillus ὁ μέγας vocatur ibid. p. 91. Origenem contra τὸν παράφρονα appellare haud veretur Germanus in tractatu de synodis œcumenicis, p. 75. ab eodem Le Moyne edito. Satis jam inde patet, quam ambiguæ sint fidei ejusmodi nomina. Jam vero ex Dionysii Alexandrini ejusdemque magni appellati ad veritatem referendam dexteritate et voluntate maximam libri vii. historiæ Eusebianæ auctoritatem pendere, ex ipso procemio patet. Quæ cum ita sint, Dionysium tum potuisse tum voluisse vera tradere eo lætius erit ad profitendum. Illud enim satis inde apparet, quod res refert Dionysius, quibus ipse maxime interfuit, hoc autem bene probavit Kestner. *de Euseb. auctor. et fide diplom. Excurs.* ii. p. 46 sq. cf. Eus. H. E. vii. 1. 3—5. 10. 11. 24. 25. 42. vi. 30. 40. 41. 42. Danz. *de Euseb.* p. 123. 137 sq. et qui ibidem laudantur. Kestner. l. l. p. 19. De narratione autem nominatim quæ legitur vii. 7. (cf. vi. 40.), I. I. Zimmermann. *Opuscul. theolog., histor. et philosophici argumenti* Tigur. 1751. 4. tom. i. p. 730. sqq. cf. Kestner. p. 46. Quamquam visionem illam, de qua l. l. sermo est, *finxisse*, ut salva orthodoxiæ fama

hæreticorum libros legere posset, Dionysium conjecit Stroth. *Uebersetzung des Euseb.* t. i. p. 525. not. 9. assentiente Moellero, p. 61. At temere. Ea enim erat non solum Dionysii indoles, ut *posset* ἕκαστα διευθύνειν καὶ δοκιμάζειν, ut legitur cap. 7. (ἱκανὸς εἶ), sed etiam *vellet*, et visionem illam quamvis sibi vere divinitus contigisse eo consilio, ut ne hæreticorum scripta legeret, haberet persuasissimum, tamen *credulitatis* potius et quidem *una illa in re*, quam *fraudis* erit accusandus. Cf. Neander. *Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums*, tom. i. p. 242. 273. Similiter Augustinus voce cœlitus emissa: "*tolle, lege*," ad sacros libros legendos sese incitatum credidit. vid. Augustin. Confess. viii. 12. cf. Neander. l. l. t. ii. p. 72. p. 179. t. iii. p. 89. * p. 186. p. 221 **. HEIN.

1, 1. Οὐδ' ὅλον δυοῖν ἐτοῖν] Eusebius in chronico annum unum imperii ac menses tres Decio tribuit. Sed Aurelius Victor Decios periisse dicit exacto regni biennio. In Victoris autem epitome, imperasse dicitur Decius mensibus triginta. Imperare cœpit Æmiliano et Aquilino coss. anno Christi 249. Anno deinde 250. consul iterum fuit una cum Grato. Secuto deinde anno qui consules habuit Decium Aug. 3, et Etruscum Cæsarem, imperium constanter retinuit, ut colligitur ex senatus-consulto, quod refert Pollio in Valeriano in hæc verba: *Duobus Deciis Coss. 6. Calend. Novemb. die, quum ob imperatorias literas senatus in æde Castrorum haberetur, ireturque per sententias singulorum cui deberet censura deferri* (*nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate*). Anno deinde sequenti, id est, Gallo et Volusiano coss. occisus est. Certe aut hoc anno, aut fine superioris anni, cæsos esse Decios oportet. Sed verius puto consulatu Galli et Volusiani. Cum enim cæsi sint Decii in prœlio, haudquaquam verisimile est eos hiberno tempore bellum in Thracia gessisse. Porro Eusebius annum unum et menses tres tribuit Decio, eo quod annos septem assignat Philippo, cum tamen sex tantum annos Philippus imperaverit. Quo occiso, Decius se augustum simul et consulem renuntiavit anno Christi 249. ut jam dixi. Certe hoc anno Decium imperare cœpisse apparet ex nummis veteribus quos Goltzius et Occo retulere, in quibus Decius trib. pot. 3. consul tertium ponitur. VALES. Cf. Pagi *Crit.* t. i. ad a. 251. cit. Read. HEIN.

Ib. ἅμα τοῖς παισί] Decius imperator duos habuit filios, quorum major dictus est Quintus Herennius Etruscus Messius Decius, minor vero Caius Valens Hostilianus Messius Quintus, ambo primum Cæsares, postea Augusti a patre facti, ut ex nummis et inscriptionibus discimus. VALES.

Ib. ἑβδομήκοντα] Baronius ad annum Christi 256. Origenis mortem confert in annum tertium Galli et Volusiani, cum tamen Eus. in hoc loco Origenis mortem assignet eodem anno quo Decius est occisus, et quo Gallus imperium occupavit. Eus. in lib. vi. cap. 36. anno 3. Philippi imp. Origenem sexagenario majorem fuisse scribit. Qui locus Baronii sententiam videtur stabilire. Nam a tertio Philippi imp. anno usque ad tertium Galli et Volusiani, anni sunt novem. Adde quod scribit Eusebius initio hujus libri, Origenem decimo anno imp. Severi, quo anno pater ipsius martyrio perfunctus est, annos natum fuisse septemdecim. Atqui si a decimo Severi anno ad primum Galli numeraveris, anni fiunt unus et quinquaginta, quibus si septemdecim annos adjungas, anni existunt octo et sexaginta. Proinde necesse est, ut secundo aut tertio Galli et Volusiani anno mortuus sit Origenes. Verum Eusebius hoc loco, ut dixi, perspicue asserit Origenem circa initia principatus Galli mortuum esse, id est, anno Christi 252. idque confirmare videtur Hieronymus in epist. 65. ad Pammachium, ubi ait: *Centum et quinquaginta prope anni sunt ex quo Origenes mortuus est Tyri.* Et paulo post ait: *Cur post quadringentos annos docere nos niteris quod ante nescivimus*, etc. Si ergo de quadringentis demas centum quadraginta octo, remanet annus 252. a natali Christi. Quod si mortem Origenis in annum primum Galli imp. conferamus, ut hic suadet Eusebius, cum eum mortuum esse dicat anno ætatis nono et sexagesimo, natus sit oportet Commodi imp. anno 4. non autem 9. ut est in chronico Alexandrino. VALES. In diversas partes abire VV. DD. de anno mortis Origenis, testantur exempla Petavii in *animadverss. Epiph. hær.* 84. Huetii *Origen.* i. cap. extr., du Pinii et Cavei laudatorum a Readingo ad h. l. HEIN.

1, 2. κατὰ ῥοῦν χωρούντων] Ita ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Et ferri potest hæc lectio, ut sit metaphora ab iis

quæ secundo amne deferuntur. VALES. Ita Chrysostom. hom. tom. xii. p. 314. A. κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων φερομένων, ad quem locum Matthæi (Chrysost. hom. vol. i. p. 10. not. 28.) laudat Lucian. t. ii. p. 698. ed. Reitz. κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ ibid. p. 667. Præterea cf. Euripid. Orest. v. 68. sq. ἐπ' ἀσθενοῦς ῥώμης ὀχούμεθ', ἥν κ. λ. Suppl. v. 520. Plutarch. Flamininus c. ix. τῆς δυνάμεως εὖ ῥεούσης. Pyrrhus c. 23. διώκων τὰς ἐλπίδας, ἐφ' αἷς ἀπ' ἀρχῆς ἔπλευσε. Chrysost. t. x. p. 404. D. ἐξ οὐρίας φερομένων τῶν πραγμάτων. Passow. s. v. πλέω 3. Præterea vid. Hemsterhuis. *ad Lucian.* tom. i. p. 30. 21. Wesselingius *ad Diodor. Sic.* t. ii. p. 156. cf. Bergler. *ad Alciphron epist.* p. 38. sq. Valckenar. *diatribe in Eur. perdd. dramatt. reliqq.* p. 240. C. HEIN.

Ib. Ἤλασεν non recte vertisse Valesium *insectatus est*, imo debuisse vertere *in exilium misit*, animadvertit Pearsonus. cf. Cyprian. epist. 55. 57. 58. HEIN.

2, 1. Κορνηλίου] A Gallo imperatore in exilium missus Centumcellas. vid. Cyprian. epist. lv. lx. Pagi et Pearson. ad a. 252. n. 12. 13. HEIN.

Ib. Λούκιος non minus multatus exilio ab imperatore, brevi tamen post Romam reversus. Pagi ad a. 252. n. 17. HEIN.

Ib. παλαιοῦ γέτοι] Ab his verbis inchoandum est cap. 3. quod nec Musculus nec Christophorsonus animadvertit. Nam quod sequitur πρῶτος τῶν τότε Κυπριανὸς, uno spiritu continuari debet, utpote alterum membrum periodi. Certe ante hæc verba παλαιοῦ γέτοι, etc. omnes nostri codices distinctionem, hoc est, τελείαν στιγμὴν habent appositam. Quo indicatur novam periodum ab his verbis inchoari. In iisdem tamen codicibus caput 3. incipit ab illis verbis πρῶτος τῶν τότε Κυπριανός, etc. VALES. Paulo ante pro οἵας δ' οὖν Steph. dedit οἱασοῦν. Sed quamvis οἱασοῦν per se bene habeat (cf. 6. 23.), tamen οἵας δ' οὖν propter δ' insuper additum et quo sæpius insolentius uti amat noster, difficilius, non dubito quin sit præferendum. Vid. Euseb. de martt. P. c. xi. c. xii. H. E. ix. 2. HEIN.

Ib. Post τοιούτων Valesius et Zimmermannus posuerunt comma, sed recte Stroth. illud delevit, quem secutus sum.

Nam haud dubie conjungendum est ἐπὶ τῶν τοιούτων cum sequenti verbo χρῆσθαι, ut recte ipse Valesius vertit: *Quippe antiqua consuetudo invaluerat, ut in ejusmodi hominibus sola manuum impositio cum precationibus adhiberetur.* Cf. Passow. *Lexic.* t. ii. p. 1085. 2. b. HEIN.

3, 1. Πρῶτος τῶν τότε Κυπριανός] Non primus hujus sententiæ auctor fuit Cyprianus, sed diu ante illum Agrippinus Carthaginensis ecclesiæ episcopus, collectis Africæ et Numidiæ episcopis, hæreticos rebaptizandos esse decreverat, ut docet Cyprianus in epistola 71. et 73. Augustinus in lib. iii. contra Donatistas, et Vincentius Lirinensis. Quo magis excusandus fuit Cyprianus, qui synodali auctoritate firmatam antecessoris sui sententiam defendere conatus est. Sed et in Cappadocia morem illum rebaptizandi hæreticos, jam inde ab antiquissimis temporibus et ab ultima usque hominum memoria semper usurpatum fuisse, testatur Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus in epistola ad Cyprianum. VALES.

Ib. ἀλλ' ὅγε Στέφανος μὴ δεῖν] Epistola Stephani papæ ad episcopos Africæ refertur a Cypriano in epistola 74. et 75. iisdem fere verbis quibus utitur hic Eusebius: *Si quis a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Firmilianus quoque in epistola ad Cyprianum, quædam illius epistolæ capita refert simul ac refutat. VALES.

4, 1. Περὶ τούτου eo tantum intelligitur posse referri, de quo statim antea sermo erat, ad illas de baptismate hæreticorum contentiones. At Eusebius profecto haud opportuno loco cap. v. eam epistolæ Dionysii partem commemorat, in qua ille de pace potius ecclesiarum orientis, quæ Novatiani hæresin damnaverant, scribit Stephano. Cf. Valesii not. 1. ad cap. v. Et hoc facere se velle ipso cap. 4. disertis verbis indicat Eusebius τελευτῶν δῆλοι κ. λ. quod Valesius vertit: *id tandem indicat*, ego malim reddere, finiens (epistolam), *ad finem epistolæ* indicat. Sed de illa Eusebii inopportuna rei cujusdam commemoratione cf. quæ monebo ad vii. 21. Videtur autem semet ipsum corrigere voluisse Eusebius eo, quod cap.

v. alteram Dionysii epistolam (*δευτέραν ἐπιστολὴν*) excerpsit, in qua sane de re præsenti agitur. HEIN.

Ib. *νεωτεροποιΐαν*] Alludit ad nomen Novati seu Novatiani. Sic *hæreseon novitates* dixit Vincentius Lirinensis in commonitorio. VALES.

5, 1. *Ἴσθι δὲ νῦν, ἀδελφέ*] Ex hac epistola Dionysii ad Stephanum papam, Baronius ad annum Christi 259. colligit, orientales episcopos tandem errore deposito sententiam Stephani de hæreticis non rebaptizandis amplexos esse. Baronium secutus est Filesacus in notis ad Vincentii commonitorium. Sed qui Dionysii epistolam attente legerit, longe aliter rem se habere intelliget. Nam epistola illa Dionysii, duo capita continebat. Primum an rebaptizandi essent hæretici, secundum de concordia ecclesiarum orientis, quæ Novatiani hæresim damnaverant, et lapsos recipiendos esse statuerant. Huic igitur sententiæ Demetrianum episcopum Antiochiæ, quæ caput erat orientis, et reliquos subscripsisse nunciat Dionysius, quod quidem Stephano gratissimum fore sciebat, cum Fabius decessor Demetriani in Novatiani sententiam pronior fuisset, et congregato ex Cilicia, Cappadocia, Palæstina et Ægypto episcoporum concilio, eam stabilire conatus fuisset, ut scribit Dionysius apud Eusebium in fine lib. vi. VALES.

Ib. *καὶ ἔτι προσωτέρω*] Hæc verba non habentur in codice Fuk. et Saviliano. Sed nec Christophorsonus in libris suis ea reperit, ut ex versione ejus apparet; leguntur tamen apud Syncellum ac Nicephorum, et in nostris, Regio, Maz. ac Medicæo. Et Langus quidem ac Musculus ita verterunt: *Scito nunc, frater, orientales atque etiam ulteriores ecclesias*, etc. Recte meo quidem judicio. Sic Eus. in lib. iii. de vita Constantini c. 7. *Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, τούτων δ' οἱ ἔτι προσωτάτω.* Ita enim scribitur locus ille in codice Reg. et in schedis et apud Socratem. Per ulteriores ecclesias intelligo ecclesias Osdroënæ et Mesopotamiæ. Oriens enim proprie dicebatur Syria, cujus caput erat Antiochia. Regebatque hanc provinciam tunc temporis præses orientis, ut docet Vopiscus in Aureliano agens de ejus adoptione. Possunt tamen hæc verba etiam aliter intelligi, ut verba sint Eusebii, ex epistola

Dionysii carptim quædam capita referentis. Certe in codice Maz. ac Med. hæc verba duobus punctis inclusa sunt. Et in exemplari quidem Mediceo apposita est media distinctio sive mora, in Mazarino vero distinctio. Verto igitur: *Et paulo post.* Atque hæc posterior interpretatio verior nunc mihi videtur ac certior. VALES. Male ita visum esse Valesio, recte censuit Strothius, potissimum propterea quod Eusebius quid addat scriptor cujus verba quædam jam protulit, indicaturus, nunquam illo καὶ ἔτι προσωτέρω utitur, sed semper τούτοις ἑξῆς, εἶθ' ὑποκαταβὰς, καὶ αὖθις μετὰ βραχέα, μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων, τούτοις μεθ' ἕτερα, τούτοις ἐπειπών τινα μεταξὺ ἐπιφέρει λέγων, ἐπὶ τούτοις ἐπιλέγει, εἶτα μεθ' ἕτερά φησιν, εἶτα τινὰ μεταξὺ εἰπών. Accedit quod nec Niceph. ita ut Val. illa verba interpretatus est, et alibi v. c. V. C. iii. 7. de situ regionum utitur Eusebius verbis ἔτι προσωτέρω. HEIN.

Ib. ἐν Αἰλίᾳ] Ælia vocabatur ætate Dionysii, quæ postea dicta est Hierosolyma. Constantini quidem temporibus adhuc Ælia vocabatur. Sic in tabula Peutingerorum et in itinerario Antonini, quod post imperium Constantini scriptum est, memoratur. Sed et in concilio Nicæno canone vii. Ælia dicitur. Itaque verissimum puto, quod superius observavi, nomen Hierosolymorum huic urbi inditum fuisse per ambitionem episcoporum illius loci, qui Jacobi justi successores haberi volebant. Hinc est quod Rufinus ex more sæculi sui, pro Æliæ nomine hic substituit Hierosolyma, et Eusebius Narcissum, Alexandrum et cæteros, semper Hierosolymorum episcopos appellat. Interdum tamen, licet rarius, Æliam nominat, verbi gratia in libro de martyribus Palæstinæ capite xi. VALES.

Ib. κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου] Hæc verba transposita sunt, et post voces illas ἐν Αἰλίᾳ collocari debent. Nam Mazabanes Alexandro Æliæ episcopo successerat, ut docet Dionysius in epistola ad Cornelium. Vidit hoc etiam Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet. VALES. Sed cum verba ita transposita legantur in omnibus qui adhuc sunt excussi, codd., neque Ruf. auctoritate h. l. tuto posse confidi facile intelligatur, nolui cum Stroth. et Zimmermanno recte illa collocare, præsertim cum amet verba noster transponere, ut centies jam annotatum est. HEIN.

5, 2. οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε] Hunc locum non intellexerunt Langus, Musculus et Christophorsonus. Solebat olim ecclesia Romana aliarum ecclesiarum inopiam liberalitate sua sublevare, et captivis fratribus vel in metallum datis pecunias ac vestem conferre, ut testatur Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem papam, cujus verba supra retulit Eusebius in libro iv. Idque laudabile institutum ecclesiæ Romanæ, sua adhuc ætate perseverasse, ibidem scribit Eusebius. In eam rem fiebant collectæ in ecclesia Romana de quibus Leo papa loquitur in sermonibus. Ἐπαρκεῖν proprie est sumptus ac viaticum subministrare, vel stipem conferre. Ita Clemens Alexandrinus in primo Stromateo haud procul ab initio: ἀπορίᾳ γὰρ ἐπαρκεῖν οὐ δίκαιον. Ἀργίαν δὲ ἐφοδιάζειν, οὐ καλόν. Idem in lib. iv. Stromatei, de stipe seu eleemosyna hoc verbum usurpat, cum ait: ἐνίοτε γὰρ βουλόμεθα δι' ἀργυρίου δόσεως, ἢ διὰ σωματικῆς σπουδῆς ἔλεον ποιῆσαι. ὡς δεομένῳ ἐπαρκέσαι, ἢ νοσοῦντι ὑπουργῆσαι, ἢ ἐν περιστάσει γενομένῳ παραστῆναι· καὶ οὐχ οἷοίτε ἐσμὲν, ἤτοι διὰ πενίαν, ἢ νόσον, ἢ γῆρας. Id est: *Interdum enim optamus quidem misericordiæ opera præstare, tam pecunia quam corporis ministerio, exempli gratia petenti stipem dare, aut ægrotanti ministrare, aut adjuvare periclitantem. Sed optata perficere non possumus, seu ob egestatem, sive ob morbum, sive ob senectutem.* Eodem sensu Chrysostomus homil. 67. in Matthæum hanc vocem usurpat: ἑνὸς τῶν ἐσχάτων καὶ οὐ σφόδρα πλουτούντων πρόσοδον ἡ ἐκκλησία ἔχουσα, ἐννόησον ὅσαις ἐπαρκεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χήραις, ὅσαις παρθένοις. Sic et Palladius in dialogo de vita Chrysostomi, ubi de Ammonio et monachis Ægyptiis loquitur. VALES.

5, 3. χαράξας ἐπιστολήν] De epistolis Dionysii ad Stephanum, Xystum et ecclesiam Romanam vid. Pearson. *Annall. Cyprian.* ad ann. 256. nr. 12. ad a. 257. nr. 10. 11. ad a. 258. nr. 3. HEIN.

Ib. Ἐπεστάλκει] Præter epistolam ad episcopos Africæ, de qua superius dixi, aliam insuper epistolam scripserat Stephanus papa ad orientales, de qua præter Dionysium loquitur Firmilianus in epistola ad Cyprianum sub finem: *Pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus* (*quod nec vos latere confidimus*), *modo vobiscum qui in meridie estis.* Sed Firmilianus oratorum more rem amplificat.

Neque enim Stephanus aut cum Afris aut cum orientalibus pacem rupit, sed tantum minatus est se pacem cum iisdem rupturum, si in pristina sententia permanerent, ut hic diserte testatur Dionysius Alexandrinus. Eodem plane modo, quo Victor papa interminatus fuerat Asiaticis, se illos a communione ecclesiæ abscissurum [a]. Certe Stephanum ultra minas non processisse ex eo apparet, quod Dionysius post ejus obitum ad Xystum Papam iterum scripsit, ut ejus sententiam super ea re flagitaret. Nam Dionysius in Afrorum et orientalium sententiam magis propendebat, teste Hieronymo in libro de scriptoribus ecclesiasticis. Illud quoque observandum est, quod in supra dicto loco scribit Firmilianus, Stephanum pacem cum Afris et orientalibus vario discordiæ genere rupisse. Nam et inde colligi potest, non fuisse prolatam a Stephano adversus illos excommunicationis sententiam. Certe si Stephanus excommunicationis sententiam in eos protulisset, non utique vario genere pacem cum utrisque rupisset, sed uno eodemque modo, excommunicationis videlicet sententia, tam Afros quam orientales percussisset. Nunc porro videamus quo modo cum Afris pacem ruperit Stephanus. Declarat hoc Firmilianus his verbis: *Modo vobiscum, a quibus legatos episcopos patienter satis et leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret; adhuc insuper præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet, ut venientibus non solum pax et communio, sed et tectum et hospitium negaretur.* Hæc Firmiliani verba rem quidem ipsam magnopere exaggerant. Sed nego in illis verbis ullum excommunicationis a Stephano prolatæ indicium reperiri. Graviter quidem commotus est Stephanus, et indigne tulit quod Africana synodus adversus receptam totius ecclesiæ consuetudinem hæreticos rebaptizandos esse statuisset, remque tanti ponderis ac momenti, non consulto prius Romanæ urbis episcopo, decernere ausa esset. Itaque episcopos quos Cyprianus et reliqui collegæ ad ipsum miserant una cum decretis illius synodi, primo quidem admittere noluit, ut docet Firmilianus. Postea vero eos admisit, et ad literas Cypriani rescripsit, sicut colligitur ex epistola Cypriani ad Pompeium. Quæ

[a] Vid. *Excursus* vi. HEIN.

quidem Stephani literæ licet paulo acerbiores et iniquiores visæ tunc fuerint Cypriano, nihilominus tamen pacem inter se ambo retinuerunt. Cyprianus certe etiam post illas Stephani literas, eum fratrem nominat in epistola ad Pompeium sub initium. Idque aperte confirmat Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos, de b. Cypriano ita loquens: *Sciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerunt, edidisse, siquidem in communione eorum permansit, qui sententiæ suæ contraierant.* Denique Afri post illas Stephani PP. literas, hæreticos nihilominus rebaptizarunt usque ad Constantini magni tempora, ut patet ex concilio Arelatensi. VALES. Valesium refutavit Moshem. *Commentt. de rebus Christian. a. C. M.* p. 538. sq. De excommunicatione sensu Romano-catholico non esse sermonem vix esset, quod monerem, nisi fortasse Valesius eo ad mitiorem suam interpretationem esset inductus. HEIN.

Ib. ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων] Firmilianus in epistola ad Cyprianum de Stephano loquens: *Dum enim putas omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti.* Et paulo ante dixerat: *Excidisti enim te ipsum, noli te fallere. Si quidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit.* Cyprianus quoque in epistola ad Pompeium testatur Stephanum papam ea voce in suis literis usum fuisse: *Dat honorem Deo, qui hæreticorum amicus et inimicus Christianorum, sacerdotes Dei, veritatem Christi et ecclesiæ unitatem tuentes abstinendos putat.* VALES.

5, 4. ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις] In synodo scilicet Iconiensi, de qua Firmilianus in epistola ad Cyprianum, et in conciliis Africæ, partim sub Agrippino, partim sub Cypriano. Item in concilio Synadensi ut dicitur infra in capite 7. hujus libri. Et in synodo quidem Carthaginensi sub Cypriano, quæ hodie inter Cypriani opera exstat, octoginta et amplius episcopi sententiam dixerunt, inter quos quidam fuerunt confessores et martyres. In Iconiensi autem concilio quinquaginta episcopi convenerunt, ut testatur Augustinus in l. iii. contra Cresconium cap. 3. his verbis: *Proinde si omnino jam credendum sit, quinquaginta episcopis orientalium id esse visum, quod septuaginta Afris vel aliquanto etiam pluribus, contra tot millia episcoporum quibus hic error in toto orbe*

displicuit, cur non potius etiam paucos ipsos orientales suum judicium correxisse dicamus? Ceterum orientales ac præsertim Cappadoces, morem suum in rebaptizandis hæreticis constantissime retinuerunt, ut patet ex Basilii ad Amphilochium canonicis epistolis prima et secunda. Mansitque mos iste apud illos usque ad primam synodum Constantinopolitanam. VALES.

6, 1. Σημαίνων δ' ἐπ' αὐτῷ] Nostri codices Maz. et Med. cum Fuk. et Savil. hunc locum ita exhibent: *σημαίνων δὲ ἐν ταὐτῷ καὶ περὶ τῶν κατὰ Σαβέλλιον αἱρετικῶν*, recte quidem quod ad posteriorem partem attinet. Verum illud *ἐν ταὐτῷ* prorsus rejiciendum est, et scriptura codicis Regii retinenda *ἐπ' αὐτῷ*, supple *κεφαλαίῳ*, qua voce paulo ante usus est Eusebius, *ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ζητουμένου τούτου καὶ δηλουμένου κεφαλαίου*. Sic enim præfert codex Regius et editio Stephani: pro quo in reliquis codicibus legitur: *περὶ τοῦ δηλουμένου ζητήματος*. Igitur *ἐπ' αὐτῷ* Latine sonat *post illud capitulum.* Nam epistola Dionysii ad Xystum duo capita continebat, primum de rebaptizandis hæreticis, alterum de dogmate Sabellii. Quod si scribas *ἐν ταὐτῷ*, supplendum erit *λόγῳ*, cum tamen Eusebius non *λόγον* sed *ἐπιστολὴν* dixerit supra. VALES.

Ib. Θεοῦ Πατρὸς] Quod spectat ad rem, Strothius jam ad h. l. animadvertit hæc: "Cæterum in eo, quod his præsertim verbis oppugnat *Sabellium Dionysius*, haud obscure latet ejus de Christo sententia, omnibus fere Græcis priorum seculorum Patribus communis, quæ postea per *Arium* in hæresim conversa est." Vid. Löffler. *kurze Darstellung der Dreieinigkeitslehre* in: *Kleine Schriften* tom. i. p. 114. sq. Cf. locus insignis, sed, ut videtur, adhuc minus spectatus Chrysostom. de sacerdot. iv. 4. 405. sq. *Πάλιν οἱ τὴν Σαβελλίου μαινόμενοι μανίαν, καὶ οἱ τὰ Ἀρείου λυττῶντες, ἐξ ἀμετρίας ἀμφότεροι τῆς ὑγιοῦς ἐξέπεσον πίστεως· καὶ τὸ μὲν ὄνομα Χριστιανῶν ἀμφοτέροις ἐπίκειται, εἰ δέ τις τὰ δόγματα ἐξετάσειε, τοὺς μὲν οὐδὲν ἄμεινον Ἰουδαίων διακειμένους εὑρήσει, πλὴν ὅσον ὑπὲρ ὀνομάτων διαφέρονται μόνον, τοὺς δὲ πολλὴν τὴν ἐμφέρειαν πρὸς τὴν αἵρεσιν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἔχοντας, ἀμφοτέρους δὲ τῆς ἀληθείας ἐκτός.* [Hæc non minus dici posse de orthodoxis, ne Chrysostomo quidem in mentem venit.] *Πολὺς οὖν κἀνταῦθα ὁ*

κίνδυνος, καὶ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ὑπὸ κρημνῶν ἀμφοτέρωθεν ἀπειλημμένη· καὶ δέος οὐ μικρὸν, μὴ τὸν ἕτερόν τις θέλων βαλεῖν, ὑπὸ θατέρου πληγῇ. Ἄν τε γὰρ μίαν τὶς εἴπῃ θεότητα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ παράνοιαν εὐθέως εἵλκυσε τὴν φωνὴν ὁ Σαβέλλιος· ἄν τε διέλῃ πάλιν, ἕτερον μὲν τὸν πατέρα, ἕτερον δὲ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἕτερον λέγων, ἐφέστηκεν Ἄρειος, εἰς παραλλαγὴν οὐσίας ἕλκων τὴν ἐν τοῖς προσώποις διαφοράν. Δεῖ δὲ καὶ τὴν ἀσεβῆ σύγχυσιν ἐκείνου, καὶ τὴν μανιώδη τούτου διαίρεσιν ἀποστρέφεσθαι καὶ φεύγειν, τὴν μὲν θεότητα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μίαν ὁμολογοῦντας, προστιθέντας δὲ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις· οὕτω γὰρ ἀποτειχίσαι δυνησόμεθα τὰς ἀμφοτέρων ἐφόδους. De Sabellii sententia sigillatim vid. C. Wormii *historia Sabelliana*, Francofurti et Lipsiæ, 1696. Beausobre *histoire de Manichée*, vol. i. p. 535. Moshem. *Commentar. de rebus Christ. a. C. M.* p. 688. sqq. Semler. *histor. Einleitung vor Baumgarten. Untersuchung theol. Streitigkeiten* t. i. p. 238. Walch. *Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien* t. ii. p. 14. Löffler. l. l. p. 113. sq. Münscher. *Handbuch der Dogmengeschichte* t. i. p. 483. sqq. Schleiermacher. *über den Gegensatz zwischen der Sabellianischen und der Athanasianischen Vorstellung von der Trinität* p. 295. sqq. p. 306. sq. in: *Theologische Zeitschrift, herausgegeben von Dr. Fr. Schleiermacher, Dr. W. M. L. de Wette und Dr. Friedr. Lücke, Drittes Heft*, Berlin, 1822. Simili qua contra Sabellium, disputandi ratione usus est contra Beryllum Origenes, vid. Löffler. l. l. p. 97—112. p. 104. sq. et tota viri egregii egregia commentatio. cf. Eus. H. E. vi. 33. Adde Schleiermacher. l. l. p. 331. sq. HEIN.

Ib. *ἔχοντος—ἀναισθησίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος* minus bene vertit Valesius: *pleno* denique *stupore adversus* Spiritum sanctum. Nec melius Strothius: *gänzliches Verkennen des heiligen Geistes.* Sentential potius est: de dogmate *quod qui tenent, non possunt ullo tangi sensu* Spiritus sancti, *über das Dogma, welches Mangel an allem Gefühl, aller Empfindung vom heiligen Geiste mit sich bringt* (*ἔχοντος*). Cf. Eus. H. E. v. 1. *οἱ μηδὲ ἴχνος πώποτε πίστεως, μηδὲ αἴσθησιν ἐνδύματος νυμφικοῦ, μηδὲ ἔννοιαν φόβου Θεοῦ σχόντες.* HEIN.

Ib. *ἐπέστειλά τινα*] Intelligere videtur epistolam ad Ammonium Berenicensem episcopum, et aliam ad Telesphorum,

aliam item ad Euphranorem contra Sabellium scriptas, de quibus loquitur Eusebius in capite 26. hujus libri. Athanasius in defensione quam scripsit pro Dionysio Alexandrinorum episcopo, unam tantum commemorat Dionysii epistolam ad Ammonium et Euphranorem conscriptam. In qua cum quædam de Christo minus recte dixisse videretur Dionysius, accusatus est a quibusdam episcopis Ægypti coram Dionysio Romanæ urbis episcopo. VALES.

7, 2. Ἀποστολικῇ φωνῇ τῇ λεγούσῃ, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται] Hæc verba non leguntur in apostolo. In prima quidem epistola ad Thessalonicenses cap. 5. hæc leguntur: *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Quæ profecto eandem vim habent ac priora illa: *Estote boni trapezitæ.* Sed Origenes tomo 10. in evangelium Joannis, et post illum Hieronymus in epistola ad Minervium et Alexandrum, diserte affirmant hoc mandatum: *Estote boni trapezitæ*, a Christo traditum esse, eique consentire doctrinam Pauli in epistola ad Thessalonicenses. Quare assentior doctissimo viro Jacobo Usserio, qui hoc Christi verbum ex evangelio secundum Hebræos desumptum esse censuit in prolegomenis ad Ignatii epistolas cap. 8. Citantur hæc verba etiam a Cyrillo Hierosolymitano in catechesi sexta sub finem, γίνου δόκιμος τραπεζίτης, τὸ καλὸν κατέχων, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπεχόμενος. Et a Palladio in vita Joannis Chrysostomi: γίνεσθε γάρ φησιν ἡ γραφὴ, δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου ῥίπτοντες[b]. Porro in codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. vox τραπεζῖται acutum gerit accentum in penultima. Sic paulo ante in capite quinto hujus libri, vocem ῥῦπον acuto accentu notatam exhibet codex Maz. et Fuk. VALES.

7, 3. πάπα—Ἡρακλᾶ] Cf. Euseb. H. E. vi. 33. Vid. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 564. sq. Joh. Dieemann. *de vocis Papæ ætatibus* diss. ii. Vitemb. 1671. 4. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 637. Winter. *kritische Geschichte der ältesten Zeiten und Lehrer des Christenthums oder Patrologie* p. 5. Gieseler. *Lehrbuch der K. G.* tom. i. p. 436. sq. cf. Chrysostom. de sacerdot. iii. 17, 321. πολλὰ τὰ ποιοῦντα τῷ πατρὶ δύσκολον—τὴν φυλακὴν i. e. episcopo. HEIN.

Ib. καίτοι τῆς ἐκκλησίας ἀποστάντας] Duo erant genera

[b] Vid. *Excursus* ix. HEIN.

eorum qui ab hæreticis ad catholicam ecclesiam veniebant. Alii erant apostatæ, qui cum in ecclesia catholica prius tincti fuissent, ad hæreticorum partes postea transfugerant, alii simpliciter hæretici, qui scilicet nunquam in ecclesia catholica fuerant. Utrosque aperte distinguit Cyprianus in epistola ad Quintum de baptizandis hæreticis. Ac vetus quidem consuetudo hæc erat, ut tam apostatæ quam simpliciter hæretici ad ecclesiam redeuntes, per manus impositionem susciperentur. Cyprianus in dicta epistola: *Quod et nos quoque hodie observamus, ut quos constat hic baptizatos esse et a nobis ad hæreticos transisse, si postmodum peccato suo cognito et errore digesto, ad veritatem et matricem redeant, satis sit in pœnitentiam manum imponere.* Vetus auctor de non rebaptizandis hæreticis pag. 136. *Licet negator ille antea vel hæreticus fuerit, vel audiens qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab ecclesia digressus ac postea reversus sit, et tunc cum rediret, priusquam ei manus ab episcopo imponeretur, apprehensus confiteri Christum necesse habuerit.* Quid igitur, dicet aliquis, nullumne erat discrimen inter apostatas ac simplices hæreticos? Immo vero apostatæ utpote gravissimi criminis rei, nonnisi post diuturnam pœnitentiam ab ecclesia suscipiebantur; cum hæreticis qui nunquam antea in ecclesia fuissent, benignius agebatur, ut docet Augustinus in epistola 48. ad Vincentium sub finem: *Ecclesia Christi,* inquit, *aliter tractat eos qui eam deserunt, si hoc ipsum pœnitendo corrigunt, aliter illos qui in ea nondum fuerunt, et tunc primum ejus pacem accipiunt, illos amplius humiliando, istos lenius suscipiendo.* Ex his apparet, qui sit sensus horum Dionysii verborum. Ait enim Dionysius, Heraclam decessorem suum cum apostatis qui hæresi relicta ad ecclesiam revertebantur, ita se gessisse, ut eos ad communionem admitteret, dummodo omnia hæreticorum arcana et impia dogmata coram universa fidelium multitudine evulgassent, nec altero baptismo illos ab eo tinctos fuisse, quippe qui antea in ecclesia catholica baptismum suscepissent. Et hanc formulam in apostatis recipiendis se ab Heracla accepisse testatur Dionysius. Quamquam illi revera apostatæ non erant, sed potius falsi fratres, qui palam quidem cum catholicis in ecclesiam conveniebant, clam vero hæreticorum cœtibus miscebantur. Hic est sensus hujus loci,

quem Christophorsonus et reliqui interpretes, cum non assequerentur, densissimis tenebris involverunt. Quæret hic aliquis, utrum Heraclas cum apostatas illos reciperet, manum eis imposuerit. Id quidem aperte non dicit Dionysius, sed ex ejus verbis satis colligitur, illos per manus impositionem receptos fuisse. Ait enim Dionysius, præcepisse illis Heraclam antequam eos reciperet, ut cuncta hæreticorum dogmata palam in ecclesia publicarent, id est, *ut exomologesim facerent.* Porro exomologesim sequebatur manus impositio, ac deinde communio. Sed et illud notandum est, aliam fuisse manus impositionem qua apostatæ, aliam qua simplices hæretici suscipiebantur. Prior enim manus impositio fiebat ad pœnitentiam, ut docet Cyprianus in epistola ad Quintum, et in epistola ad Pompeium. Illa vero manus impositio qua recipiebantur simplices hæretici, fiebat ad tradendum Spiritum Sanctum, ut docet Cyprianus in epist. ad Stephanum. VALES.

Ib. *τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος*] Ita quidem edidit Rob. Stephanus, Medicæi codicis scripturam secutus. Verum in reliquis exemplaribus, Regio scilicet Mazarino ac Fuketiano postrema vox illa *πνεύματος* non habetur, et recte meo quidem judicio. Reddit enim rationem Dionysius, cur in recipiendis illis apostatis Heraclas iterato baptismo minime opus habuerit. *Τοῦ γὰρ ἁγίου πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν.* Supple *βαπτίσματος*. Id est: *Sanctum enim baptisma jam ab illo fuerant consecuti.* Sanctum baptisma appellat Dionysius baptisma catholicorum, ad differentiam baptismatis hæreticorum, quod profanum passim vocat Cyprianus in epistolis, et Firmilianus, et quicumque alii tunc temporis sententiam illam de hæreticis rebaptizandis tuebantur. Quibus favisse Dionysium Alexandrinum, tum ex ejus epistolis hic ab Eusebio prolatis constat, tum b. Hieronymi testimonio. Sic explicare soleo locum ejusdem Dionysii ex epistola 4. de baptismo ad Dionysium ecclesiæ Rom. presbyterum, ubi de Novatiano hæc dicit: *τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον.* Si quis tamen *τὸ ἅγιον* in his locis perpetuum esse baptismi epithetum contenderit, equidem non refragabor. Prior tamen expositio magis arridet. Quod si veterem lectionem hoc loco retinuerimus *τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος*, tunc argumentatio Dionysii non procedet. Quæ est enim consequentia? Redeuntes ad ecclesiam apostatas non

iterum baptizabat Heraclas. Quam ob causam? quia scilicet Spiritum Sanctum ab ipso prius acceperant. Nisi per Spiritum Sanctum hoc loco intelligamus baptisma, inepta prorsus erit ratiocinatio. VALES. Πνεύματος omisit etiam Strothius et Zimmermannus. Sed an recte, dubito, præsertim cum illud addat Reg. Savil. Cph. Stephan. (Ion.) Quod dicit Valesius, argumentationem esse ineptam, si quis πνεῦμα non interpretetur de baptismo, illud facile tollitur, si πνεῦμα accipimus, ut est accipiendum, de donis et effectis Spiritus s. per baptismum impertiendis. cf. Act. xix. 1. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 777. ב. Sensus est: non postulabat, ut iterum baptizarentur. Dona enim Spiritus s. jam acceperant sc. priore baptismo, quod per se intelligitur. Quomodo autem Πνεῦμα ἅγιον esse possit baptismus, non video, neque facilis est omissio βαπτίσματος. HEIN.

7, 4. Συνόδοις ἀδελφῶν ἐν Ἰκονίῳ καὶ Συννάδοις] Has synodos, Iconiensem et Synnadensem, jam pridem ante sua tempora collectas fuisse diserte affirmat Dionysius. Ait enim: πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους. Idem testatur etiam Firmilianus in epistola ad Cyprianum, de Iconiensi synodo ita loquens: *Quod totum nos jam pridem in Iconio qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convenientibus ex Galatia et Cilicia et ceteris proximis regionibus, confirmavimus.* Ubi pronomen *nos*, non de ipsius Firmiliani persona, sed potius de ejus decessoribus accipiendum est. Certe Firmilianus eam synodum jam pridem collectam fuisse, diserte affirmat. Sed et in fine ejusdem epistolæ, synodi hujus vetustatem manifestissime indicat. Nam cum Stephanus PP. Cypriano scribens, antiquam ecclesiæ consuetudinem in recipiendis hæreticis, adversus assertores novi dogmatis opposuisset, Firmilianus hoc argumentum adversus Afros fortasse valere dicit, et quomodo Afri id refutare possint, ibidem docet. Contra orientales vero nullam vim illud habere demonstrat, apud quos semper rebaptizati fuerint hæretici, jam inde ab Iconiensi synodo quæ ob Montanistas fuerat congregata. Firmiliani verba hæc sunt: *Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Ceterum nos veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum consuetudinem sed veritatis opponimus, ab initio hoc*

tenentes, quod a Christo et ab apostolo traditum est. Nec meminimus, hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut nonnisi unam Dei ecclesiam nossemus, et sanctum baptisma nonnisi sanctæ ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui etsi novos prophetas recipiunt, eosdem tamen patrem et filium nosse nobiscum videntur, plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus, et confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptisma quod sit extra ecclesiam constitutum. Dicet aliquis Firmilianum utrobique de se ipso loqui ac proinde illum Iconiensi synodo interfuisse. Esto, interfuerit Iconiensi synodo Firmilianus, quando ita placet. Neque enim id negare velim pertinacius. Illud tamen constanter affirmo, diu ante Stephani papæ tempora Iconiensem hanc synodum fuisse celebratam. Nam et Firmilianus scribens ad Cyprianum adversus Stephanum, qui tunc præerat ecclesiæ Romanæ, diserte affirmat Iconiensem synodum jam pridem collectam fuisse, et Dionysius Alexandrinus in epistola ad Philemonem Romanæ urbis presbyterum, quam scripsit sub initia pontificatus Xysti papæ, testatur synodum illam celebratam esse πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους. Sub extrema igitur tempora Alexandri Severi collecta esse videtur hæc synodus. Quo quidem tempore, Firmilianus ad Cæsariensis ecclesiæ sacerdotium recens promotus fuerat, ut docet Eusebius in libro vi. Quare non possum assentiri Baronio ac Binio, qui Iconiensem synodum contulerunt in annum Christi 258. qui annus est secundus Stephani papæ. VALES.

8, 1. Ναυατιανῷ] Ita legitur etiam in chronico Georgii Syncelli et apud Nicephorum in libro vi. cap. 9. Sed in vetustissimo codice Mazarino, Med. ac Fuk. scribitur Νοουατιανῷ, rectius sine dubio. Ac profecto mirum est, in hoc uno Eusebii loco verum illius hæretici nomen esse servatum. Quare graviter fallitur Christophorsonus, qui vulgatum errorem secutus, *Novatum* hic pro *Novatiano* substituit. Ceterum cum hoc elogio Novatiani, confer alterum quod legitur in epistola 57. Cypriani: *Desertor ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis.* VALES.

Ib. τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον] In hujus verbi interpre-

tatione, mirum est quantopere dissentiant interpretes. Nam Langus quidem vertit: *Sacrum abolet lavacrum.* Musculus vero interpretatur: *Sacrum lavacrum reprobavit.* At Christophorsonus ita vertit: *Sacrum baptismatis lavacrum abrogavit.* Denique interpres Georgii Syncelli vertit: *Sacrum insuper lavacrum irritat.* Et hæc quidem interpretum dissensio ex eo fluxit, quod verbum ἀθετεῖν multiplicem habet significationem. Interdum enim significat reprobare ac respuere, ut cum dicit Origenes de Helcesaitis: ἀθετεῖ τινὰ ἀπὸ πάσης γραφῆς, quæ verba retulit Eusebius in lib. vi. cap. 38. Interdum idem valet ac probro afficere. Hesychius ἀθετεῖ, ἀτιμάζει. Atque ita sumitur apud Clementem Alexandrinum in lib. iv. Stromatei: τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, id est, *non hominem sed Deum spernit ac pro nihilo ducit.* Sunt et aliæ hujus verbi significationes a Grammaticis observatæ. Sed nunc videndum est, quænam huic loco magis conveniat. Enim vero quis melius verba Dionysii interpretari possit quam ipse Dionysius? Hic igitur in libro secundo de promissionibus, verbum ἀθετεῖν usurpat pro reprobare ac rejicere, de Joannis apocalypsi ita scribens: τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντῃ τὸ βιβλίον. Et paulo post: ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον, πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν. Citantur hæc loca Dionysii infra in capite 25. hujus libri. Novatianus igitur qui catholicorum baptismum damnabat ac reprobabat, recte ἀθετεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα dicitur. Quippe Novatianus fideles qui in ecclesia catholica baptismi sacramenta susceperant, negabat revera baptizatos esse, utpote qui a malis sacerdotibus et lapsorum communione maculatis tincti fuissent. Aiebat enim Novatianus, baptismum prodesse non posse, nisi a probis sanctisque sacerdotibus traderetur. Itaque non omnes qui baptismum acceperant, Christianos esse censebat, sed eos duntaxat qui a Christianis, id est, bonæ et Christianæ vitæ sacerdotibus essent consignati, ut docet vetus auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti cap. 102. *In tantum irascitur nobis, ut et Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide initiatos, de qua ipse præsumit*, etc. Idem postea senserunt in Africa Donatistæ, qui paganos vocabant eos, qui in ecclesia catholica baptismum suscepissent. Quare merito

Epiphanius eos Novatianis accenset. Ambrosius seu quis alius in epistolam 1. ad Corinthios cap. 1. *Sic enim erant, sicut nunc Novatiani et Donatiani, qui baptismum sibi vindicant, a nostris baptizatos reprobantes, et baptizati ab his gloriantur in personis eorum.* Et ante hos Cyprianus in epistola ad Jubaianum de rebaptizandis hæreticis: *Nec nos movet quod literis tuis complexus es, Novatianenses rebaptizare eos quos a nobis sollicitant.* Vide Baronium ad annum Christi 254. cap. 106. VALES.

Ib. τήν τε πρὸ αὐτοῦ πίστιν ἀνατρέποντι] Catechumeni priusquam sacrum lavacrum susciperent, symbolum quod ipsis traditum fuerat, memoriter recitare jubebantur, interrogatique a sacerdote, ad singula capita respondebant: *credo.* Ultimum caput interrogationis erat hoc: *credis in vitam æternam et remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam?* ut docet Cyprianus in epistola 70. et 76. Cum igitur Novatianus remissionem peccatorum adimeret, simul etiam fidem quam ante sacrum baptisma catechumeni habere se profitebantur, abolebat. πρὸ αὐτοῦ igitur supple τοῦ ἁγίου λουτροῦ. Atque ita hunc locum accepit Musculus et Christophorsonus. Verum interpres Georgii Syncelli hunc locum ita vertit: *Fidem ac professionem aliquos jam retro sæculis superiorem evertit.* Quasi scriptum esset πρὸ ἑαυτοῦ, quod non probo. VALES.

Ib. τό τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον] Hic locus non caret difficultate. Primo enim obscurum est, quid sibi velit Dionysius, cum ait Novatianum fugasse a fratribus Spiritum sanctum. Nisi forte per spiritum sanctum intelligit gratiam quæ dabatur pœnitentibus per manus impositionem, tunc cum peracta pœnitentia ad communionem admittebantur. Sed major difficultas est in iis quæ proxime sequuntur: εἰ καί τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς. De lapsis enim hic loqui Dionysium satis constat. In lapsis vero quomodo potest remanere Spiritus sanctus? Reverti quidem ad lapsos facile potest, dummodo illos admissi sceleris pœnituerit. Verum in lapsis remanere nullo modo potest. Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur, ut ait scriptura. An dicemus in quibusdam lapsis adhuc habitare Spiritum sanctum, iis scilicet qui per imprudentiam ac per infirmitatem lapsi sunt? Cujusmodi fuerunt illi, qui tunc temporis dicebantur libellatici.

Quid enim si quis mente captus aut mirrata potione sopitus, diis sacrificaverit? Is certe Spiritus sancti gratiam non amisit, qui imprudens, et quid ageret nesciens, non sponte, sed per vim coactus deliquit. *Quod si quis a judice interrogatus, in verbum ancipitis negationis et blasphemiæ impegit, atque ob id extra gregem datus est*, ut loquitur Tertull. de pudic. cap. 7. *Hic enim licet inter lapsos relatus sit, et castigationem aliquam mereatur, adhuc tamen vivus, adhuc salvus est*, teste ibidem Tertulliano. Quod si hæc interpretatio non placet, omnino dicendum erit, Dionysium hic de lapsis non loqui, sed de fidelibus, quorum alii gratiam Spiritus sancti quam in baptismo acceperunt, adhuc retinent, alii vero eam amiserunt. Et ab his quidem Novatianus fugabat Spiritum sanctum, cum pœnitentiam et pacem iis denegaret, quibus Spiritus sancti gratia reparatur. Ab illis vero qui adhuc gratiam retinent, fugabat Spiritum sanctum, dum eis spem omnem adimebat veniæ si forte peccarent, et sinistram de Spiritu s. opinionem eorum animis insinuabat, quasi is immitis ac crudelis esset, et misericordiæ omnis expers. VALES.

9, 3. Παραδοχῆς] Christophorsonus vertit: *Susceptione in ecclesiam*. Musculus vero simpliciter transtulit *susceptione*, quod magis probo. Baptismus enim vocatur *παραδοχὴ*, quod in eo Deus nos suscipiat tanquam filios. Potest etiam *παραδοχὴ* exponi *perceptio*. Sic enim vocabant baptismum. Acta MS. passionis sancti Genesii Mimi: *Et dum vult plenius imperatori ex sua arte placere, scrutari per singulos cœpit secretam et venerabilem Dei legem, et cum curiose attentus per singula requireret, venit usque ad baptismum et perceptionem infantum.* VALES.

9, 4. *εὐχαριστίας ἐπακούσαντα καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμήν*] Postquam sacerdos solemnem eucharistiæ precationem absolverat, universus populus vota sua simul conjungens acclamare solebat amen, quod est *fiat*. Cujus moris meminit Justinus in apologetico I. *οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων ἀμήν.* De hoc more intelligendus videtur Pauli locus in epistola I. ad Corinthios cap. xiv. *Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet amen super tua benedictione, quoniam nescit quid*

dicas[c]? Tangit enim ibi Paulus quosdam ex Hebræis, qui Hebræa aut Syra lingua plerumque in tractatibus aut oblationibus utebantur coram Græcis hominibus, ut docet Ambrosius, seu quis alius auctor commentariorum in epistolam 1. ad Corinthios cap. xiv. Amen vero consensum significat auditorum, et est signaculum veritatis, ut notat Hieronymus in fine commentariorum in epistolam ad Galatas. Optime Florus magister in expositione missæ: *Amen autem quod ab omni ecclesia respondetur, interpretatur verum, non ubicumque et quomodocumque, sed mystica religione. Hoc ergo ad tanti mysterii consecrationem, sicut et in omni legitima oratione respondent fideles, et respondendo subscribunt.* Quæ Flori verba desumpta sunt ex libro Alcuini de divinis officiis. Hodie quoque idem observatur in ecclesia. Nam ubi sacerdos sacrum canonem recitavit, et verba illa protulit *per omnia sæcula sæculorum*, tunc omnis populus respondet, amen. Hoc tantum discrimen est hodie, quod sacerdotes canonem et solemnes precationes submissa voce pronuntiant, cum olim tota eucharistiæ cæremonia clara voce perageretur, ut vel unus hic Dionysii locus ostendit. VALES. Cf. Euseb. vi. 43. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archæologie* t. viii. p. 247. v. HEIN.

Ib. τραπέζῃ παραστάντα] Fideles communicaturi ad altare accedebant, ibique corpus Christi de manu presbyteri stantes, non ut hodie, genibus flexis accipiebant. Ideo παραστάντα dixit Dionysius, quæ vox proprie de presbyteris et diaconis usurpatur, qui altari ministrabant. Chrysostomus homilia 24. in epistolam ad Corinthios: Σὺ δὲ οὐκ ἐν φάτνῃ ὁρᾷς, ἀλλ' ἐν θυσιαστηρίῳ· οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ' ἱερέα παρεστῶτα· καὶ πνεῦμα μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον, et in homilia 41. in eandem epistolam ὁ παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ sacerdos est. De laico vero qui ad altare accedit, προσιέναι et προσελθεῖν dicit Chrysostomus. Ac olim quidem, ut dixi, fideles ad ipsam sacram mensam accedebant, quemadmodum hoc loco docet Dionysius, et in epist. ad Basilidem cap. 2. ubi de mulieribus quæ menstruo sanguinis fluxu laborant, ita scribit: οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς,

[c] V. 14. cf. Ernesti *Antimuratorius* p. 18. sq. HEIN.

τολμήσειν οὕτως διακειμένας ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. Ad quem Dionysii locum recte notat Balsamo: *ὡς ἔοικε δὲ, τὸ παλαιὸν εἰσήρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον.* Id est: *Olim quidem, ut apparet, mulieres ad altare accedebant, et e sacra mensa participabant.* Postea tamen canone 44. concilii Laodiceni vetitum est, ne mulieres ad altare accederent, viris autem id ipsum interdictum est in synodo Trullana. Quamquam id jam vetitum esse videbatur canone 44. concilii Laodiceni, quo decernitur, ut solis sacerdotibus communicaturis ad altare liceat accedere. VALES. Recte puto ex hoc Eusebii loco posse concludi, certe plerumque et ex recepto more usque ad Dionysii tempora laicos quoque ad altare cœna sacra usos esse. Cf. Calvoer. *Rituale eccl.* P. i. p. 679. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1135. v.—p. 1143. f. Contra Augusti *Denkwürdigkeiten* tom. viii. p. 402. solennem et communem fuisse illam consuetudinem antiquissimis temporibus negat, eam potius exceptionem quandam ab illa a concilio Laodiceno proposita lege fuisse dictitans. Sed quomodo illud inde sequatur, quia antiquissimo tempore aut nulla aut rara essent altaria, scil. ejusmodi, quæ serius solebant exstrui, lapides et plura (cf. Augusti l. l. p. 167. sqq.), non intelligo. Habebant enim certe lignea altaria (mensas) et certe unum ecclesiæ, poterant igitur ipsi laici ad illa cœna sacra frui. Neque p. 165. sq. aliud probavit V. D. nisi locum ordinarium, ubi habita est cœna sacra, fuisse ecclesiam et altare eademque catholica. HEIN.

Ib. *καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν προτείναντα*] Fideles qui corpus Domini manu accepturi erant, lotis prius studiose manibus ad altare accedebant, ut docet Chrysostomus in homilia 3. in epistolam Pauli ad Ephesios. Idem scribit in homilia 52. in Matthæum[d]. Accepturi autem eucharistiam, dextram manum modice cavatam porrigebant, sinistram ei substernentes, ne quid ex sacro cibo decideret, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima. VALES. Vid. Augusti l. l. p. 248. sq., ubi insignis hic locus versus est. Ceterum Strothius

[d] Cf. Augusti l. l. p. 204. 2. p. 242. v. De verbo *ὑποδοχὴ* hac in re proprio ibid. p. 325. Cf. Suicer. *Thes.* t. i. p. 960. sq. s. v. *δοχή*. HEIN.

not. 79. *ex tota*, inquit, *hac descriptione patet, sacram cœnam tum sic administratam esse, ut hodie fit apud Reformatos.* HEIN.

9, 5. περὶ Λουκιανοῦ] De Luciano tantum, presbytero Carthaginiensi, cujus meminit Cyprian. epist. 27. esse cogitandum contendit Danz. *de Eus.* p. 106. sq. contra Strothium, qui in Germanica interpretatione ad h. l. not. 10. hæc habet: "*What Lucian is here intended is not known. To me it is not probable that he is the well-known author of that name, we have here rather to look for the Roman bishop Lucius, who was also called Lucian.*" HEIN.

10, 1. Μῆνες τεσσαράκοντα δύο] Hunc Dionysii locum optime exposuit Baronius ad annum Christi 257. cap. 7. de spatio scilicet temporis quo duravit persecutio Valeriani. Cum enim Valerianus septem fere annis regnaverit, ut inter omnes constat, priore quidem principatus triennio Christianos benigne complexus est, posteriore vero triennio persecutionem intulit ecclesiæ. Porro initium principatus Valeriani cœpit anno Christi 253. sub finem, Volusiano 2. et Maximo coss. Docent id manifeste nummi veteres ab Occone et Goltzio prolati, in quibus Valerianus imperator Tribuniciæ Potestatis 3. Consul 3. inscribitur. Item Trib. Pot. 5. Cos. 4. Idem quoque colligitur ex nummis imp. Gallieni. VALES.

10, 2. καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔσχε] Scribendum puto ὡς οὐχ οὕτως, quamvis reclamantibus libris. Sed et transposita videntur esse vocabula. Lego igitur καὶ αὐτοῦ μάλιστα τὰ πρὸ τούτων, ὡς οὐχ οὕτως ἔσχε, συννοεῖν, ἕως ἤπιος καὶ φιλόφρων ἦν, etc. Ita sensus est apertissimus. VALES. Recte rejecit Valesii conjecturam Strothius, neque melior est lectio Ion. καὶ τοῦτο μάλιστα πρὸ αὐτοῦ κ. λ. et Cph. καὶ τούτων μάλιστα ᾧ καὶ οὕτως ἔσχε συννοεῖν. Ex Rufino et Nicephoro nihil potest cognosci. Haud male conjecit Strothius, pro οὕτως scribendum esse οὗτος, atque illud mihi necessarium videtur. Sed quod pro τὰ πρὸ αὐτοῦ scribi vult idem V. D. τὰ πρότερα αὐτοῦ quamvis ita omnia fiant plana, in eo tamen non assentior. Ad sensum sane τὰ πρὸ αὐτοῦ idem esse debet ac τὰ πρότερα αὐτοῦ quod statim explicatur adjectis ὡς οὗτος ἔσχε et sequentibus ἕως—τοῦ θεοῦ. Sed puto, illud τὰ πρὸ αὐτοῦ posse defendi. Cogitat enim Dionysius de Valeriano tamquam im-

peratore (καὶ ἐδόθη—δύο). Deinde dicit, maxime esse videnda ea, quæ ante illum sc. *tanquam imperatorem* erant i. e. qualis ille fuerit antea cum non esset imperator. Ita locus sit sanus. Οὗτος autem necessario scribendum puto, quia commodum sensum alias ego non invenire possum, nisi velis interpretari τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς οὕτως ἔσχε cum Strothio: τὰ πρὸ τοῦ αὐτὸν οὕτως ἔχειν, quod quomodo fieri possit, ipse viderit. Quare interpositis præterea cum Strothio post πρὸ αὐτοῦ et ἔσχε commatibus, quod non recte neglexere Val. Zimmerm., οὗτος correxi, quia quamvis fortasse illud etiam falsum sit, tamen οὕτως certius etiam falsum puto. Denique Zimmermannus nec Val. nec Strothii conjecturas probans tamen nihil ipse attulit nisi: *locum corruptum relinquere, quam temere tentare malo.* Val. autem καὶ—συννοεῖν vertit: illudque ante omnia considerare, *cujusmodi is ante persecutionem fuerit.* Et eodem modo Stroth. *wie er vorher gesinnt gewesen.* HEIN.

Ib. *οὐδ᾽ οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι*] Philippum imperatorem intelligit, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianam religionem professus est, ut multi veterum prodiderunt. Sed cum Dionysius in plurali numero loquatur, Philippo adjungi potest Alexander Severus, qui imaginem Christi habuit in larario suo, teste Lampridio, et toto principatus sui tempore Christianos fovit et conservavit, ut ab Eusebio relatum est supra. Porro autem notandum est, Dionysium de imperatoribus illis hoc tantum dicere, quod dicti et existimati fuerint Christiani, non autem quod reipsa Christiani exstiterint. VALES.

10, 3. *τῶν ἀπ᾽ Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος*] Baronius ad a. Christ. 252. et 258. ait hunc esse magum illum, qui paulo ante imperium Decii populum Alexandrinorum ad persequendos Christianos incitaverat, de quo loquitur Dionysius apud Eusebium in lib. vi. cap. 41. Ego vero hunc longe alium esse existimo, qui Valerianum imp. adversus Christianos commovit, Macrianum scilicet, eum qui postea imperium occupavit, de quo infra dicturi sumus. Idque manifeste convincitur ex sequentibus Dionysii verbis. Subdit enim καλὰ γοῦν αὐτοῖς ὁ Μακριανὸς, etc. innuens scilicet, eum quem supra magistrum Valeriani et archisynagogum magorum appellaverat, non alium esse quam Macrianum. Et paulo post addit:

ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθεὶς, etc. Quid potest clarius dici? Tota enim hujus orationis series id apertissime demonstrat, Macrianum hujus impietatis auctorem fuisse Valeriano, qui cum Valeriani quasi pædagogus ac magister quidem esset, pessimis consiliis ei subministratis, primo quidem illum, deinde vero semet ipsum perdidit. Porro Macrianum adjutorem ac magistrum Valeriani fuisse in gerenda republica, testatur ipse Valerianus in oratione ad senatum, quam refert Pollio: *P. C. bellum Persicum gerens Macriano rempublicam tradidi.* VALES. Cf. Moshem. *Commentt.* p. 549. qui simul bene observat causam illius plurium VV. DD. erroris fuisse interpretationem Valesii: *Verum magister et archisynagogus magorum Ægypti*, cum accuratius vertere deberet: *magister ejus* sc. Valeriani. HEIN.

Ib. *ἀρχισυνάγωγος*] Habebant Judæi archisynagogos, qui synagogis præsidebant. Archisynagogus Judæorum Alexandriæ memoratur in epistola Hadriani imp. ad Servianum, quam refert Vopiscus in Saturnino. Præter archisynagogos erant etiam apud Judæos quidam patres synagogarum, item sacerdotes et presbyteri, et diaconi synagogarum, quos Judæi azanitas vocabant. Erant etiam apostoli, et supra hos omnes positi patriarchæ. Hi enim archisynagogos pro arbitrio constituebant, eosque quotannis aut tertio quoque anno mutabant, ut pecuniam ab eis corraderent. Docet id Palladius in dialogo de vita Joannis Chrysostomi. De his omnibus Epiphanius in hæresi Ebionæorum et imperatores in codice Theodosii, titulo de Judæis. Quæ quidem nomina a Judæis sumpsisse videntur Christiani. Verum in hoc Dionysii loco aliud significat *ἀρχισυνάγωγος*, quod mihi quidem obscurum est. Nec minus obscurum est, qui sint *οἱ ἀπ' Αἰγύπτου μάγοι*. Aruspices videtur intelligere, qui Romæ erant, seu sacerdotes Isidis et Serapis, quibus præerat Macrianus. Certe vates et harioli fere omnes erant Ægyptii. Vide cap. 4. lib. ii. de vita imp. Constantini, Eunapium in vita Ædesii. Magicam quoque præ ceteris mortalibus callebant, a Nechepso rege ipsis traditam, ut scribit Paulinus:

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.

Clemens in libro primo recognitionum sub initium: *Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt,*

amicus efficiar, et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis per eam quam necromantiam vocant. Græca Clementis verba si quis forte desiderat, hic apponam ex ejusdem epitome a Turnebo edita: εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, εἶπον· καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν, χρήμασι πείσω πολλοῖς ψυχῆς ἀναπομπὴν διὰ τὴν λεγομένην νεκρομαντίαν ἐργάσασθαι. Plinius quidem tres magicæ species enumerat, Persicam, Judaicam et Cypriam, sed quam ille Judaicam vocat, ea est Ægyptia, ut vel ex ipsius Plinii verbis colligitur. Ait enim Plinius eam a Mose et Jambre repertam esse, Ægyptiorum magos qui jussu Pharaonis portenta ediderunt adversus Mosem, perperam confundens cum Mose. Certe magicæ artes et incantationes semper apud Judæos vetitæ fuere. Ceterum magos in comitatu secum habebant imperatores Romani exemplo Alexandri magni et regum Persicorum. Sic M. Antoninus, in expeditione illa Germanica habuit secum Arnuphim magum Ægyptium, ut scribit Dio. Valerianus quoque imperator magos in exercitu circumduxit, quorum antistes erat Macrianus teste hic Dionysio. VALES. Ex sententia Pearsoni *annall. Cypr.* ad annum 257. n. 4. citante Lowthio neque magus neque Ægyptius fuit Macrianus, sed magorum ex Ægypto maximus patronus, utpote qui illis frequenter et familiariter usus est, et auctoritate sua, qua pollebat apud imperatorem maxima, protexit. Probabilior etiam sententia Moshemii l. l. p. 549. ex qua, quum Macrianus mirabili magiæ studio flagraret et sacrificiis magicis delectaretur, principis ac præsidis magorum Ægyptiorum munere fungi eum potuisse ob artis peritiam, illa voce Dionysius indicavit. HEIN.

Ib. καὶ μόνον ἐμπνέοντες] *Insufflantes* verti, qua voce usus est Prudentius in agone Romani. Solebant enim Christiani dæmonas eorumque præstigias, templa, simulacra exsufflare [e], abominari se hanc spurcitiem eo indicio declarantes. De hoc more multa jam pridem notavit Brissonius in commentario ad tit. cod. Theod. de Feriis, et post illum Heraldus in notis ad Minucium Felicem. Quo referendum puto locum Dionysii apud Eusebium in libro sexto capite 41. de Quinta muliere

[e] Christi nomen efferentes. HEIN.

Christiana, quam pagani ad templum idolorum traxerant, ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, etc. Eodem pertinent hæc Tertulliani verba in libro de anima: *Quanto dignior atque constantior Christianæ sapientiæ assertio, cujus adflatui tota vis dæmonum cedit.* Et in libro de idololatria cap. 11. Denique in apologetici cap. 23. VALES. Adde Lactant. Institt. divinn. iv. 27. de mortt. persecutt. c. x. Tertull. de coron. c. iii. extr. cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 441. sqq. p. 445. Præterea in verbis καὶ γὰρ——ἐπιβουλὰς non veram causam malæ voluntatis Macriani in Christianos esse quærendam, sed ea ex suo sensu subjecisse Dionysium, cum vere sua ipsius superstitione in Christianos Macrianus sit instigatus, recte monuit Moshem. l. l. p. 550. HEIN.

Ib. ἀλιτηρίων h. l. esse videtur *exsecrandorum.* Strothius vertit *böse Geister.* Similiter δαίμονας ἀλιτηρίους dixit ipse Euseb. demonstr. evang. iv. 10. p. 163. ed. Montacut. i. e. dæmones *perniciosos.* Val. hoc verbum plane non expressit. Alias δαίμονες ἀλιτήριοι sunt ultrices et vindices. Cf. Ruhnken. *ad Tim. L.* p. 24. HEIN.

10, 4. ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους] Valesius vertit: *sacrificia execranda* et similiter Strothius: *unheilige Opfer.* Sed veteres voce ἀκαλλιέρητος de sacrificiis ita potius utuntur, ut significent ea sacrificia numini cui offeruntur, ingrata et sub malis signis, ominibus oblata. Vid. Passow. s. v. et s. v. καλλιερέω. cf. Plutarch. Camillus c. xviii. ἔτι δ' ἐξημέλητο τὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς οὔτε καλλιερήσασιν οὔτε μάντεις, ἃ πρὸ κινδύνου καὶ μάχης εἰκὸς ἦν ἐρομένοις. Itaque quamvis bene conveniret illa interpretatio præcedenti ἐξαγίστους, tamen eam non admitti posse puto. Quamquam nec consueta ista vocis ἀκαλλιέρητος significatio ad h. l. satis quadrare videtur. Quare vide an vertendum potius sit: sacrificia *inania, vana,* quæ vis certe facilius potuerit voci ἀκαλλιέρητος ab Eusebio tribui quippe quæ cum usitato illius significatu magis cohæreat. Quin etiam vidi ipsum Valesium in Euseb. H. E. ix. 3. μυήσεις ἀκαλλιερήτους vertisse: *inania* mysteria; qui locus cum nostro est accuratius conferendus. Sed alia patrum loca, ubi illa insolentior verbi vis statuenda videatur, adhuc certe non inveni. Καλλιερεῖν vero τὰς θυσίας simpliciter *sacrificia offerre* signi-

ficare videtur apud Euseb. demonstr. evangel. i. 6. p. 19. ed. Montacut. Cf. Irmisch. *ad Herodian.* ii. 11. tom. ii. p. 350. ibid. viii. 6. tom. iii. p. 1066. HEIN.

10, 5. Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακρῖνος] Subaudiendum est τοῖς δαίμοσι, non autem τοῖς βασιλεῦσι, ut putavit Christophorsonus. De solo enim Valeriano hic sermo est, ut jam dixi. Adde quod perit omnis sensus hujus loci, si interpretatio Christophorsoni retineatur. In nostra autem versione sensus est apertissimus. *Macrianus*, inquit, *cum ex dæmonum prædictionibus atque præsagiis ad spem imperii pervenisset, hanc gratiam ipsis retulit, ut Valerianum in Christianos armaret.* Porro in codicibus nostris Maz. Med. et Fuketiano scribitur Μακριανὸς rectius. Ita enim hunc tyrannum appellant historiæ augustæ scriptores et nummi veteres. Sed et in antiquissimo codice Vaticano, quem rogante me consuluit doctissimus vir Lucas Holstenius, scriptum est Μακριανὸς, tum in hoc loco, tum in capite 23. VALES.

Ib. ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων] Ita Græci vocabant quos Latini dicunt *rationales* seu *procuratores summæ rei*, ut jam pridem notavi ad excerpta Constantini Porphyrogenneti ex Dione Cocceiano p. 112. Quæ quidem hic repetere nihil attinet. Addemus duntaxat insignem locum Porphyrii in vita Plotini, qui a doctissimo interprete non est intellectus. Loquens enim Porphyrius de Thaumasio quodam, sic ait: ὥστε καὶ Θαυμασίου τινὸς τοὔνομα ἐπεισελθόντος, τοὺς καθόλου λόγους πράττοντος. Porro cujusnam imperatoris procurator fuerit Macrianus, incertum est. Cave enim existimes, eum Valeriani procuratorem fuisse. VALES.

Ib. οὐδὲν καθολικόν] Ludit Dionysius in nomine catholici, quo et rationalis officium et Christiana religio designatur. Unde Optatus in libro i. catholicam fidem ex eo dictam esse asserit, quod sit rationalis: *Ubi ergo erit proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationalis et ubique diffusa?* Quamquam catholicam religionem ob id dici quod rationalis sit, non facile mihi persuadeo. Neque enim καθολικὸς simpliciter et absolute *rationalem* significat, nisi subaudiatur λογοθέτης [f]. Ceterum catholicæ cognomen quando

[f] Cf. Du Fresne *Glossar. med. et inf. Græcit.* p. 538. sq. ubi laudatur præter

primum adhæserit ecclesiæ Dei, difficile est dicere. In epistola quidem Smyrnæorum de martyrio b. Polycarpi, mentio fit ecclesiæ catholicæ. Item in actis passionis Pionii martyris, qui passus est principatu Decii Augusti. *Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit Pionius, Sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es ecclesiæ? Respondit Pionius, Catholicæ. Nulla enim est alia apud Christum.* Apparet igitur, hoc cognomen ecclesiæ inditum esse circa primam apostolorum successionem, cum hæreses multis in locis exortæ, veram Christi fidem et apostolorum traditionem subvertere conarentur. Tunc enim ut vera et genuina Christi ecclesia ab adulterinis hæreticorum cœtibus distingueretur, catholicæ cognomen soli orthodoxorum ecclesiæ attributum est. VALES.

Ib. *Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσι*] Hic locus exstat in Ezechielis cap. 13. Quem quidem Hieronymus ita interpretatur: *Væ his qui prophetant ex corde suo, et omnino non vident.* Dionysius vero noster *τὸ καθόλου* exposuit *τὴν καθόλου πρόνοιαν*, verba scilicet prophetæ seu potius 70. interpretum, ad argumentum suum accommodans. VALES.

10, 6. *τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα*] Alludit Dionysius ad nomen Macriani. Nam *μακρὰν* idem est, quod *πορρωτάτω*. VALES.

10, 7. *Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανείς*] Pessime hunc locum vertit Christophorsonus, qui hæc de Valeriano dici putavit, cum de Macriano apertissime dicantur. Præcessit enim, *ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς*, etc. sequitur deinde, *οὗτος δὲ*, etc. quibus particulis satis declaratur de duobus sermonem fieri. Adde quod de Valeriano dici non potest, cum imperio quod tantopere concupiscebat, indignum fuisse. Quippe Valerianus erat vir nobilissimus et princeps civitatis, et antequam imperaret, omnium consensu imperio dignissimus habebatur, ut historici tradunt. At Christophorsoni prava versio Baronium etiam in errorem induxit. VALES.

Ib. *ἀναπήρῳ τῷ σώματι*] Certe Joannes Zonaras in annalibus Macrianum claudum fuisse scribit, quem in historia illorum temporum consulere, haudquaquam inutile fuerit.

alia loca et nostrum, Euseb. viii. 11. Vit. Const. iv. 36. Dio in excerptis ix. 11. *τῶν καθόλου λόγων ἔπαρχος.* Vales. p. 769. HEIN.

Solus enim ex iis qui ad nos pervenerunt scriptoribus, Macriani et filiorum ejus res gestas accurate commemoravit. VALES. Ἀνάπηροι proprie dicuntur, quicunque carent vel membro aliquo et parte corporis, vel certe ejus usu, debiles et membris capti. Vid. Pollux ii. 61. ἀνάπηρος δὲ ἐστὶν ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος. Fischer. *ad Plat. Crit.* c. xv. De verbis κυλλὸς et κωφὸς vid. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. ii. p. 424. sq. Cf. Markland. *ad Max. Tyr.* xxxv. 2. t. ii. p. 167. ed. Reisk. Sed usurpatur deinde hæc vox etiam sigillatim de claudo, surdo, cæco etc. vid. Ælian. V. H. xi. 9. δείξας χωλόν τινα καὶ ἀνάπηρον i. e. cæcum. Vid. Fœsius in œcon. Hippocratis. cf. Orell. *ad Nicol. Dam.* p. 195. Ita igitur nostro loco ἀναπήρῳ verti possit: *claudo* quem fuisse Macrianum scribit Zonaras, ut Val. observat. HEIN.

10, 8. ὢν ἠτύχει] Sic habet codex Regius quem fere ubique secutus est Stephanus. In reliquis Maz. Med. et Fuketiano legitur ὧν ηὐτύχει, rectius ni fallor. Revera enim Macrianus id quod tantopere concupierat, adeptus est, imperium videlicet. Sed cum ipse gestandis imperii insignibus ob corporis debilitatem parum esset idoneus, filios suos ad imperium evexit. Merito igitur de illo dicit Dionysius, ὅτι ηὐτύχησε τῶν ἰδίων ἐπιθυμιῶν, id est, *compos fuit votorum suorum*[g]. Ceterum post hæc Dionysii verba de Macriano sequebatur continuo locus ille qui legitur in capite 23. hujus libri, ἐκεῖνος μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, etc. Uterque enim locus descriptus est ex epistola Dionysii ad Hermammonem, scripta anno 9. principatus Gallieni. Quibus addendus ac præponendus est alter locus ex eadem epistola, qui refertur in cap. 1. hujus libri. Atque ita concinnatis ac rejunctis inter se omnibus fragmentis, pæne integram Dionysii ad Hermammonem epistolam habituri sumus. VALES.

[g] Ita Dionysio non repugnare videtur Tremellius Pollio, qui hæc scribit: "*Denique cum plures ejus rei causa convenissent, placuit ut Macrianum cum filiis suis imperatores dicerent. Sic igitur imperium delatum est Macriano. Et causæ Macriano imperandi cum filiis hæ fuerunt. Primum quod nemo eo tempore sapientior ducum habebatur, nemo ad res gerendas aptior: deinde ditissimus, et qui privatis posset fortunis publica explere dispendia. Huc accedebat quod liberi ejus fortissimi juvenes tota mente in bellum ruebant.*" Cf. Stroth. *Uebersetzung*, t. i. p. 534. not. 1. HEIN.

11, 1. Ἃς πρὸς Γερμανόν] Quod sequitur insigne fragmentum ex epistola seu potius libro Dionysii adversus Germanum episcopum, jungendum est cum altero ejusdem libri fragmento quod habes in lib. vi. cap. 40. VALES. Cf. Cyprian epist. 82. HEIN.

Ib. Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω] Eadem excusatione utitur Paulus apostolus in epist. 2. ad Corinthios cap. 11. cum se ipse laudaturus esset, ubi vide quæ notat Joannes Chrysostomus. Ad eum igitur Pauli locum alludit Dionysius. VALES.

11, 4. οὐκ ἀπεοικότως] Malim scribere οὐκ ἀπεικότως. Mox verba illa πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις delenda esse mihi videntur. Leguntur quidem hæc verba in cap. 5. actuum apostolorum, sed nihil faciunt ad hunc locum. Nisi malis legere, ut est in codice Reg. ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεοικότως, οὐδὲ μακρὰν τοῦ πειθαρχεῖν, etc. Id est, *responsum dedi, quod non longe abest ab illo apostolico.* VALES. Recte vertit Val.: *Respondi non improbabiliter* (melius: *rei non inconvenienter*) *nec longe arcessita responsione.* Cur autem delere voluerit Val. πειθαρχεῖν—ἀνθρώποις, non intelligo, cum illis sane uti potuerit Dionysius. HEIN.

11, 5. ὡς ὑπεμνηματίσθη] Male Christophorsonus hunc locum ita vertit: *sicut a quibusdam in commentarios relata sunt.* Ὑπομνήματα Græci vocant, quæ Latini *acta*, ut observavimus ad librum i. ubi de actis Pilati. Qui hæc acta conficiebant, dicebantur a Græcis ὑπομνηματογράφοι. Latini eos ab actis vocabant, ut legitur in notitia imperii Romani. Hypomnematographi urbis Alexandrinæ mentio fit in lege ultima codicis Theodosiani de decurionibus. Ejus officium describit Philo in Flaccum, ubi de Lampone quodam loquens, qui erat hypomnematographus præfectorum Ægypti: προσεστὼς γὰρ ἡγεμόσιν ὁπότε ὑπεμνηματίζετο, τὰς δίκας εἰσάγων ὡς ἔχων τάξιν, εἶτα τὰ μὲν ἀπήλειφεν, ἢ παρήει ἑκὼν, τὰ δ' οὐ λεχθέντα προσενέταττεν. Hoc hypomnematographi officium gessit olim Alexandriæ Lucianus, ut ipse testatur in apologia pro iis, qui salarium accipiunt, his verbis: ἔγωγ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἂν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπι-

τιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, etc. Addit etiam Lucianus, hypomnematographum salarium amplissimum e fisco habuisse, et peracto recte officio provinciam regendam accepisse. VALES.

Ib. *εἰσαχθέντων Διονυσίου*] Hæc erat formula actorum publicorum, ut docet Amm. Marcellinus in lib. xxii. his verbis: *Et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium. Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro.* Ad quem locum vide quæ olim notavimus. VALES.

11, 9. *κοιμητήρια*] Latini *areas* vocabant. Ita Tertullianus in libro ad Scapulam, et in gestis purgationis Cæciliani: *Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi.* Et in gestis purgationis Felicis: *Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis.* VALES.

Ib. *Ποίαν οὖν ἔτι*] Accusabatur scilicet Dionysius a Germano, quod conventus fratrum non habuisset ante exortam persecutionem, sed fuga saluti suæ prospexisset. Quoties enim ingruebat persecutio, solebant prius episcopi populum congregare, ut eum ad retinendam Christi fidem exhortarentur. Deinde infantes et catechumenos baptizabant, ne sine baptismo ex hac vita migrarent, et eucharistiam fidelibus dividebant, cum incertum esset quam diu duratura esset persecutio. Quem morem docuit nos factum Dorothei cujusdam Thessalonicensis episcopi, temporibus Justini, quod refertur in suggestione Germani, Felicis et Dioscori, missa ad Hormisdam PP. anno Christi 519. VALES.

11, 10. *ἀπὼν μὲν τῷ σώματι ὡς εἶπον*] Rectius in codice Maz. et Med. scribitur *ὡς εἰπεῖν*. In Fuk. et Sav. scriptum inveni *ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος*. Certe alludit Dionysius ad locum apostoli in priore ad Corinth. cap. 5. VALES.

11, 13. *τὰ Κολλουθίωνος*] Supplendum videtur *μέρη*. Sic supra dixit Dionysius *τὰ μέρη τῆς Λιβύης*. Erat autem hic locus in Mareotica præfectura. Sic etiam *τὰ Βουκόλου* tractus quidam Ægypti dicebatur, a nomine scilicet dominorum qui ea loca olim possederant. Apud Nicephorum *Κολούθιον* hic locus dicitur cum simplici lambda, quam scripturam rectiorem puto. Nam *Κολλουθίων* nomen est deflexum a Colutho, quod

nomen fuit frequens apud Ægyptios. Certe ita dictus est poëta quidam celebris temporibus Anastasii, oriundus ex Thebaïde ut testatur Suidas. Fuit et alter Coluthus schismaticus in Ægypto temporibus magni Athanasii, cujus crebra fit mentio in ejus apologia. Eum Acoluthum vocat Gregorius Nyssenus in lib. xi. contra Eunomium. VALES.

11, 15. πλατύτερον ἐκκλησιάζειν bene vertit Strothius: *grosse Versammlungen halten*, minus bene Valesius: *laxius conventus agere*. Vid. quæ exposui ad ii. 18. (pag. 104. sq.) HEIN.

Ib. κατὰ μέρος συναγωγαί] Quoties suburbia paulo remotiora erant ab urbe, ii qui in suburbiis illis manebant, non cogebantur ad majoris ecclesiæ conventus accedere, sed in eo suburbio particulares fiebant conventus in aliqua basilica aut in loco ad hoc agendum idoneo. Id ex hoc Dionysii loco manifeste colligitur, quem nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt, sed omnia miscuerunt, adeo ut ex eorum interpretatione nihil sani possis elicere. Porro προάστεια Græci dicunt, non solum suburbia, quæ urbi conjuncta sunt sed etiam vicos satis longo intervallo ab urbe dissitos. Sic Canopus duodecimo lapide distans ab urbe Alexandria, προάστειον dicitur ab Athanasio in libello quem obtulit concilio Chalcedonensi. Sic etiam Daphne suburbanum Antiochiæ, Achyrona Nicomediæ, et Septimum dicitur suburbanum Constantinopolis, licet aliquot passuum millibus abessent ab illis civitatibus. Vide Glossarium Pithœi in novellas Juliani antecessoris voce *Proastium*. Porro ex hoc loco colligitur, ætate quidem Dionysii unicam adhuc fuisse Alexandriæ ecclesiam, in quam omnes urbis illius fideles orationis causa conveniebant. Postmodum vero temporibus Athanasii, cum plures essent ecclesiæ a diversis episcopis Alexandriæ ædificatæ, cives Alexandrini seorsum in diversis ecclesiis colligebantur, κατὰ μέρος καὶ διῃρημένως, ut loquitur Athanasius in apologia prima ad Constantium, nisi quod in majoribus festis, paschæ scilicet aut pentecostes, non fiebant particulares conventus, sed universi in majorem ecclesiam conveniebant, ut ibidem testatur Athanasius. VALES. Hoc ex nostro loco minime sequi, animadvertit Lowth. HEIN.

11, 16. *ἀξιωμάτων ἀποθέσεις*] Hinc patet Dionysium Alexandrinum splendido genere ortum fuisse. Nam dignitas ex generis nobilitate præcipue ducitur. Hinc in gestis purgationis Cæciliani, quæ post collationem Carthaginensem edita sunt, Victor interrogatus a Zenofilo consulare, cujus conditionis esset, respondit : professor sum literarum Romanarum. Deinde interrogatus cujus dignitatis esset, respondit: patre decurione Constantiniensium, avo milite, qui in comitatu militaverat. Ceterum Dionysius Alexandrinus, antequam ad Christi fidem transiret, professione rhetor fuerat, ut docet Maximus in scholiis ad librum Dionysii Areopagitæ de cœlesti hierarchia capite 5. *ὁ γοῦν μέγας Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ὁ ἀπὸ ῥητόρων*, etc. VALES.

Ib. *βουλευτικῶν*] Augustus Alexandrinos sine ullis decurionibus rempublicam suam administrare jusserat. Postea vero Severus imp. Alexandrinis curiam habere permisit, ut scribit Dio in lib. li. *τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσεν.* Paulo post *βουλεύουσι δὲ δὴ ἐν τῇ Ἀλεξανδρίᾳ ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι.* Idem scribit Spartianus in Severo : *Alexandrinis jus buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno judice contenti, quem Cæsar dedisset.* Certe in epistola Athanasii ad solitarios, mentio fit decurionum Alexandriæ. VALES.

Ib. *τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου*] Hic Sabinus præfectus Ægypti fuerat temporibus Decii imp. De quo Dionysius in epistola ad Fabium, quam retulit Eusebius in cap. 41. lib. vi. Æmilianus vero præfectus Ægypti de quo hic sermo est, postea imperium occupavit : ut scribit Pollio in 30. tyrannis, qui tamen eum ducem appellat, non autem præfectum Ægypti. VALES.

11, 19. *καὶ στρατηγῶν*] Male interpretes hoc loco *duces* interpretati sunt, quod est absurdissimum. Cur enim pluribus opus erat ducibus ad deducendum Dionysium in exilium, cum unus tantum adesset centurio ? Vidit hanc absurditatem Christophorsonus, eaque de causa pro *στρατηγῶν* emendavit *στρατηγοῦ*, et *ducem* interpretatus est. Sed neque hoc modo absurditatem vitare potuit. Neque enim dux ipse reos in exilium deducere solebat. Sed hujusmodi officium mandabatur centurioni aut speculatori. Aliud igitur significat vox

στρατηγῶν, nempe duumviros seu magistratus Alexandrinæ civitatis. Græci enim ita vocabant, ut pluribus exemplis probavi ad librum xxxi. Amm. Marcellini [h]. Porro hi magistratus cum haberent modicam coercitionem, ut loquuntur jurisconsulti, reos comprehendere, carceri mancipare et interrogare, et acta conficere solebant, Romano præsidi judicium de iis reservantes, ut discere est ex actibus apostolorum, et ex actis Pionii martyris et aliorum. Quare non mirum est, si magistratus Alexandriæ hoc in loco operam suam commodant rectori provinciæ, ad deducendum Dionysium in exilium, quem scilicet ipsi comprehenderant, et in judicium coram præfecto Ægypti adduxerant. Sed et quæ sequuntur verba *καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ ὑπηρετῶν*, sententiam nostram confirmant. Nam *στρατιῶται* referuntur ad centurionem, *ὑπηρέται* vero ad duumviros seu magistratus quibus parebant. Athanasius quoque in epistola ad solitarios, *στρατηγὸν* vocat duumvirum seu magistratum Alexandrinæ civitatis. Loquens enim de Arianis qui presbyteros ac diaconos Alexandriæ in judicium pertractos exsilio multaverant, ita scribit: *καὶ πῶς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν δικαστῶν ἐφυγάδευσαν, καταφέροντες ἐκ τῶν οἴκων τοὺς οἰκείους αὐτῶν διὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τοῦ στρατηγοῦ Γοργονίου καὶ πληγαῖς κατακόπτοντες.* Id est: *Quomodo ducis ac judicum opera eos in exsilium egere, necessarios illorum ex domibus extrahentes militari manu, et adjumento Gorgonii magistratus.* Male enim interpres *Gorgonium ducem* vertit. Atqui dux ipse Sebastianus vocabatur, teste Athanasio. Gorgonius vero magistratus erat seu duumvir Alexandriæ. Cujus id proprium munus erat, ut reos comprehenderet, et coram majoribus judicibus sisteret. Testatur id libellus protestationis populi Alexandrini, quem Athanasius epistolæ suæ subjecit, his verbis: *οἶδε ταῦτα καὶ ὁ στρατηγὸς τῆς πόλεως Γοργόνιος*, Et paulo post: *ἀπέστειλε τὸν τῆς τάξεως δήμιον, καὶ τὸν στρατηγὸν, θέλων αὐτὰ ἆραι*, id est, *misit speculatorem officii sui, et magistratum, ut arma illa ex ecclesia tolleret.* VALES.

Ib. *ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν*] Hæc in prima persecutione sub Decio contigerunt, tunc cum Dionysius Sabini præfecti sententia Taposirim deductus est, ut scribit ipse

[h] Præterea vid. Spanhem *ad Julian.* orat i. p. 76. sq. Dorville *ad Charit.* p. 447. HEIN.

Dionysius in epistola adversus Germanum, quæ habetur in lib. vi. cap. 40. Certe qui epistolam illam Dionysii adversus Germanum cum hac quæ ad Domitium scripta est, contulerit, non dubitabit, quin de una eademque re utrobique loquatur Dionysius. Quare fallitur Eusebius, qui in hac Dionysii ad Domitium epistola, ea narrari putavit quæ ad Valeriani persecutionem pertinebant, quod ex ipso Dionysio facile est refellere. Etenim in persecutione sub Valeriano, Dionysius non est deductus in exsilium cum custodia militari, nec supervenientes Mareotæ fugatis militibus eum per vim abstractum in libertatem restituerunt, nec Caium et Faustum, et Petrum ac Paulum presbyteros secum tunc Dionysius habuit. Quæ omnia in persecutione illa quæ paulo ante Decii imperium cœpta est, Dionysio contigerunt, ut ipse testatur in epistola adversus Germanum, quam refert Eusebius in lib. vi. At in persecutione sub Valeriano, Dionysium comitati sunt in exsilio Maximus presbyter, et diaconi Faustus, Eusebius et Chæremon, et quidam clericus Romanus, quemadmodum scribit idem Dionysius in epistola adversus Germanum, quam refert Eusebius in cap. 10. hujus libri. VALES.

11, 20. Παραιτονίου fuisse præcipuam urbem Marmaricæ, in ora maris Africi, quæ nunc *Alberton* dicitur, et ab Alexandria distet cl. millia passuum, observat Stroth. HEIN.

11, 21. ἐν τῇ νόσῳ] Rufinus legit νήσῳ. Sic enim vertit: *Sed et ex diaconis quosdam in insula post pœnas confessionis esse defunctos.* Verum Dionysius luem intelligit, quæ Galli et Volusiani temporibus grassata est per totum orbem Rom. ut Eusebius in chronico, aliique testantur. Vide Aurelium Victorem. Ejusdem morbi meminit Dionysius infra cap. 22. ubi etiam de diaconis loquitur, quos pestis illa consumpsit. VALES.

Ib. περιστολάς] Hanc vocem Christophorsonus longo verborum circuitu ita est interpretatus: *Ad lintea, quibus corpora beatorum martyrum jam vita defunctorum involverentur, conficienda.* Habebat scilicet præ oculis Christophorsonus morem ævi nostri, quo mortuos linteo operire, atque ita humo condere solemus. Apud antiquos vero (de Christianis etiam loquor) alius mos erat. Vestibus enim cadavera amiciebant, et quidem pretiosissimis, ut docet Eusebius infra cap. 16. de

Asturio. Si quis tamen Christophorsoni versionem velit defendere, habet quo illam tueatur, testimonium Athanasii. Is enim in vita b. Antonii ita scribit: *Solent Ægyptii pie defunctorum, atque imprimis sanctorum martyrum corpora funerare quidem et linteis involvere, non autem mandare terræ, sed imposita lectulis, intra privatos parietes retinere.* VALES.

11, 22. λιπαρείᾳ *benignitate* vertit Val. Strothius *Gefälligkeit* male, credo. Est potius: fortitudo, constantia. Cf. Passow. s. v. λιπαρία. HEIN.

12, 1. Διαλάμψαντες] Satis vel ex h. l. apparet insigne Eusebii etiam erga eos martyres observantia, qui nullo accusante, sed fanatico quodam ardore correpti, martyrium sponte sua subierunt. cf. Möller. *de Euseb. C.* p. 35. 64. HEIN.

12, 2. τοῖς—οὐρανίου] Vales. vertit: *cœlesti amore flagrantibus* et similiter Strothius: *vom himmlischen Verlangen entzündet.* Quam interpretationem equidem non puto posse ferri. Γλίχεσθαί τινος enim non est: *flagrare aliqua re*, sed *flagrare vehementi rei desiderio ac cupiditate.* Ita Herodot. viii. 143. ἐλευθερίης γλιχόμενοι i. e. libertatis ardore quodam flagrantes. cf. Plat. Crit. xv. γλίσχρως ἐπιθυμεῖν ζῆν. Gataker. *ad Antonin.* iv. 50. p. 136. Itaque nisi afferri possint exempla ex patribus, ubi γλίχεσθαί τινος sit: *flagrare aliqua re,* quæ ego frustra quæsivi, aut vertendum erit h. l. *cœlestis amoris cupidissimis* aut πόθος esse putandum: *res desiderata, cara* et locus ita interpretandus: *cœlestium rerum desideratorum cupidissimis.* Ceterum γλίχεσθαι simplici Infinitivo junctum etiam legitur apud Euseb. de martyr. Pal. viii. ἐμφορηθῆναι γλιχόμενος. cf. Philo de sacrific. Cain. p. 175. μιμεῖσθαι γλίχεσθαι. Plutarch. C. Cracchus c. xv. τοῦ ἱματίου λαβέσθαι γλιχομένης. Platon. Crit. c. xv. οὕτω γλίσχρως ἐπιθυμεῖν ζῆν. Lucian. Charon. §. 22. p. 59. ed. Lehm. ἐν ἔτι ἐπόθουν εἰδέναι. Hebr. vi. 11. et Bœhme in *Commentar. ad h. l.* p. 272. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* §. 531. 1. p. 1036. not. p. 1060. extr. p. 1064. sq. p. 1067. sq. not. 3. HEIN.

13, 1. Μοναρχήσας ὁ παῖς] Pagi ad a. 259. n. 15. hæc affert citante Readingo ad h. l. "Gallienus, dum res Romana in tantis versaretur periculis, pacem Christianis concessit, sed edictum illud periit. Quod enim refert Eusebius vii. 13., datum fuit in favorem Ægyptiorum, postquam Macrianus et

filii occisi sunt. Quare neque Ægyptus neque Alexandria pacis beneficio potitæ, et persecutio, quæ hoc anno (nempe 259.) in aliis regionibus desiit, ibidem continuata, et quidem usque ad mensem 42., ut testatur Dionysius in epistola ad Hermammonem, quem Baronius, Pearsonus et Lambertus in rebus Cyprianicis explicandis, Valesius aliique passim male interpretantes, scripsere, persecutionem Valerianam per annos tres et menses sex ecclesiam afflixisse: quod tamen nonnisi de Alexandria et Ægypto asseruit Dionysius, qui in citata epistola, de rebus tantum in suo patriarchatu gestis, non vero de iis, quæ in universa ecclesia contigere, mentionem facit." Cf. Stroth. *Uebersetz.* t. i. p. 546. not. 3. HEIN.

13, 1. *τὴν ἀρχὴν διατίθεται*] Monendus est lector, capitum ordinem hic a Rufino commutatum. Hæc enim duo capita 13. et 14. Rufinus collocavit post caput 19. quod est de cathedra Jacobi. In indice tamen capitulorum, quem idem Rufinus huic libro præfixit, idem est ordo capitulorum qui in Græcis Eusebii exemplaribus. Cur autem Rufinus ordinem capitum mutaverit, causam non video, nisi forte quia commodius esse censuit, Marini et Asturii martyria subnectere passioni martyrum Cæsariensium. Sed animadvertere debuerat, diversis hæc temporibus contigisse. Nam Cæsarienses quidem illi passi sunt in persecutione Valeriani, Marinus autem et Asturius sub Gallieno. Rufini errorem Usuardus et Ado ac reliqui deinceps secuti, martyrium Marini atque Asturii in Valeriani tempora contulerunt. Sed eos refellit Eusebius, ut dixi. VALES.

Ib. *προγραμμάτων* i. e. edictorum. Cf. Basil. ep. 249. Abresch. *Lection. Aristæn. Add.* p. 341. Vid. Lobeck. *ad Phryn.* p. 249. HEIN.

13, 2. *ἀντιγραφῆς τῷ τύπῳ*] *Formam rescripti* interpretatus sum, ut Latini loqui solent. Sic Ambrosius, et imperatores in codice, ut notavi ad librum xiv. Amm. Marc. VALES. Non tamen statim post *τύπον rescriptum* Val. vertere debebat, sed *regulam.* HEIN.

Ib. *τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων*] Hunc locum jamdudum explicavi in notis ad excerpta ex Dione Cocceiano pag. 112. Cujacius in lib. viii. observat. cap. 32. recte quidem monuit, rationalem summæ rei his verbis designari. Sed

quid esset summa res, non intellexit. Nos ad illum Dionis locum, ostendimus summam rem idem esse ac summam pecuniam, *τὸν καθόλου λόγον*. VALES. Cf. cap. 10. supra. HEIN.

14, 1. *Ξύστος*] Immo Xystus jampridem obierat. Quippe Xystus in persecutione Valeriani insigni martyrio coronatus est Tusco et Basso coss. 8. idus Augusti, ut constat tum ex epistola Cypriani, tum ex libro pontificali. VALES.

15, 1. *Μαρῖνος κ. λ.*] Cum Marino non actum fuisse ex edicto Valeriani, a Gallieno jam abrogato, sed ex antiqua lege Trajani, observavit Moshem. *Comm. de rebus Christian. a. C. M.* p. 557. unde sequatur, antiquas imperatorum in Christianos leges, aliis etiam et mitioribus latis, vim suam retinuisse. HEIN.

Ib. *τῶν ἐν στρατείαις*] Cohortalis militia hic videtur intelligi, ut ex sequentibus licet colligere. Fit enim mentio Achæi judicis, et fori ac judiciorum, quæ de armata et castrensi militia dici non possunt. Certe si de armata militia hic sermo esset, Marinus coram duce aut coram legato Cæsaris causam dixisset. Habebant autem ordinarii judices etiam centuriones suos et cornicularios in officio suo. Sed et cuncta fere nomina officialium qui ipsis apparebant, de castrensi militia erant sumpta, ut notat Asconius Pedianus. VALES.

Ib. *ἑκατοντάρχους γίνεσθαι τόπου σχολάζοντος*] Ita plane interpungitur hic locus in codice Regio eamque interpunctionem tuetur Casaubonus in notis ad Spartianum pag. 21. Sic enim censet Casaubonus, vitem fuisse insigne quo futuri centuriones designabantur, centurionatum ipsum gesturi, cum locus aliquis vacuus fuisset. Sed Salmasius in notis ad eundem Spartianum, hanc interpretationem Casauboni merito reprehendit, quippe qui aliud esse credidisset *vitem gerere*, aliud *centurionem esse*. Itaque Salmasius Eusebii locum aliter interpungit, et post vocem *γίνεσθαι* finale punctum apponit, ut fecere Musculus et Christophorsonus. Certe in vetustissimo codice Mazarino, Fuk. et Medicæo post vocem *γίνεσθαι* subdistinctio adscribitur. Sed in iisdem codicibus, post voces illas *τόπου σχολάζοντος* punctum in summo apponitur. Ex quo apparet, scriptos omnes codices in hujus loci distinctione

consentire. Nec valde refert utro modo distinguas, cum semper idem sensus existat quoquo modo interpunxeris. VALES. Casauboni interpunctionem sequitur Stroth., laudato loco ex Spartian. Hadrian. x. "*nulli vitem, nisi robusto et bonæ famæ dabat, nec tribunum nisi plena barba faciebat.*" Ceterum ne notissimos quidem Romanorum mores Eus. familiares fuisse ex h. l. collegit Möller. *de Eus.* p. 30. extr. HEIN.

15, 2. Ἀχαιὸς οὗτος ἦν] Christophorsonus *Achivum genere* vertit, cui non assentior. Achæus enim nomen proprium est, quomodo vocatus olim est dux celeberrimus qui adversus Antiochum rebellavit, ut scribit Polybius. Hic porro Achæus de quo loquitur Eusebius, præses erat Palæstinæ, et in urbe Cæsarea quæ caput erat totius provinciæ, sedem habebat. VALES.

15, 3. ἁγίασμα h. l. significat ipsam sanctiorem templi partem, ubi erat mensa Domini. vid. Suicer. *Thes.* t. i. p. 56. i. HEIN.

Ib. τῆς χλανίδος] Lego τῆς χλαμύδος. Chlamys enim et balteus erant insignia militantium, ut ex innumeris locis Joannis Chrysostomi, Libanii, et aliorum probari potest. Plerumque tamen pro chlamyde χλάνις passivo errore scribitur. Vulgata lectio fefellit Nicephorum, qui pro χλανίδος hic substituit χιτωνίσκον. Gregorius Nyssenus in lib. i. contra Eunomium pag. 295. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ χλανίδα καὶ ζώνην ἀσχοληθεὶς ὥς φασίν· ἐπειδὴ πάντα, etc. Quem locum pessime vertit Gretserus. VALES. Χλανίδος retinuerunt cum Val. Stroth. Zimmerm. Sed equidem h. l. quamvis refragantibus codicibus non dubitavi scribere χλαμύδος, cum sæpissime confundantur χλάνις et χλάμυς neque illud ad h. l. quadret. Vid. Dorville *ad Chariton.* p. 433. sq. cf. Plutarch. Timoleon c. xxxi. ext. Suicer. *Thes.* t. i. p. 1307. b. sq. Salmas. *ad Tertull. de pallio* p. 111. sq. Orell. *supplement. nott. in Nicol. Damasc.* p. 21. Paulus *Commentar. über das N. T.* tom. iii. p. 730. In talibus vel in patrum scriptis valere debet, quod de gentilium scribit Ernestius *ad Sueton. Neron.* c. xlvi. *scalptura* in textu exhibens pro *sculptura*: "*Talia — recte librorum injussu correxerunt viri docti. Peccantque hodie Critici, si in talibus, tam manifestis, Codd. auctoritatem requirunt.*

Quodsi instauratores bonarum literarum, et primi editores auctorum Græcorum et Latinorum superstitione nostrorum hominum infecti fuissent, næ multa adhuc peccata grammatica in libris veterum integra reperiremus." HEIN.

15, 4. τελειοῦται] Id est, *martyrio consummatus est*, ut loquuntur Hieronymus et Rufinus. Nam confessione quidem initiabantur martyres, morte consummabantur, et fiebant τέλειοι μάρτυρες, ut ait Dionysius Alexandrinus supra in hoc libro cap. 11. sub finem. Aliam rationem affert Clemens Alexandrinus in lib. iv. Stromatei pag. 206. cur martyrium vocetur τελείωσις, ob excellentiam scilicet charitatis. Αὐτίκα τελείωσιν τὸ μαρτύριον καλοῦμεν, οὐχ ὅτι τέλος τοῦ βίου ὁ ἄνθρωπος ἔλαβεν ὡς οἱ λοιποὶ, ἀλλ' ὅτι τέλειον ἔργον ἀγάπης ἐνεδείξατο. VALES. Τελειοῦται i. e. *martyrio ad plenam beatitatem evehitur.* Vid. Eus. H. E. ii. 22. iv. 15. in. v. 2. 3. vi. 3. 5. Cf. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1260. sq. ii. 1. 2. p. 1262. iii. Bœhme *Comment. in epist. ad Hebr.* ii. 10. p. 113. sq. Wahl. *Clav. N. T.* s. h. v. De vitæ fine simpliciter τελειοῦσθαι legitur iii. 35. HEIN.

16, 1. Σκῆνος] Vide iii. 31. (pag. 185.) Adde 2 Corinth. iv. 7. 1 Thess. iv. 4. Lactant. ii. 3. 8. hoc enim quod oculis subjectum est, *non homo* sed *hominis receptaculum* est, cujus qualitas et figura non ex lineamentis *vasculi* quo continetur, sed ex factis et moribus pervidetur. HEIN.

17, 1. Ἣν Πανεάδα Φοίνικες] Phœnices hic dicit Eusebius Græcos qui Phœnicem incolebant. Paneas enim nomen est Græcum: Syri vero vel potius Syrophœnices eam urbem *Dan* appellabant, ut scribit Hieronymus in quæstionibus in Genesim, et in libro de locis Hebraicis, et in epistola ad Evagrium. Idem scribit Philostorgius in lib. vii. cap. 3. Locus Hieronymi de quæstionibus ita se habet: *Dan Phœnices oppidum, quod nunc Paneas dicitur. Dan autem unus e fontibus Jordanis. Nam et alter vocatur Jor, quod interpretatur* ῥεῖθρον. *Duobus ergo fontibus qui haud procul a se distant, in unum rivulum fœderatis, Jordanis deinceps appellatur.* VALES. Seriori tempore Paneas seu Cæsarea Philippi vocata est Neronias. Joseph. Antiqq. xx. 8. De situ urbis vide præ ceteris Paulus *Commentar über das N. T.* tom. ii. p. 553—556. cf. Winer. *biblisches Realwörterbuch* p. 128. 2. De variis urbium vario

tempore consuetis nominibus vid. Harduin. *numm. antiqq. popull. et urbb. illustr.* p. 340. HEIN.

Ib. σφάγιόν τι καταβάλλεσθαι] Solebant gentiles in fontes ac puteos quos colebant, victimas jacere. Hinc Publicola interrogat Augustinum in epistola 153. si licet de fonte bibere, vel de puteo, ubi de sacrificio aliquid missum est. VALES.

18, 1. Τὴν γὰρ αἱμορροοῦσαν] Citatur hic Eusebii locus in septima synodo, actione quarta pag. 508. Vide quæ narrat Philostorgius in lib. vii. cap. 3. et ex illo Nicephorus. VALES. Vid. *Excursus* x. HEIN.

18, 2. διπλοΐδα] Vid. *Excursus* x. ext. HEIN.

Ib. ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς] Vid. *Excursus* x. med. HEIN.

Ib. μεχρὶ τοῦ κρασπέδου ἀνιόν] Rufinus hunc locum ita intellexit, quasi planta illa tunc demum efficax ad sanandos morbos esse inceperit, postquam ad fimbriam usque dominicæ vestis excrevisset. Quem sensum secutus est Christophorsonus, et ante illum Nicephorus. Sed tamen cum id Eusebius aperte non dicat, quisque pro arbitrio suo statuet. Mihi probabilius videtur, idcirco ab Eusebio nominatim hoc additum fuisse, quod planta illa supra fimbriam dominicæ vestis non assurgeret, quasi hanc reverentiam exhibens Domino. Atque ita hunc locum accepit etiam Nicephorus, ut videre est in cap. 15. lib. vi. VALES.

18, 3. Παύλου καὶ Πέτρου Val. vertit *Petri ac Pauli*. Vid. Fabricii *Cod. Apocr. N. T.* tom. iii. p. 448. h. "In Græcis nomen Pauli Petro præponitur, quod cum Rufino Damascenus, Nicephorus, Synodus Nicæna secunda, Valesius postponunt. Plura veterum loca Paulum Petro præponentium congessit Cotelerius ad constitt. apostol. viii. 33. t. i. Patrum Apostolicorum p. 414." Idem annotavit ipse Valesius ad Eus. H. E. iii. 21. (pag. 157.) HEIN.

Ib. ἀπαραλλάκτως] Rufinus vertit *indifferenter*. *Quod*, inquit, *mihi videtur ex gentilicia consuetudine indifferenter usurpatum*. Ego tamen ἀπαραφυλάκτως significare crediderim *inconsiderate* et *imprudenter*, *contra veterem disciplinam*, *incaute*. Utitur eadem voce Eusebius in lib. 4. cap. 7. Porro Henr. Savilius in margine sui libri ad hæc verba hoc scholion

adscripserat: *Nota de imaginibus dici, ἐθνικὴ συνήθεια.* VALES. Vid. *Excursus* x. HEIN.

Ib. *οἷα σωτῆρας*] Vid. ibid. HEIN.

Ib. *τοῦτον—τὸν τρόπον*] Vid. ibid. HEIN.

19, 1. *Θρόνον*] Vid. *Excursus* xi. HEIN.

Ib. *πρὸς αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος*] Vetus hæc fuit traditio, Jacobum apostolum a Christo episcopum Hierosolymorum fuisse ordinatum. Id præter Eusebium diserte scribit Chrysostomus in homilia 38. in epistolam Pauli ad Corinthios ad illa verba: *Deinde visus est Jacobo.* Ἐμοὶ δοκεῖ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ αὐτὸν λέγεται κεχειροτονηκέναι καὶ ἐπίσκοπον ἐν Ἱεροσολύμοις πεποιηκέναι πρῶτον. Idem quoque tradit Epiphanius in hæresi Antidicomarianitarum numero 8. ita de Jacobo loquens: *καὶ πρῶτος οὗτος εἴληφε τὴν καθέδραν τῆς ἐπισκοπῆς, ᾧ πεπίστευκε Κύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ.* Cum Chrysostomo et Epiphanio consentit auctor Menæi ad diem 23. Octobris, et Nicephorus Callistus in l. ii. historiæ cap. 38. cujus hæc sunt verba: ὃς ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ἐλέγετο, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν, πρῶτος παρὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐγκεχείριστο· ὡς δέ τινες, καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ὕστερον. Hieronymus in caput 1. epistolæ ad Galatas, de Jacobo ita scribit: *Sed præcipue hic frater Domini dicitur, cui filios matris suæ ad patrem vadens Dominus commendaverat.* Porro tam Eusebius quam reliqui id hausisse videntur ex libro i. Clementis recognitionum, in quo Petrus ita loquens inducitur: *Septimana jam una ex passione Domini complebatur annorum, et ecclesia Domini in Hierusalem constituta copiosissime multiplicata crescebat, per Jacobum qui a Domino ordinatus est in episcopum, rectissimis dispensationibus gubernata.* Idem legitur in lib. viii. Clementis constitutionum cap. 35. ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθείς. In martyrologio quod beati Hieronymi inscriptum est nomine 6. Calendas Januarias ita legitur: *Ordinatio episcopatus sancti Jacobi apostoli fratris Domini, qui ab apostolis primus ex Judæis Hierosolymæ est episcopus ordinatus.* VALES.

20, 1. Ἑορταστικάς] Rufinus *paschales* vertit optime. Hujusmodi paschales epistolas Alexandrini episcopi quotannis scribere consueverant, et ad reliquas Ægypti ecclesias mittere, quo in paschalis festi celebratione omnes inter se ecclesiæ

consentirent. Exstant hodieque hujusmodi epistolæ Theophili, Cyrilli et aliorum. Sed obiter corrigendus est Rufinus, qui in cap. 19. ita dicit: *Scribit autem de his idem Dionysius in epistola paschali, quæ solemniter per annos singulos legi solet*, corrige *scribi solet*, ut habent manuscripti codices. Porro quæ forma esset harum epistolarum, discere licet ex triginta homiliis paschalibus Cyrilli. Primo enim sermonem continebant de festo paschali. In fine autem initium quadragesimæ et diem paschæ annuntiabant. Unde tam homiliæ dici possunt quam epistolæ. Cyrillus quidem in homilia 22. epistolam vocat. Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, inter opera Athanasii recenset epistolas ἑορταστικὰς, id est, paschales, quarum unica hodie superest, licet non integra. VALES.

Ib. κανόνα—ὀκταετηρίδος] Octo annorum canonem plerique tunc temporis statuebant, aliis tamen sedecim annorum canonem recipientibus, ut Hippolyto. cf. vi. 22. Vid. Blanchini *dissertatio de canone paschali S. Hippolyti* inserta editioni Hippolyti Fabricianæ. Hæc monuit Stroth. *Uebers.* ad h. l. not. 1. HEIN.

Ib. τοτηνικαῦτα συντάττει] Ex his verbis colliget aliquis, eas epistolas a Dionysio scriptas esse in persecutione Valeriani, quod tamen falsum est. Nam epistola ad Domitium et Didymum, scripta est regnante Decio, ut dixi. VALES. Cf. vi. 40. Sed Valesium in eo falsum esse contendit Pagi ad a. 252. n. 26. ubi epistolam illam potius Valeriano et Gallieno imperantibus scriptam esse, Nicephorum vi. 18. et ipsum Eusebium in hoc capite testari dixit, quem de rebus imperante Gallieno loqui sit certissimum. HEIN.

21, 1. Ἐπιλαβούσης—εἰρήνης] Factum hoc a. C. 261., ut affirmat Pagi ad a. C. 261. et 262. Sed paulo post teste Eusebio renovata est Alexandriæ seditio; erat enim ingenium Alexandrinorum seditiosissimum. Vide quæ notavit Valesius ad Ammian. Marcell. xxii. 11. episcopus *Alexandriæ* est ordinatus, *in civitate quæ suopte motu et ubi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitatur et turbulentis*, ut oraculorum quoque fides loquitur. Rufin. vii. 18. Sed et *apud Alexandriam etsi nulla extrinsecus mali causa fit, eo ipso quod genus hominum ferox, seditiosum et semper inquietum est, civiles inter se motus.*

Socrat. iv. 16. vii. 13. Præ ceteris autem vid. J. Gothofredus *ad Cod. Theod.* l. i. de defensoribus civit. l. iii. de his super relig. l. unica de his qui plebem. audent, et l. xxxi. de his quorum appellationes. Cf. Gesner. *de ætate et auctore Philopatridis dissertat.* p. 64. præmissa editioni hujus dialogi. HEIN.

Ib. *στάσεως μνημονεύει*] Litteras sequentes ne verbum quidem referre de aliqua seditione, sed potius de peste, quæ Alexandriæ misere grassata est, sponte patebit legentibus. Simile aliquid jam observavi ad vii. 4. (pag. 541. sq.) Cf. iv. 10. ubi de episcopis Alexandriæ, quamvis vel de his sermonem fore, capitis index significat (*Τίνες—καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασι*), tamen nihil plane refertur. Haud temere ex nostro loco conjecit Kestner. *de Eus.* p. 77. sq. not. 188. Eusebium ultimam limam operi suo non addidisse, neque iterum illud pertractasse. cf. noster Excursus xv. Quod vero ad h. l. pertineat, probabiliter Eusebium, cum epistolam aliquam Dionysii, in qua certamina inter Alexandrinos conserta, narrata erant, librario vellet tradere, aliam quandam, Alexandriæ quoque fortasse exaratam, illi in manus dedisse, quam ille, licet de morbi, non discordiæ peste scriptam, eo minus loco designato interponere cunctatus esse videatur, quod mox (c. 22.) de pestilentia agi fortasse jam cognorit. Ingeniosæ isti V. D. conjecturæ profecto haud ægrius assentiendum duco. Sed quod præterea ille suspicatur iii. 33. ab alia quadam manu addita esse ea, quæ verbotenus ex Tertulliano excerpta legimus, propterea quod alias Eusebius ubi sensum alicujus loci nonnisi indicandum putat, nunquam deinde etiam singula ejus verba reddidit, non minus est lubricum, quam illud, ut mihi videtur, nullo modo probatum, miraculosa illa, quæ vi. 29. de Fabiano quamvis nullo nisi traditionis fonte notato leguntur et quæ vi. 31. nomini Africani copiosius addita sunt, habenda esse pro supposititiis. Cf. quæ monui ad vi. 11. vii. 16. 17. 19. Similiter quamvis vi. 14. locus ex Clemente laudatus jam ab Eusebio laudatus esset ii. 15., tamen illud facilius fieri poterat vel si denuo pertractaret noster opus suum, præsertim quia majoris momenti ei fortasse videbatur illa de Marci evangelio narratio. Præterea conferas, quæ ad Euseb. vi. 14. (pag. 651.) animadvertit Valesius. HEIN.

21, 3. *οὐχ ὅπως* h. l. est *non solum.* vid. Hermann *ad Viger.*

p. 790. cf. infra cap. 22. init. c. 25 in. Mox pro εἰς τὴν ὑπερόριον non dubitavi scribere cum Steph. εἰς τὴν ὑπερορίαν quod, si vel Valesius in suis libris invenerit εἰς τὴν ὑπερόριον, tamen solum verum puto. Vid. Euseb. H. E. iii. 17. μυρίους τε ἄλλους ἐπιφανεῖς ἄνδρας ταῖς ὑπὲρ τὴν ἐνορίαν ζημιώσας φυγαῖς. Alciphron. epist. xi. στόλον Ἀθηναῖοι διανοοῦνται πέμπειν εἰς τὴν ὑπερορίαν i. e. *in exteram regionem*, ut recte vertit Bergler. ad h. l., qui præterea laudat Demosth. contra Leocharem: ἀποδημίας τινὸς εἰς τὴν ὑπερορίαν συμβάσης et Polluc. i. 177. τοὺς ἐν ὑπερορίᾳ. Contra Val. quamvis Stephani lectionem non exhibuerit, tamen vel sic non satis accurate vertit *extra fines provinciæ* neque accuratius Stroth. *über die Gränze*. HEIN.

Ib. μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδὸς] In codice Regio scriptum inveni τῶν πόλεων, quæ scriptura tolerari potest. Duas quippe urbes ex una fecerat ingens illa seditio, ut jam supra innuit Dionysius, cum ait ab urbe Alexandrina Alexandriam pergere difficilius fuisse, quam ab oriente ad ultimas usque occidentis oras proficisci. Porro hæc Alexandrina seditio tum contigisse mihi videtur, cum Æmilianus tyrannidem Alexandriæ arripuit, de quo vide Pollionem in 30. tyrannis. Eumenius in panegyrico ad Constantium, loquens de Gallieni temporibus: *Tota*, inquit, *Ægyptus et Syria defecerant*. VALES.

Ib. καὶ τῆς θαλάσσης] Ante hæc verba apponenda est finalis distinctio, ut habent omnes manuscripti codices. Quod cum non vidissent interpretes, hæc cum præcedentibus male conjunxerunt, secuti scilicet editionem Rob. Stephani. Ego vero antequam manuscriptum ullum codicem Eusebii vidissem, hunc locum ita distinguendum esse conjeceram, ut ex versione mea apparet. Porro distinctionem et interpretationem nostram confirmant sequentia Dionysii verba. Addit enim Dionysius, portus urbis Alexandrinæ, peremptorum civium cruore exundantes, rubri maris imaginem sæpius præbuisse. Non igitur media urbis platea, sed portus, ut dixi, a Dionysio comparatur cum rubro mari. VALES.

Ib. διατειχισθεῖσαν vertit Val.: *duorum instar parietum* (?) *utrimque firmatum*, Str.: *wie eine doppelte Mauer aufgerichtet*. Cf. Passow. s. v. HEIN.

Ib. καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ] Ante hæc verba Rob. Stephanus in editione sua punctum apposuit, contra fidem omnium

scriptorum codicum, qui ante hæc verba mediam duntaxat distinctionem, sive moram habent appositam. Christophorsonus quidem Rob. Stephani distinctionem secutus, hunc locum ita vertit: *Isti porro placidi et tranquilli urbis portus, fluctuum eorum quibus Ægyptii erant in trajectione submersi, veram effigiem gerunt.* Sed hæc interpretatio non respondet verbis Dionysii. Quamobrem sequenda potius est distinctio scriptorum codicum, et hæc verba cum præcedentibus connectenda. Verum dicet aliquis, quo referendus est articulus ille postpositivus ὧν? Respondeo articulum hunc referri ad vocem θαλάσσης, et pluralem numerum positum esse pro singulari. Mare quippe utrinque divisum, latam in medio viam Israelitis aperuerat. Atque ita duo veluti maria ex uno facta fuerant. Idcirco Dionysius λεωφόρον τῶν θαλάσσων dixit eleganter, quasi bimarem plateam. Quod si cum Christophorsono et Stephano ante has voces finalem distinctionem adscripseris, non erit jam quo referatur articulus ille postpositivus. Neque enim ad vocem λιμένες referri potest. VALES. Vid. quæ animadverti ad Euseb. H. E. viii. 6. Simul notandus est paulo rarior, ut videtur, usus verbi ἡ λεωφόρος scil. ὁδὸς, quod h. l. in universum est *callis, semita* et synonymum præcedentis ἱππήλατος, cum alias dicatur de *via publica*, ut usurpat ipse Dionysius apud Euseb. H. E. vi. 41. οὐδεμία δὲ ὁδὸς, οὐ λεωφόρος, οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν. Adde Ælian. V. H. iv. 17. et incerti scriptoris dialogus Philopatr. p. 160. ed. Gesner. Cf. Viger. *de idiott.* p. 45, sq. iii. ed. Herm. HEIN.

Ib. Μωϋσῇ μὲν καταβοᾷν] Lectionem Val. Μωϋσοῦ ipse veram puto, non solum propter majorem cod. Maz. Med. auctoritatem, sed quia solent recentiores Græci plura verba cum præpositione κατὰ composita jungere frequentius genitivo quam dativo. Ita Euseb. H. E. x. 4. παλαιᾶς ἀπάτης πατραπαραδότου κατεγγελᾶν dixit (cf. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* §. 402. 5. not. 2. p. 735.) et vi. 9. δεινὴν καταχέουσιν αὐτοῦ διαβολήν. Cf. Eust. ad Hom. Od. xi. 433 sq. Τὸ, κατ' αἶσχος ἔχευεν, ἤτοι κατέχεεν αἰσχύνην, Ὅμηρος μὲν δοτικῇ ἐνταῦθα συνέταξεν, οἱ δὲ ὕστερον μετὰ γενικῆς ποιοῦνται τὴν σύνταξιν. Bast. *epist. crit.* p. 230. HEIN.

21, 5. πάντα καθαίροντος] Ut corporis ita animi etiam sordes

aqua ablui gentiles non minus quam Christiani crediderunt. Notum Euripideum illud: *θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακὰ* ex Iphig. T. v. 1160. ed. Matthiæ min. cf. ibid. v. 1158. 1159. Alciphron. epist. i. 8. ubi ad Euripidis dictum ita alluditur: *ἀνδρόφονος δὲ οὐχ ὑπομένω γενέσθαι, οὐδὲ μιᾶναι λύθρῳ τὰς χεῖρας ἃς ἡ θάλαττα ἐκ παιδὸς εἰς δεῦρο καθαρὰς ἀδικημάτων ἐφύλαξε.* Vid. Bergler. ad h. l. p. 31 sq. qui similem locum laudavit ex Synes. epist. lvii. Porro vid. Sophocl. Ajac. v. 654 sqq.

> *ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτίους*
> *λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμά,*
> *μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύσωμαι θεᾶς·*

Bothius *ad Sophocl. Œdip. T.* v. 1227. ed. Erfurdt. "Aqua marina vel fluviali crimina quasi ablui perhibebantur.—Æneas Virgilianus:

> *Me bello e tanto digressum et cæde recenti*
> *Attrectare nefas, donec me flumine vivo*
> *Abluero.*

Vid. Dacier. cf. Tertullian. de baptismo c. 5. Quem usum ex oriente in Græciam traduxisse Orpheum, docet marmor Arundelianum, monente Steinbrüchelio in versione fabulæ." Præterea vid. Cicer. pro Rosc. Amer. 26. "*Noluerunt parricidas nudos in flumen dejicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quæ violata sunt, expiari putantur.*" Etymol. M. p. 127. *φύσει τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καθάρσιόν ἐστι.* Cf. Homer. Odyss. ii. 261. Hesiod. Opp. et D. v. 336. Athenæus iv. 27. Diogen. Laert. in vit. Platon. iii. 6. Macrob. Saturn. iii. 1. Heyne *ad Virgil. Æn.* i. 701. Veriora interdum præceperunt poëtæ. Vid. Eurip. Orest. v. 1583. *ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας ἀλλ' οὐ τὰς φρένας.* Hippol. v. 317. *χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.* Cf. Valckenar. ad h. l. p. 198. et ad ejusdem Hippol. v. 653. p. 235. Sophocl. Œd. T. v. 1227. sq.

> *οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν*
> *νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην ὅσα*
> *κεύθει.*

Adde Jacobs. *ad Anthol. Græc.* vol. iii. p. ii. p. 11. Denique Ovid. Fastor. ii. 34. ita canit:

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Similiter apud patres ecclesiasticos vera falsis mixta hoc in genere inveniuntur. Vid. Tertullian. de orat. c. xiii. de lavatione manuum: " Ceterum *quæ ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente orationem obire?* quando et ipsis manibus spirituales munditiæ sint necessariæ, ut a falso, a cæde, a veneficiis, ab idololatria, ceterisque maculis, quæ spiritu conceptæ manuum opera transiguntur, puræ alleventur. *Hæ sunt veræ munditiæ, non quas plerique studiose curant, ad omnem orationem etiam cum lavacro totius corporis aquam sumentes.*" Lactant. Institt. divv. v. 19, 33. 34. " At illi infelices nec ex sceleribus suis intelligunt, quam malum sit quod colunt; quandoquidem flagitiis omnibus inquinati veniunt ad precandum: *et se pie sacrificasse opinantur, si cutem laverint, tanquam libidines intra pectus inclusas ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent.* Quanto satius est mentem potius eluere, quæ malis cupiditatibus sordidatur, et *uno virtutis ac fidei lavacro universa vitia depellere.* Quod qui fecerit, quamlibet inquinatum ac sordidum corpus gerat, satis purus est." Contra quantam vim aquæ tribuerit Dionysius, satis, credo, ex nostro loco apparet. Similiter idem Lactantius, quem vidimus præclare ejusmodi superstitiones gentilium impugnasse, justo magnificentius sentiebat nihilominus ipse de vi et efficacia baptismatis. Vid. Institt. div. iii. 26. 4. sqq., quo loco ceteroquin vere aureo certe plura nonnisi oratoris more exaggerare voluisse dicendus est Christianorum Cicero, nisi falsa et perversa eum proposuisse et credidisse velis concedere. Ita enim ille scribit: *Da mihi virum, qui sit iracundus, maledicus, effrænatus, paucissimis Dei verbis tam placidum quam ovem, reddam. Da cupidum, avarum, tenacem: jam tibi eum liberalem dabo, et pecuniam suam plenis manibus largientem. ——Da crudelem, et sanguinis appetentem; jam in veram clementiam furor ille mutabitur. Da injustum, insipientem, peccatorem: continuo et æquus et prudens et innocens erit. Uno enim lavacro malitia omnis abolebitur. Tanta divinæ sapientiæ vis est, ut in hominis pectus semel infusa, matrem delictorum stul-*

titiam uno semel impetu expellat.——Pauca—Dei præcepta sic totum hominem immutant, et exposito vetere novum reddunt, ut non cognoscas eundem esse." Quamquam Lactantius ipse veriora dicit §. 10. "Gratis ita fiunt, facile, cito, *modo pateant aures et pectus sapientiam sitiat.*" Sed vid. quæ monui Euseb. H. E. vi. 44. (p. 533.) Chrysostom. homil. lvii. tom. v. p. 390. *Κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐχητηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτως αὐτὰς εἰς εὐχὴν ἀνατείνωσιν.* Idem hom. lxxxii. cviii. Alibi tamen et nominatim in homil. vi. in priorem epist. Pauli ad Timotheum externum illum ritum nisi accedat mentis candor, appellat *γέλωτα, καὶ λῆρον, παιγνία καὶ παίδων ἀθύρματα.* Scriptor constitt. apostoll. viii. 32. *πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου, πρὸ τοῦ ἔργου ἐπιτελέσαι, νιψάμενοι προσευχέσθωσαν.* Paulinus in epistola ad Severum:

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lavat.—

Cf. incerti scriptoris dialogus Philopatr. p. 133. ed. Gesner. *δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν.* Fabricii *cod. apocryph. N. T.* tom. iii. p. 852. sq. 26. 28. De Judæis vid. Spencer. *de legg. Hebrr.* l. iii. diss. 3. c. 3. cf. Shaws. *Reisen* p. 208. HEIN.

Ib. *ἰχῶρας*] Vid. quæ monui ad viii. 6. cf. iii. 6. (pag. 141.) Adde Riccii *dissertt. Homericc.* xxxii. p. 243. sq. ed. Born. HEIN.

21, 6. *οἱ συνεχεῖς λοιμοί*] Jam inde a temporibus Galli et Volusiani, lues totum pæne orbem Romanum vastavit. Certe Eutropius principatum Galli et Volusiani, sola pestilentia notum fuisse dicit. Addit Aurelius Victor, Gallo Volusianoque favorem ex eo quæsitum fuisse, quod tenuissimi cujusque exsequias sollicite curavissent. De hac peste Hieronymus in chronico ita scribit anno primo imp. Galli: *Pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam et Ægyptum, ut scribit Dionysius, et Cypriani de mortalitate testis est liber.* Postea Gallieni temporibus lues iterum grassata est Romæ et in provinciis, ut scribit Pollio in Gallieno, et Aurelius Victor. VALES.

Ib. *ὠμογέροντας*] Alexandriæ *ὠμογέροντες* dicebantur a

quadragesimo anno usque ad septuagesimum. Eorum nomina in albo descripta erant, eo quod annonam publicam acciperent, ut testatur Dionysius. His præerant archigerontes, de quibus fit mentio in lege prima codice Theodosiano de Alexandrinæ plebis primatibus. Huc etiam referri potest quod scribit Gregorius Naz. in oratione 21. de S. Athanasio, Alexandrinos per sexus et ætates et artes solitos esse distribui, quoties alicui obviam irent honoris causa. VALES. Ὠμογέροντες quomodo Alexandrinis dici potuerint homines a quadragesimo anno ætatis usque ad septuagesimum iisdemque opponi οἱ εἰς ἄκρον γεγηρακότες, optime patere potest ex iis quæ animadvertit Koeppen. *ad Homer. Iliad.* xxiii. 791. tom. vi. p. 229. ed. Krause: "*Antilochus calls Ulysses* ὠμογέροντα, *one whose grey hairs are not yet ripe, who is just beginning to grow old, but whose strength is still unimpaired. The idea is borrowed from unripe fruits, which are still hard, and not soft or yielding; or, according to the Venetian scholia, from meat imperfectly cooked.*" Cf. Odyss. xv. 356. At Ammonius in Lexic. p. 36. ed. Valcken., postquam alios ætatis gradus commemoravit, addit: Μειράκιον, εἶτα Μεῖραξ, εἶτα Νεάνισκος, εἶτα Νεανίας, εἶτα Ἀνὴρ μέσος, εἶτα Προβεβηκὼς, (ὃν καὶ Ὠμογέροντα καλοῦσιν) εἶτα Γέρων, εἶτα Πρεσβύτης, εἶτα Ἐσχατόγηρως. Cf. Valckenar. *animadv. ad Ammon.* p. 54. "*decrepitus* senex, ἑφθὸς γέρων dicebatur. Philoxenus in *Gloss. Decrepitus*, Ὑπέργηρως, Ἐκπεπνευκὼς, Ἑφθὸς γέρων. Ita scribi debet. Is Ammonio Ἐσχατόγηρως. Marcus Antoninus de Rebus suis l. ix. §. 33. ὁ ἐσχατόγηρως ἀποθανὼν εἰς ἴσον καταστήσεται τῷ προώρῳ. Confer Poll. ii. 13." Atque eodem modo *decrepitus* senex ab Euseb. H. E. x. 8. dicitur ἐσχατόγηρως, qui Dionysio Alexandrino apud Euseb. H. E. vi. 42. est ὑπέργηρως. Adde Dorville *ad Chariton.* p. 384. Villoison. et Tollius *ad Apollon. Lexic.* p. 728. ed. Toll. Wesseling. *ad Diodor.* xx. 458. Ceterum Græcum ὠμογέρων imitati sunt Romani. Vid. Virgil. Æn. vi. 304.

Jam senior: sed cruda Deo viridisque senectus.

Tacit. Agricola c. xxix. Et Martial. viii. 63. similiter dixit *crudam viro* puellam, i. e. nondum maturam, nondum nubilem. HEIN.

22, 1. Λοιμικῆς νόσου] Cœpit ista pestis a. C. 252. *Obtinuit*

autem, inquit Cedrenus, annos xv.; cœpit autumno, *et desiit sub ortum caniculæ*. Cf. Pagi ad a. 254. n. 5. Stroth. *ad Herodian*. i. 1. in tom. i. p. 22. ed. Irmisch. HEIN.

Ib. *οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλοίπων*] Scribendum omnino est *τῶν ἐπιλύπων*, ut habent manuscripti codices Maz. ac Med. cum Saviliano. Opponitur enim *τῷ περιχαρεῖ* quod mox sequitur. Est autem elegantissimum hoc exordium paschalis epistolæ sive orationis Dionysii. Aliis, inquit Dionysius, infidelibus scilicet ac gentilibus præsens tempus minime opportunum videatur ad festum diem celebrandum, quippe cum luctu et lamentis plena sint omnia. Verum nec ullum omnino tempus, non dico luctuosum, cujusmodi hoc tempus esse fateor, sed ne lætissimum quidem illis hominibus, id est, infidelibus, aptum est ad festivitatem celebrandam. Impii siquidem et mali homines nunquam omnino dies festos agere possunt, licet hostias immolent, et libamenta offerant. Soli virtute præditi festos dies agunt. Soli quippe officio funguntur, et vota atque incruentas hostias offerunt Deo. Multa in hanc sententiam habet Origenes in lib. viii. contra Celsum, quæ sunt e Stoicorum philosophia desumpta, ex quibus magnam lucem accipit hic Dionysii locus. VALES.

Ib. *περιχαρῆς ὃν οἰηθεῖεν*] Apud Nicephorum legitur *εἴ τις περιχαρῆς ὢν οἰηθείη*. Quæ scriptura ferri non potest, cum verbum *οἰηθείη* in passiva significatione sumi non possit. Dixit ergo Dionysius *περιχαρῆς ὃν οἰηθεῖεν*, pro eo quod alii dicerent: *ὃν οἴοιντο ἂν μάλιστα περιχαρῆ*. VALES.

22, 2. *καὶ ὄφελόν γε*] Turnebus ad oram libri sui emendavit *καὶ ὄφελόν γε εἷς*. Quæ tamen scriptura in omnibus nostris codicibus non legitur. In codice Regio scriptum inveni: *καὶ ὀφελόν γε· εἰς πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινά*, sicut etiam habet Nic. Recte igitur Turnebus, qui sola interpunctione mutata, hunc Dionysii locum restituit, ut dixi. VALES. Rectissime puto Cph. Steph. et Valesium *εἷς* auctoritate Maz. Med. Fuk. Sav. Ruf. plane omisisse et temere Stroth. ac Zimmermannum ex Venet. Grut. Cast. Turnebi lectionem recepisse. Εἷς enim quam h. l. ineptum sit, ex antecedentibus et sequentibus satis intelligi censeo. Namque si verba antecedentia eam sententiam habere voluisset Dionysius, ut nullam domum esse eo ipso tempore quo scribebat, appareret, in qua non certe *unus*

sit mortuus, tunc εἷς haud dubie ut loco longe aptiori vel statim post οὐκ ἔστιν vel post ἐν αὐτῇ posuisset, et ut magis etiam in illo εἷς maximam orationis vim inesse videretur, fortasse vel ἀλλὰ, *certe*, illi εἷς anteposuisset, deinde vero καὶ ὄφελόν γε aut simpliciter scripsisset aut repetito priore εἷς. cf. Galat. iii. 4. v. 11. 12. Jam vero magis etiam illi εἷς repugnant subsequentia. Quomodo enim, quæso, illi sententiæ: Et utinam unus tantum in unaquaque domo nunc esset mortuus, conveniunt verba πολλὰ μὲν γὰρ—συμβεβηκότα, quæ nihil nisi hoc significare possunt: multa enim et acerba *ante hanc calamitatem* contigerunt? Dicendum erat potius, ut recta fieret et esset oppositio: sunt enim adeo in quaque domo *plura* funera, non solum unum funus, vel: multa enim mala nunc etiam accidunt. Quæ cum ita sint, facile, credo, intelligitur illam lectionem εἷς longe minori etiam librorum auctoritate munitam plane rejiciendam esse. Neque vero cod. Reg. lectio vera est, quam Nic. sequitur et qua sublata post συμβεβηκότα distinctione εἰς referatur ad ἤλασαν. Nam vel hæc satis se prodit ut profectam ab iis qui locum nostrum omisso εἷς vel εἰς non perspici commodo posse opinarentur. At locus jam potest optime intelligi. Dionysius enim tum illud quo scribebat, tum præteritum malorum quibus pressi erant, tempus in mente habens, hæc scripsit: Plena jam omnia sunt lamentis (νῦν μέν γε θρῆνοι πάντα) et ob mortuorum ac morientium hominum multitudinem tota urbs ejulatu circumsonat (νῦν ἐγενήθη κραυγὴ μεγάλη), nulla nunc est domus, in qua non sit aliquod funus. Et utinam gravis illa funerum calamitas nunc tantum, cum hæc scribo, nos turbet et vexet! Multa enim et acerba mala ea etiam sunt, *quæ hoc præsens malum antecesserunt.* Opponit igitur Dionysius malum, quo nunc affligantur, et quod antea jam perpessi sint, nullo modo cogitans præ reliquis de numero calamitosorum. Male igitur vertit Valesius, quem secutus est Stroth., verba: καὶ ὄφελόν γε: Atque utinam *unum duntaxat* in unaquaque domo esset. HEIN.

22, 3. Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν] Repetit hic Dionysius et quasi compendio enumerat cuncta, quæ Christiani passi fuerant Alexandriæ jam inde ab initio sui pontificatus. Primo enim, inquit, nos persecuti sunt. Persecutionem intelligit

quæ cœpta est anno ultimo Philippi imperatoris. Bellum deinde, ait, secutum est intestinum. De hoc civili bello Alexandrinorum vide epistolam Dionysii ad Fabium supra in lib. vi. cap. 41. Deinde cum paululum, inquit, nos et illi quievissemus, incubuit lues illa gravissima, ea scilicet quæ sub Gallo et Volusiano grassata est, cum jam antea sub Decio cœpisset. Aliquot enim diaconi ea peste consumpti sunt temporibus Decii, ut patet ex epistola Dionysii ad Domitium et Didymum in cap. 11. hujus libri. VALES.

Ib. πανδοκεῖον Steph. solenni in hac voce varietate. Πανδοχεῖον dedit solius Niceph. auctoritate, cum Val., quamvis ipse scripserit πανδοχεῖον, tamen de codicum suorum lectione nihil monuerit, Strothius. Ob hanc ipsam causam utra lectio sit verior, difficilius est ad definiendum. Quamvis enim constet, recentiores adscivisse πανδοχεῖον ita ut πανδοκεῖον tanquam melioris notæ verbum antiquiorum scriptorum videatur esse proprium (vid. Lobeck. *ad Phryn.* p. 307. cf. Aristoph. Plut. v. 436. Oudendorp. *ad Thom. M.* p. 676. Pierson. *ad Mœr.* p. 271. Fischer. *ad Theophrast. charactt.* vi. 2.), tamen ipsi recentiores Græci Atticæ non minus dialecti quam aliarum subinde usi sunt vocabulis, unde codd. auctoritate maxime hac in re est confidendum. Ea vero h. l. confidere non possumus. Nihilo minus tamen, cum Nic. habeat πανδοχεῖον, et codex Reg. sæpe cum Nic. consentiat, ac tum plerumque veram lectionem exhibere censendus sit, Stephanus etiam haud semel codicis Medicæi sæpius rejiciendas quam probandas lectiones contra cod. Reg. auctoritatem tenuerit (vid. Stroth. *præfat.* p. ix. 1. p. xi. 3.), his omnibus lectionem πανδοχεῖον longe probabiliorem reddi, facile intelligatur. Cf. Luc. x. 34. Chrysost. tom. x. p. 375. C. T. xii. p. 392. A. habet σιτοδοχεῖον. cf. Eurip. Alcest. v. 570. ξενοδοχεῖν. Homerus constanter habet ξεινοδόκος. cf. Maittaire *de dialectt. ling. Gr.* p. 171. C. Ad rem quæ h. l. narratur, cf. Augusti *Denkwürdigkeiten* tom. viii. p. 164. 3. ubi cum alia tum hæc leguntur: *The words* εὐωχηθέντες ἐν οὐρανῷ, *clearly allude to the eucharist or love-feast.* Conferri potest Chrysostom. tom. v. p. 589. ubi cœna sacra vocatur εὐωχία πνευματική. HEIN.

22, 5. ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας] Langus et Christophorsonus verterunt *mitigantes*, quam interpretationem equidem

probare non possum. Nam ἀναμάσσειν sive ἐκμάσσειν, idem est quod *exprimere, extergere.* Ait igitur Dionysius, Christianos qui ægros pestilenti morbo laborantes invisebant, expressos ægrotantium dolores in semetipsos transtulisse. Id enim significat vox ἀναμασσόμενοι, id est, *excipere in se et quasi exsugere alterius morbum.* Idem igitur est quod antea dixit Dionysius, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες. VALES. Cf. Pierson. *ad Mœrid.* p. 291. sq. HEIN.

22, 6. μόνης φιλοφροσύνης] Non recte, meo quidem judicio, Musculus et Christophorsonus *veram benevolentiam* interpretantur, cum φιλοφροσύνη sit potius benevolentia in sermone et affabilitate posita, quæ *comitas* dicitur a Latinis. Gallice *civilitatem* et *complementum* vocamus. Videtur autem hæc vox περίψημα quæ in epistolis Pauli legitur, vulgo fuisse ab Alexandrinis usurpata, quoties se in salutationibus mutuo compellarent, et operam atque obsequium sponderent, ἐγὼ εἰμὶ περίψημα σοῦ. Quod certe hic Dionysii locus videtur innuere. Nisi potius intelligamus, Christianos vulgo a gentilibus vocatos fuisse hoc nomine, πάντων περίψημα, id est, *purgamenta sæculi,* quod magis placet. VALES. Vid. *Excursus* xii. HEIN.

22, 7. καὶ διατιθέντες] Christophorsonus vertit: *Decenter ornantes,* male. Nam de ornatu mox subjungit Dionysius. Rectius igitur verti *componentes,* quomodo loquuntur Latini. Sic Persius:

——— *tamdemque beatulus alto*
Compositus lecto, etc.

Hieronymus lib. i. in Jovinianum: *Compositoque ex more cadaveri seipsa superjecit.* Hinc compostus pro sepulto apud Virgilium et Horatium. Possidius in vita b. Augustini: *Confestim vero pro ejus commendanda corporis depositione oblatum est, peractoque solemniter exequiarum ministerio, insigniter compositus deportatus ac sepultus est.* Ita enim legitur in codice Mosciacensi. VALES.

Ib. καὶ περιστολαῖς] Nec hanc vocem intellexit Christophorsonus qui vertit: *Linteo funebri involvere.* Solebant enim Romani tunc temporis cadavera vestibus amicire. Ac de gentilibus quidem res protrita est, adeo ut exemplis non egeat. Ipsos vero Christianos fidelium cadavera splendidis vestibus

obtexisse, docet exemplum Asturii in cap. 16. hujus libri. Hieronymus in epitaphio Paulæ: *Quis inopum moriens non illius vestimentis obvolutus est?* Nec aliter intelligendus est locus Possidii, quem antea citavi. Græci id vocant περιστέλλειν. Athenæus in lib. xi. cap. 7. ὃν τρόπον Πυθιονίκην περιέστειλε τελευτήσασαν ὁ Ἅρπαλος. VALES. Cf. supra cap. xi. (pag. 572.) et cap. xvi. Eurip. Med. v. 1023. κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν Alcest. v. 680. Sed sæpe etiam vox περιστέλλειν hac in re usitatissima indicat omnem curam, quam pollinctores cadaveribus adhibebant, ut membra collocare, ungere, faciem componere, fasciis obvolvere, vestes pretiosiores induere. Vid. Cuperi *observv.* ii. 9. cf. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 648. ii. p. 1196. Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* v. 5. p. 197. ed. ii. viii. 2. Sophocl. Ajac. v. 922. πεπτῶτ' ἀδελφὸν τόνδε συγκαθαρμόσαι. Ceterum locus iste Eusebii est satis illustris, utpote ex quo, ut ex aliis, quam quantam curam adhibuerint Christiani antiqui in curandis corporibus mortuorum, disci possit. Adde Augustini tractat. *de cura pro mortuis gerenda.* Tertull. apol. c. xxxix. xlii. Sigillatim de hoc genere egit Muratorius in dissertatione *de antiquis Christianorum sepulcris* quæ legitur in Ejusd. *Anecdott.* cf. Riccii *dissertatt. Homeric.* xliii. p. 329. sqq. ed. Born., ubi p. 336. sqq. de antiquitate rituum Christianorum quoque in curandis mortuis disseritur. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 514. sq. ed. ii. Sed notatu etiam dignum est, quod scripsit Dionysius τὰ δέ γε ἔθνη πᾶν τοὐναντίον, *etc.*, cum, qua diligentia, qua religione alias ipsi gentiles mortuorum corpora curaverint, satis constet. Vid. Homer. Il. xxiii. 13. sqq. Od. i. 289. sqq. xi. 66. sqq. 425. sq. xxiv. 68. sqq. Apollon. Rhod. i. 1059. sq. ii. 839. iv. 1553. sq. Artemidor. Oneirocrit. iv. 83. Maxim. Tyr. dissertt. xxvi. 9. tom. ii. p. 30. sq. ed. Reisk. Pausan. Attic. i. 32. Τοὺς δὲ Μήδους Ἀθηναῖοι μὲν θάψαι λέγουσιν, ὡς πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι. cf. supra c. 21. not. 13. Atque a Græcis ad Latinos hoc translatum esse, docet Ovid. Fastor. ii. 543. sqq.

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus auctor,
Attulit in terras, juste Latine, tuas.
Ille patris genio solemnia dona ferebat:
Hinc populi ritus edidicere tuos.

Ovid. Trist. iii. 45.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,
Indeploratum barbara terra tegit.

Virgil. Æn. x. 903. sq.

Unum hoc, per, si qua est victis venia hostibus, oro,
Corpus humo patiare tegi.

Horat. carm. i. 28, 23. Adde Kirchmann. *de Funeribb. Roman.* i. 12. iii. 3. 24. Itaque fortasse nihil nisi insignis pestis illius sævitia movit gentiles illos, ut idem facerent, quod consueto more fecisse dicuntur Arabes, qui teste Strabone lib. xvi. mortuorum corpora non pluris quam stercus putavere. Cf. Job. xvii. 14. ii. 4. Adde Julian. epist. xlix. p. 429. ed. Spanhem. Notabilis etiam est locus Plutarchi de audiendd. poett. c. ii. p. 13. ed. Krebs. ii. Ὅσοι μέν τοι τὸν θανατὸν ὡς οἰκτρὸν, ἢ τὴν ἀταφίαν ὡς δεινὸν ὀλοφυρόμενοι καὶ δεδιότες, φωνὰς ἐξενηνόχασι,

Μή μ' ἄκλαυστον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν (Hom. Od. xi. 72.)
καταλείπειν. καὶ,
Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδος δ' ἐβεβήκει,
Ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀδρότητα καὶ ἥβην. καὶ,
Μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς
Λεύσσειν, τάδ' ὑπὸ γῆν μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.

Αὗται πεπονθότων εἰσὶ καὶ προεαλωκότων ὑπὸ δόξης καὶ ἀπάτης.— πρὸς ταῦτα δὴ πάλιν παρασκευάζωμεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἔχειν ἔναυλον, ὅτι ποιητικῇ μὲν οὐ πάνυ μέλον ἐστὶ τῆς ἀληθείας. Observanda denique est orationis brevitas in formula πᾶν τοὐναντίον scil. ἐποίησαν: Gentiles vero prorsus contraria his *egerunt*, ut vertit recte Valesius. Liberius Stroth. reddidit: *Bei den Heyden aber war es ganz umgekehrt.* Fortasse Stroth. ἦσαν ad πᾶν τοὐναντίον supplendum putavit, quod si quis velit supplere, convenirent illa verba nostris: *Die Heyden aber waren das völlige Gegentheil.* Sed priorem rationem præferendam puto. Vid. quæ observavi ad Euseb. H. E. v. 28. Eadem est ratio formulæ πᾶν μᾶλλον apud Theophrast. Charactt. xxv. 3. πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι i. e. π. μ. ποιεῖν ἢ μ. HEIN.

23, 1. Ἐκεῖνος μὲν οὖν] Recte Christophorsonus Macrianum hic intelligi animadvertit, cujus proditione Valerianus in Persarum potestatem venit. Valerianum certe ducum proditione

in illam calamitatem incidisse, testantur Aurelius Victor, Syncellus et alii. Porro hæc Dionysii verba, jungenda sunt cum illis quæ supra retulit Eusebius in cap. 10. hujus libri. Sunt enim ex eadem Dionysii ad Hermammonem epistola. Ac ne unum quidem verbum inter hæc duo fragmenta interjectum erat. Sed et in cap. i. hujus libri, fragmentum ejusdem epistolæ affert Eusebius. VALES.

23, 2. νέφος bene vertit Strothius *ein Gewölke*, minus recte Valesius *nubes*. Potest enim νέφος etiam hoc loco a νεφέλη distingui, ut distinguendum esse nuperrime docuit pro sua sagacitate Tittmannus in *Lexic. Synonymor. in N. T. Specim.* v. p. 7. sqq. " Νέφος et νεφέλη in eo quidem conveniunt, quod aërem humidum et spissum, quo cœlum *obtegitur*, significant, sed eo tamen differunt, quod νέφος indefinitum nimbum denotat (*das Gewölke*), νεφέλη autem singulas nubes, quæ ex illo nimbo veluti massa nubila, in certam aliquam formam coierunt (*die Wolken*). " Quamquam semper et tum ab Homero tum a serioribus scriptoribus discrimen illud observari, non affirmarim. Cf. Passow. *Lexic.* s. v. νεφέλη et νέφος. Adde locum insigniorem, qui fugit diligentiam Tittmanni, Homer. Od. xii. 74. sq.

—— νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκεν
Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ.——

Ad quem locum Eustathius commentatur hæc: Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι εὐθὺς καὶ ἕτερον ἐπισυνάπτει σχῆμα καινὸν, τὸ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ· ἐχρῆν μὲν γὰρ εἰπεῖν, ἡ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ·—ὁ δὲ ἄλλως ἔφη, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ· τουτέστι τὸ νέφος, ὃ ταυτὸν τῇ νεφέλῃ κατὰ πολυωνυμίαν. Similiter Scholiasta ad τὸ μὲν observat: τὸ νέφος πρὸς τὸ συνώνυμον (nempe νέφος pro νεφέλη) ἀπήντησε, τὸ, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ σχημάτων σημαινομένων ἀκολουθίαν. Elegans vero est conjectura Baumgarten-Crusii (Homeri Odyss. vol. ii. p. i. p. 242.), pro ἀπήντησε conjicientis legendum esse ἀπήρτισε. Et Dionys. Hal. de Homeri poësi §. 8. Ἐπεὶ γὰρ, inquit, συνωνύμως λέγεται νεφέλη, καὶ νέφος, προειπὼν τὴν νεφέλην, ἐπήνεγκε τὸ οὐδετέρον νέφος. Adde Porphyr. Quæstt. Homm. vii. HEIN.

Ib. προπελάσας] In tribus nostris codicibus legitur προσπελάσας, quibus consentit etiam Nicephorus. Nec dubito, quin

scribendum etiam sit προσστὰς cum duplici sigma[i]. Scribendum quoque est ὁ Μακριανὸς, ut legitur in Maz. Med. ac Fuk. Idcirco autem Dionysius de Macriani imperio loquitur, quod eum imperatorem Ægyptus cum universo oriente susceperat. Docet id vetustus nummus a Joanne Tristano V. C. editus, in cujus adversa parte hæc habetur inscriptio: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟΣ. In altera parte: ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. VALES. Verba sequentia ὁ μὲν οὐκ ἔστιν κ. λ. male vertit Strothius: *so ist auch Macrianus jetzt nichts mehr, wie er denn auch vorher nichts war.* Vid. x. 4. HEIN.

23, 4. ὁ δὲ—φιλοθεώτερος] Valesius vertit *religiosissimus deique amantissimus.* Nescio tamen an necessario Comparativus pro Superlativo positus esse h. l. credendus sit. Vid. quæ observavi ad iii. 8. (pag. 146.) v. 24. (pag. 397. sq.) Cf. Davisius *ad Maxim. Tyr. dissertatt.* iii. 5. xxiii. 1. tom. i. p. 35. sq. p. 439. sq. ed. Reisk. Perperam certe Strothius vertit *der geheiligte und gottgefällige Monarch.* HEIN.

Ib. Pro ἑπταετηρίδα Cph. legit ὀκταετηρίδα. Quam lectionem deberi sciolo cuidam, qui putabat, cum hic noni anni mentio fieret, ὀκταετηρίδα præcedere debuisse, neque animadverteret Dionysium ἑπταετηρίδα tanquam tempus fatale commemorare, recte censuit Strothius. Atque hanc rationem cum ipso V. D. præfero ei, quam attulerat ille in: *Uebersetzung des Eusebius* tom. i. pag. 563. not. 3. *Dionysius is here speaking only of the time during which he actually reigned in Egypt. For during this period Macrianus had reigned one year in Egypt, and meanwhile the reign of Gallienus had been merely nominal in that place.* Verba μοι—ἔπεισι σκοπεῖν recte vertit Val. mihi—contemplari *subit*, Stroth. *es fällt mir ein.* Aptius etiam esset: *es kommt mir an.* Vid. Valckenar. *ad Eurip. Phœn.* v. 1378. Hermann. *ad Viger.* p. 758. sq. Plutarch. Timoleon c. xxi. γελᾶν αὐτοῖς ἐπῄει. Cf. Parthenius cap. xvii. καί τις ἔρως ἐπῄει τὸν Περίανδρον. Bast. *epist. crit.* p. 195. HEIN.

24, 3. Ὑποδεικνύντι] In Cod. Maz. Med. Fuk. et Sav. ἀποδ. scribitur rectius. Porro cum constet ex hoc loco, librum Dionysii Alexandrini de promissionibus scriptum fuisse ad-

i Repugnat in eo Valesio Pearson. *annall. Cyprian.* ad a. 261. n. iii. HEIN.

versus Nepotem episcopum Ægypti, miror Hieronymum in præfatione libri xviii. commentariorum in Esaiam, affirmare eum librum adversus Irenæum Lugdunensem episcopum a Dionysio fuisse conscriptum. Fuit quidem Irenæus ex numero eorum, qui regnum Christi mille annorum spatio in terris futurum crediderunt, quibus id Papias persuaserat, ut scribit idem Hieronymus in catalogo et Eusebius noster in fine libri iii. Verum Dionysii liber non adversus Irenæum scriptus erat, sed adversus Nepotem, ut patet tum ex hoc Eusebii loco, tum ex ipso Hieronymo in libro de scriptoribus ecclesiasticis, ubi de Dionysio loquitur. VALES. Hieronymum erroris esse accusandum negat Stroth. *Uebers.* tom. i. p. 564. not. 5. "*For Dionysius wrote here against the Millenarians in general, and Nepos only gave the immediate occasion.*" Cf. I. Schupartus *de Chiliasmo Nepotis, Elencho Dionysii Alex. confecti*, Giess. 1724. 6. et Moshem. *Commentt. de rebus Christianorum a C. M.* p. 721. sq., quos laudat Danz. p. 108. Præterea Hieronymus in catal. hæc scribit: *Apocalypsin Johannis, si juxta litteras accipimus, judaizandum est, si spiritualiter, ut scripta est, disserimus, multorum veterum videbimur opinionibus contraire* etc. HEIN.

24, 3. ψαλμῳδίας] Christophorsonus *psalmos et hymnos a Nepote compositos* interpretatur[j]. Sane hic fuit mos veterum Christianorum, ut psalmos et hymnos in honorem Christi componerent. Quod testatur Eusebius in fine lib. v. De his psalmis mentio fit in epistola concilii Antiocheni adversus Paulum Samosatenum[k], et in canone penultimo concilii Laodiceni. Ubi diserte prohibetur, ne psalmi ἰδιωτικοὶ, id est, *a privatis hominibus compositi*, in ecclesia recitentur. Invaluerat enim hæc consuetudo, ut multi psalmos in honorem Christi componerent eosque in ecclesia cantari facerent, ut ex locis supra notatis apparet[l]. Hujusmodi ergo psalmos in ecclesia

j Quomodo verterint Valesius et Strothius ac quomodo ipse vertendum putem, vide paulo inferius a me monitum. HEIN.

k Infra cap. xxx. HEIN.

l Cf. Tertullian. de carne Christi c. 17. *Sed remisso Alexandro cum suis syllogismis quos in argumentationibus torquet, etiam cum psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicujus auctoris interserit, ad unam jam lineam congressionem dirigamus.* ibid. c. 30. *Nobis quoque ad hanc speciem psalmi patrocinabuntur, non qui-*

deinceps cani vetant patres concilii Laodicensis, quos ἰδιωτικοὺς appellant, id est, *ab hominibus imperitis compositos, non a Sancto Spiritu dictatos.* Ita explicat Agobardus in libro de ritu canendi psalmos in ecclesia. VALES. Verba τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας vertit Valesius: *ob psalmorum multiplices cantus.* Sed accuratius jam Christophorsonus et rectius Strothius vertit: *um der vielen von ihm gedichteten Lieder willen.* Nam haud dubie ob compositionem, non ob decantationem carminum Nepos h. l. laudatur. De hac tamen insolentiori vocis ψαλμῳδία significatione, qua certe non de sola psalmorum recitatione vel decantatione est cogitandum, nihil dixit Suicerus, nihil Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christl. Archæol.* tom. vi. p. 159. 188. 2. de consueta tantum verbi vi disserens et l. c. t. iii. p. 387. cf. t. iv. p. 133. sq. ψαλμῶν ἰδιωτικῶν mentionem faciens. Sed de magno qui in veteri ecclesia psalmis contigit, honore et dignitate vid. Augusti ibid. t. vi. p. 170. sqq. cf. Suicer. tom. ii. p. 1565 sqq. Ernesti *Antimuratorius* p. 17. sq. "*Potuere etiam psalmi Davidici in communibus precibus usurpari: quod mihi maxime placet: propterea, quod satis constat, iis veterem ecclesiam et in canendo et in precando maxime esse usam, cum mallent divinitus scripta in Deo colendo, quam humana, adhibere. Hieronymum quidem, cum sacrorum librorum versionem Latinam veterem—corrigeret, psalmos intactos reliquisse constat, ne populum conturbaret, qui illi veteri interpretationi adsuetus esset, eaque in supplicationibus publicis uteretur.*" HEIN.

Ib. δι' αἰδοῦς ἄγω, i. e. αἰδοῦμαι] Ita Euseb. V. C. iv. 52. διὰ φροντίδος ἄγειν Ælian. V. H. ix. 4. 'Ανακρέοντα——διὰ σπουδῆς ἦγε, i. e. faciebat plurimi. De hoc usu præpositionis διὰ præter Hoogev. *ad Viger.* p. 585., vid. Valcken. *ad Eurip. Phœn.* p. 177. Brunck. *ad Soph. Œd. Tyr.* v. 773. Lennep. *ad Phalar. epist.* p. 26. Bast. *epist. crit.* p. 207. cf. Tittmann. *Lexici synonymorum in N. T. spec.* vii. p. 10. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 1149. Frequentissime jungitur ἔχειν ita cum διά. Ita infra cap. 25. διὰ σπουδῆς ἐχόντων. Cf. Nicol. Dam. histor. p. 65. δι' ὑποψίας γίγνεσθαι. ibid. de vita Augusti p. 88.

dem apostatæ, et hæretici, et Platonici Valentini, sed sanctissimi et religiosissimi et receptissimi prophetæ David. Vid. Le Moyne *varr. sacra* tom. ii. p. 1086—1098. HEIN.

οἷς τὸ πράττειν δι' ἐλπίδος ἦν, i. e. quibus spes erat, ut recte vertit Valesius. Pro hoc tamen apud Sophocl. Trachin. v. 137. *ἔλπισιν ἴσχειν* legitur. HEIN.

Ib. *ᾗ* scripserunt cum Venet. Cph. Cast. Stroth. et Zimmermannus. Sed *ἢ* recte dedisse puto Valesium cum Steph., quamvis deberet monere de codd. suorum lectione et male verterit: *vel ob id maxime, quod ex hac vita migravit.* Erat potius vertendum: magis revereor Nepotem ob hanc psalmorum compositionem *quam antequam* vita excessit. Patet autem difficiliorem esse lectionem *ἢ* quam *ᾗ*, quod in ipsa Germanica interpretatione jam legisse videtur Strothius. Vertit enim: *ja ich habe auch vorzüglich deswegen Ehrerbietung gegen ihn, weil er schon gestorben ist.* Sensus autem ex utraque lectione fere idem existit, hominum laudandorum observationem et desiderium augeri ubi eos mors nobis eripuit. Cf. Hom. Odyss. xxii. 412.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Sophocl. Ajac. v. 962. sqq.

——— κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν,
θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός·
οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισιν, τἀγαθὸν χεροῖν
ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.

Contra vid. ibid. v. 1266. sqq. HEIN.

Ib. *ᾗ προανεπαύσατο*] Plinius in lib. xxviii. cap. 2. *Cur*, inquit, *ad mentionem defunctorum, testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari?* VALES.

Ib. *ἀλήθεια* cf. supra iv. 16. HEIN.

24, 4. *κατεπαγγελλομένων*, id est, *diu ante promittunt quam tradant.* Metaphora est a mysteriis Græcorum, qui magna quædam et miranda initiatis promittebant, eosque diuturna exspectatione cruciabant, *ut opinionem ac reverentiam suspendio cognitionis ædificarent*, quemadmodum loquitur Tertullianus in lib. contra Valentinianos. VALES.

24, 5. Τούτοις—λέγων] Sequentia versa inveniri possunt in Walch. *Ketzergeschichte* t. ii. p. 168. HEIN.

Ib. *ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα*] Langus et Musculus interpretantur *emersit.* Christophorsonus autem vertit *prodiit in lucem.* Ego

vero malui vertere *increbruit,* quo sensu Eusebius hanc vocem usurpat in cap. 29. hujus libri. VALES.

24, 6. εὐπαρακολούθητον] Feliciter mihi vertisse videor *docilitatem.* Nam παρακολουθεῖν proprie dicuntur auditores, qui sensum verborum assequuntur. Male ergo Musculus et Christophorsonus *obsequium* interpretati sunt. VALES. Cf. Plat. Men. p. 21. ed. Buttm. ἀποκρίνωμαι ᾗ ἂν σὺ μάλιστα ἀκολουθήσαις. Sympos. 39, 4. οὐ σφόδρα ἑπομένους νυστάσεις. Phæd. 5. init. 56. extr. Felicius etiam quam a Valesio verti posse puto τὸ φιλάληθες καὶ τὸ εὐπαρακολούθητον *cognoscendæ veritatis eamque quasi sequendi studium.* Cf. Quintil. Inst. X. 1. 15. *sequi* suis viribus. HEIN.

Ib. μὴ omissum a Val. et Zimmermanno atque ut videtur Rufino, inserui propterea quod sequentia illud necessario postulant. Statim enim post illud εἰ καὶ μὴ—ἔχοντα explicatur verbis contrariis ἀλλ' ἐς ὅσον——αἰδούμενοι et nominatim illa μήτε εἰ λόγος αἱρεῖ, μεταπείθεσθαι καὶ συνομολογεῖν αἰδούμενοι hanc sententiam aperte declarant, veritos illos non esse mutare sententiam aliisque assentiri, *siquidem rationibus convicti fuerint.* Quodsi antea dictum esset, eos vel tunc si rectæ iis esse viderentur suæ sententiæ, haud eas tenuisse, quomodo hæc duo deinde sibi haud repugnent, equidem non satis video. Quare μὴ inserui eo magis quo minus Val., ubi illud omittatur, indicavit. HEIN.

Ib. τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν] Musculus vertit *instare proposito,* multo rectius quam Christophorsonus, qui vertit: *ea quæ erant ab aliis proposita munire.* VALES. Val. vertit: ad ea, de quibus instituta erat disputatio, eniti. HEIN.

Ib. ἡπλωμέναις ταῖς καρδίαις] Hic quoque Musculus multo rectius vertit, quam Christoph. et Langus. Nam Christoph. vertit: *puris erga Deum ac simplicibus animis.* Atque ita fere Langus. At Musculus recte interpretatus est: *cordibus ad Deum expansis.* Sed et longe ante Musculum Rufinus recte hunc locum exposuerat: *patefactis cordibus Deo.* VALES.

24, 7. συγκαταβάσει] Hoc loco συγκατάβασις ponitur non pro *dispensatione* [m], sed pro συμβιβάσει, id est, *unitione,* ut sic dicam, et *reconciliatione.* Qua voce utitur Dionysius paulo

[m] Cf. Hieronym. apol. i. contra Ruf. t. ii. opp. p. 138. HEIN.

supra, *καὶ συμβιβάζουσα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους*. Eodem sensu Paulus in epist. ad Colossens. cap. 2. *συμβιβάζειν* et *συμβιβασμὸν* dixit. VALES. Minime vero *συγκατάβασις* confundi debet cum *συμβιβασμὸς* s. *συμβίβασις*, cum in illo insit longe plus. Dicitur enim h. l., lætatos esse qui aderant, de communi rei deliberatione s. disputatione (cf. i. 2.), *de studio ad omnium sententias quasi descendendi* deque assensu. Referenda autem *συγκατάβασις* maxime videtur ad Coracionem, de quo proxime sermo erat, et qui non pertinaciter et obstinate, quamvis posset, resistebat et contendebat, sed ad alios sese demittebat et quasi descendebat. Inest enim in voce *συγκατάβασις* semper illud, eum cujus illa est, esse qualicunque de causa superiorem et fortiorem, neque aliorum vi sed sola sua voluntate et judicio ad illam adduci. Itaque male *reconciliationem* vertit Valesius, melius Strothius *das Nachgeben*. Jam vero ex ipsa illa vocabuli *συγκατάβασις* significatione, fluxit quoque notus illius usus, quo de pessima eorum consuetudine usurpabant illud patres ecclesiastici qui vel falsis aliorum opinionibus assentirentur (*Accommodation*). Vid. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1067—1074. Ejusd. *Observv. Sacrr.* p. 130. sq. Rittershus. *Sacr. Lect.* i. 14. Præterea cf. Chrysostom. de sacerdot. vi. 4. 528. 529., ubi postquam dixit Chrysostomus, clericum esse debere *ποικίλον*, ita pergit: *ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον· οὐδὲ κόλακα καὶ ὑποκριτὴν, ἀλλὰ πολλῆς μὲν ἐλευθερίας καὶ παρρησίας ἀνάμεστον, εἰδότα δὲ καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅτ' ἂν ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις τοῦτο ἀπαιτῇ, καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἑνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασιν——καὶ πολλῆς χρεία καὶ συγκαταβάσεως καὶ ἀκριβείας.* Euseb. demonstr. evang. i. 8. *συγκατιόντες τῇ τῶν πλειόνων ἀσθενείᾳ*, i. e, ad plurium imbecillitatem se demittentes. Ibid. paulo antea legitur pro illo: *κατάλληλον ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς ποιούμενοι τὴν διδασκαλίαν.* Sed vox Græcis plane inaudita est *συνδιάθεσις*, quod junctum verbo *συγκατάβασις* idem est quod *συγκατάθεσις*, quo antea usus erat Dionysius: *τὰς συγκαταθέσεις ἐποιούμεθα assensiones* a nobis fiebant, ut vertit Val. Vid. Cicer. Academm. i. 12. ed. Schütz. "de *assensione* atque *approbatione quam Græci συγκατάθεσιν vocant*," etc. Gell. N. A. xix. 1. visa isthæc non *approbat*, h. e. *οὐ συγκατατίθεται*—sed

abjicit respuitque. Wetsten. *ad Luc.* xxiii. 51. 2 Corinth. vi. 16. Plutarch. Brutus c. xlv. ext. Neque tamen ipse συγκατατίθεμαι Lobeckio *ad Phryn.* p. 398., qui nostro loco pro συνδιαθέσει scribi voluit συγκαταθέσει. HEIN.

25, 1. Ἀνεσκεύασαν Rufinus interpretatur: *a canone scripturarum abjiciendum putarunt.* Cf. Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* xv. 24. p. 529. ed. ii. HEIN.

Ib. ἀγνοίας παραπετάσματι] Hoc ipsum ἀγνωσίας nisi verum sit, tamen optime sententiam quæ in voce ἀγνοίας inest, explicare, recte ad h. l. monet Str. Male enim Ruf. ac Val. *ignorantiæ* verbo usi sunt, cum ἀγνοίας παραπετάσματι potius sit: sub tegumento et quasi velo earum rerum *quæ non possunt satis cognosci et perspici*, *unter einer so starken und dicken Decke von Nonsense*, ut interpretatur Str. HEIN.

25, 2. τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι] Vid. iii. 28. (pag. 180.) HEIN.

25, 3. καὶ γὰρ——τοῖς ῥήμασιν] Patet ut ex verbis præcedentibus ἐγὼ——ἀδελφῶν, satis timide adhuc et cautissime judicasse de apocalypseos authentia Dionysium. Hoc enim profecto magnum est, non intelligere sensum illius libri et tamen suspicari inesse aliquid sublimius et reconditum. Cf. Le Moyne *varr. sacr.* t. ii. p. 1012. sqq. Longe liberius Lutherus: "*Many of the fathers have rejected this book; and although Hieronymus holds lofty language, and says it is beyond all praise, and contains as many mysteries as words, yet he is not able to prove any thing of it, and perhaps in many places is too liberal of his praise. But let every one think of it as his own genius leads him. My genius cannot suit itself to the book.*" HEIN.

Ib. πίστει δὲ πλέον] Vid. index verborum s. v. πίστις. HEIN.

25, 4. ὡς εἰπεῖν Valesius plane non vertit. Strothius autem non solum ad vaticinium sed etiam prophetam illud referens reddidit locum ita: *Nachdem der sogenannte Prophet seine ganze sogenannte Weissagung vollendet.* Quod ad illam locutionem ipsam attinet, alias ea significatur, *ut ita dicam*, ut supra cap. xi. ubi vid. (p. 568.) Chrysost. de sacerdot. i. 4. 41. τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, ὡς εἰπεῖν, φέροντες ἐνεθήκαμέν σου ταῖς χερσὶ ubi non satis accurate vertit Bengelius: ut aiunt.

Cf. ibid. iii. 15. 286. τὴν μὲν γὰρ ῥίζαν καὶ, ὡς ἄν τις εἴποι, μητέρα μίαν ἔχουσι. Herodot. vi. 95. vii. 24. Eodem modo apud Eusebium infra c. xxx. ext. legitur σχεδὸν εἰπεῖν, *so zu sagen*, ut recte vertit Strothius. Cf. Plat. Sophist. p. 237. C. χαλεπὸν ἤρου, καὶ, σχεδὸν εἰπεῖν, οἵῳ γε ἐμοὶ παντάπασιν ἄπορον. Aptius vero alias vertes ὡς εἰπεῖν et ὡς ἔπος εἰπεῖν (Eus. H. E. x. 4.) per: *quodammodo*, *fere*. Ita vi. 27. ὡς εἰπεῖν Ruf. vertit *pene* et Nic. habet σχεδόν. Vid. Chrysost. de sacerd. iv. 4. 402. διὰ τοῦ μέρους ἅπαν, ὡς εἰπεῖν, λυμαίνεται τὸ λοιπόν. ibid. vi. 3. 516. καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν. Hebr. vii. 9. Plat. Apol. Socr. i. Præterea vid. Fischer. *ad Weller*. t. i. p. 17. Wolf. *ad Demosth. Lept.* p. 361. cf. Matthiæ *ausf. Gramm.* p. 1069. HEIN.

Ib. ἑαυτόν] Cf. Apoc. xxii. 7, 8. ubi ad ἐγὼ Ἰωάννης, non subaudivisse patet Dionysium εἰμί. HEIN.

Ib. μακάριος——τούτου] Satis acute Lutherus de hoc apocalypseos effato hæc pronuntiat: "*It appears to me also to be going too far, so imperiously to put forward his own book, more than any other of the sacred books do, where it is more to the purpose, and to threaten that whosoever takes away from it, from him shall God, &c.; and again, blessed shall they be who keep what is therein; so then nobody knows what it is, not to mention that he has to keep it, and it is just the same as if we did not possess it at all.*" Similiter paulo inferius Dionysius verbis οὐ γὰρ εἶπεν———ἀποκαλύψεων et inde alium apocalypsin conscripsisse conjicit quam Johannem, quia illum longe plura commemoraturum fuisse de vita ac factis Christi quam suis ipsius visionibus probabile sit. Lutherus autem pergit: "*I say what I feel; to me there is more than one thing wanting in this book, to make me consider it either historical or prophetical. In my judgment it is of the same value as the fourth book of Ezra, and throughout I am unable to trace any signs of its having been written by the Holy Ghost.*" HEIN.

25, 5. διεξαγωγῆς λεγομένης] Hoc vocabulum proprium fuit rhetorum, ut vox illa λεγομένης a Dionysio adjuncta satis indicat. Et Musculus quidem *tractatum libri* interpretatur. Christophorsonus autem *discursum*. Ego διεξαγωγὴν idem esse censeo, quod *dispositionem* sive οἰκονομίαν. Nam διεξαγα-

γεῖν, idem est ac διοικεῖν, ut scribit Suidas. Possis etiam interpretari *formam et rationem scribendi* seu *characterem*, quod confirmat Dionysius. Primo enim ἀπὸ τοῦ ἤθους probat apocalypsim non esse Joannis apostoli. Deinde ex stilo et forma scribendi, id est, ex dictione atque sententiis. VALES.

25, 12. ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται] Notandus est hic Dionysii locus de antiqua Christianorum consuetudine, qui Petri Paulique, et aliorum sanctorum nomina, liberis suis imponebant tum honoris ac benevolentiæ causa, tum ut liberi sui Deo cari acceptique essent, non minus quam sancti illi fuerant. Hinc est quod Chrysostomus in tomo primo, in oratione de sancto Meletio, Antiochenos tanta benevolentia Meletium complexos esse scribit, ut parentes liberis suis nomen illius imponerent, quo domum suam ejus præsentia exornarent. Idem Chrysostomus homilia 21. in Genesim, auditores suos hortatur, ut non quævis nomina temere ac fortuito, nec avorum aut proavorum aut illustrium virorum, sed sanctorum potius hominum qui virtutibus refulserunt, liberis suis imponant appellationes, ut eorum exemplo ad virtutem incendantur. VALES. De præcedenti καὶ δὴ καὶ cf. quæ annotavi ad Euseb. H. E. iii. 23. (pag. 163. sq.) Adde Schäfer. *ad Dionys. H. de comp. verbor.* p. 228. p. 335. p. 386, quo postremo loco V. D. "*Frequentissimus*, inquit, *solemnisque usus harum particularum* (καὶ δὴ καὶ), *ubi, præmissa voce* ἄλλος, *oratio accedit ad id quod inprimis attendendum est.*" Cf. Viger. p. 497. sq. not. 6. et Hermann. *ad Viger.* p. 829. p. 839. HEIN.

25, 13. καὶ ἀπὸ τῶν νοημάτων δὲ καὶ ῥημάτων, καὶ τῆς τούτων συντάξεως] Hoc secundum est argumentum, quo Dionysius Alexandrinus conjiciebat apocalypsim et evangelium Joannis non unius scriptoris opus esse. Primum enim argumentum quo id probabat, petitur ex moribus et instituto utriusque scriptoris, ut ipse Dionysius insinuavit his verbis: τεκμαίρομαι γὰρ ἔκ τε τοῦ ἤθους ἑκατέρων. Et hoc quidem argumentum ad hæc usque verba quæ supra posuimus, Dionysius executus est. Nunc vero alterum argumentum proponit, ex verbis et sententiis utriusque scriptoris et ex collocatione verborum. Sic enim cum Cicerone interpretor vocem illam σύνταξιν.

Vide elegantissimum librum Dionysii Hal. *περὶ συντάξεως ὀνομάτων*[n]. Quamquam hoc loco *σύνταξις* tam sententiarum, quam verborum dispositionem videtur comprehendere. Porro ex hoc loco apparet, quantopere in critica exercitatus fuerit Dionysius Alexandrinus. Quippe proprium est critici, de scriptis veterum judicare, et quod verum ac germanum, quod spurium ac subditicium opus sit, discernere. VALES.

25, 15. *προανακρούεται* bene vertit Val. *hæc velut modulationis proludia præmittit.* Cf. Toup. *ad Longin.* xli. 2. Schäfer. *meletem. crit.* p. 13. HEIN.

Ib. *Ἔχεται αὐτοῦ* i. e. sibi constat, *er bleibt sich selbst treu*, ut Strothius vertit. Valesius: *totus ex se ipso pendet.* HEIN.

Ib. *τῶν αὐτῶν κεφαλαίων*] Periodos seu membra orationis intelligit, quibus integer sensus absolvitur. Sic initio hujus capitis dixit Dionysius *καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες.* Græci *περικοπὴν* etiam dicunt, Latini *capitulum.* VALES.

25, 16. *ἔλεγχος τοῦ κόσμου*] *Condemnationem* verti rectius ut opinor, quam *reprobationem.* Certe glossarium vetus *ἔλεγχον* interpretatur judicium. VALES.

25, 18. *λογιώτατα* male vertit Valesius: *cum summa elegantia* et Stroth. *sehr schön.* Est potius h. l. illud: *disertissime, ratione plane oratoria.* Cf. quæ monui ad iii. 36. (pag. 192. sq.) De judicio Dionysii quod de genere scribendi Johannis tulit vide Millii *Prolegom. in N. T.* §. 180. Eichorn. *Einleitung ins N. T.* tom. ii. p. 259. not. 1. HEIN.

Ib. *τὸν λόγον, τὴν γνῶσιν*] Per *ἑκάτερον λόγον* intelligit Dionysius *τὸν ἐνδιάθετον καὶ τὸν προφορικὸν λόγον,* id est, *rationem quæ in mente recondita est, et quæ sermone profertur.* Hoc est, quod subjungit Dionysius *τόν τε τῆς γνώσεως τόν τε τῆς φράσεως.* Sic enim scribendum est ex codice Med. Fuk. Sav. et Maz. non ut vulgo legitur *τόν τε τῆς σοφίας, τόν τε τῆς γνώσεως,* absque ullo sensu. VALES. Verba quæ paulo ante leguntur *ταῖς συντάξεσι τῆς ἑρμηνείας* Val. vertit, in tota *orationis* compositione. Vid. Hudson. *ad Dionys. de compos. verb.* p. 11. ed. Schäfer. Cf. Upton. et Schäfer. ibid. et supra not. 12. HEIN.

[n] Et ibid. init. Uptoni ac Schäferi nott. HEIN.

25, 19. *διάλεκτον μέντοι καὶ γλῶσσαν*] Valesius vertit: Verum *dictionem* ejus. Est enim *διάλεκτος* et *γλῶσσα* quod supra *φράσις, ἑρμήνεια*. Vid. Schäfer. *ad Dionys. de comp. verb.* p. 35. cf. p. 39. Sturz. *de dialecto Alexandr.* p. 11. sqq. et Ejusd. *brevis introductio in Græcæ linguæ diall.* p. xxxii. sqq. præmissa libro Maittairiano de Græc. ling. diall. quem edidit v. d. HEIN.

Ib. *ἰδιώμασι βαρβαρικοῖς* Dionysius haud dubie nihil dici voluit nisi quod antea vocaverat *ἰδιωτισμὸν*, *vitiosis dicendi generibus*, *barbarische Wendungen*, ut bene vertit Strothius. Vid. Hermann. *ad Viger.* p. 866. sqq. Simul vero notanda est constructio ipsius Dionysii paulo insolentior in verbis *χρωμένον* et *σολοικίζοντα* conspicua. Cum enim de apocalypseos *διαλέκτῳ ἑλληνιζούσῃ* locutus esset, repente transilit ad illius libri scriptorem et hunc usum esse dicit barbarismis et solœcismis, ita vero ut ad *χρώμενον* et *σολοικίζοντα* etiam supplendum sit *αὐτόν*. Cf. quæ monui ad Eus. H. E. viii. 14. Schäfer. *ad Dion. comp.* p. 31. sq. Sed Val. vertit: sed barbarismis *inquinatam* scil. *dictionem*. HEIN.

26, 1. *Ἐπὶ ταύταις*] Ergo duo illi de promissionibus libri, ex quibus superiora fragmenta excerpsit Eusebius, erant epistolæ. Quod etiam indicat locus quidam ex initio libri secundi, quem citat Eusebius in c. 22. *ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσινοείτῃ γενόμενος, ἔνθα, ὡς οἶδας, πρὸ πολλοῦ τοῦτο ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα.* Nam voces illæ *ὡς οἶδας*, epistolarem prorsus sermonem sapiunt. Verum quoniam hæ Dionysii epistolæ longiores erant, ideo libri etiam vocari possunt. Certe Rufinus in cap. 5. hujus libri epistolas Dionysii Alexandrini de baptismo vocat libros. Sed et quatuor libri contra Sabellium, quos Dionysio Romanæ urbis episcopo nuncupavit, nihil aliud erant quam prolixiores epistolæ, ut paulo post indicat Eusebius noster, qui et reliquos Dionysii libros epistolari forma ac stilo conscriptos fuisse testatur. Porro fragmentum ex lib. i. Dionysii contra Sabellium, citat Eusebius in lib. i. de præparatione. VALES.

Ib. *ἄλλα τέσσαρα συγγράμματα*] Cum Dionysius Alexandrinus in epistolis quas contra Sabellium scripserat, de Christi divinitate non recte sensisse videretur, quidam episcopi Pentapolitani Romam profecti, coram Dionysio Romanæ urbis episcopo eum accusarunt. Quos cum Dionysius Romanus

collecta in eam rem synodo audivisset, et excerptas ex Dionysii Alexandrini epistolis sententias examinasset, scripsit ad Dionysium Alexandrinum, ut fidem suam atque sententiam super ea re distinctius promeret. Quare Dionysius Alexandrinus quatuor ad Romanum scripsit epistolas, quas inscripsit ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, ut docet Athanasius in libro de sententia Dionysii Alexandrini et in libro de synodo Arimini, ubi fragmenta profert eorum librorum. Basilius quoque in lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium cap. ultimo, fragmentum adducit ex epistola 2. Dionysii Alexandrini ad Dionysium Romanum, ubi etiam testatur epistolam illam inscriptam fuisse περὶ ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, id est, *de refutatione adversariorum ac defensione sua.* VALES.

26, 2. οἱ περὶ φύσεως] Ex hoc libro insigne fragmentum affert Eusebius in libro xiv. de præparatione sub finem. Hic porro Dionysii liber de natura [o] nuncupatus erat Τιμοθέῳ τῷ παιδί. Quæ quidem vox ambiguæ significationis est. Musculus quidem et Christophorsonus *filium* interpretati sunt. Ego *puerum* verti. Neque enim existimo Dionysium conjugem unquam habuisse. Eadem difficultas occurrit supra in lib. vi. cap. 40. VALES. Inde luculenter apparet habuisse conjugem Dionysium eodem modo quo episcopum Chæremonem ibid. 42. et infra 30. Demetrianum ut recte monuit Stroth. ad h. l. Solus igitur catholicismus effecit, ut Vales. *puerum* h. l. verteret. HEIN.

Ib. ἡμῖν τε καὶ πρὸς τοῦτον] Ex multis illis Dionysii ad Basilidem epistolis, unica hodie superest, quam nobis conservavit Theodorus Balsamo. VALES.

27, 1. Ἔτεσιν ἕνδεκα προστάντα Ξύστον] Graviter hic hallucinatur Eusebius. Neque enim undecim annis Xystus Romanam rexit ecclesiam, sed biennio tantum ac mensibus undecim, ut scribitur in libro de pontificibus Romanis, quem primus edidit Cuspinianus. In eo libro anni pontificum Romanorum optime digesti sunt, a Callisto papa usque ad Liberii pontificatum. Et de Xysto quidem ita scribit: *Xystus annis 2. mensibus undecim, diebus 6. cœpit a consulatu Maximini et Glabrionis usque Tusco et Basso, et passus est octavo Idus Augusti.* Idem testatur Cyprianus in epistola ad Successum, qui et

[o] Adversus Epicuræos editus cf. Danz. p. 94. HEIN.

ipse iisdem coss. sed in sequenti mense martyrium passus est. At Eusebius nihil de Xysti martyrio nec in chronico, nec in historia ecclesiastica dicit, quod valde miror, et multo magis mirarer, nisi scirem Eusebium in rebus per occidentem gestis negligentiorem fuisse. Porro in chronico quidem scribit Xystum sedisse annos 8. cum hic undecim annos ei tribuat. Et Xysto quidem Dionysium papam successisse tradit anno Gallieni 12., in locum vero Dionysii Alexandrini Maximum successisse dicit anno 11. ejusdem Gallieni. Quod est absurdissimum, cum constet Dionysium Alexandrinum quatuor adversus Sabellium libros Dionysio Romanæ urbis episcopo nuncupasse, ut scribit Eusebius supra capite 24 [p]. Ceterum in vetustissimo codice Mazarino et in Medicæo verba transposita sunt hoc modo: *Ξύστον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας*, etc. Sic etiam scribitur in Saviliano. VALES.

Ib. *δι' ἐπιστολῆς* nescio cur verterit Valesius: *per epistolas*. HEIN.

28, 1. Νικόμας] Hoc nomen breviatum videtur pro *Νικομήδης* aut Νικόμαχος, eadem forma qua Lucas, Menas, Demas et similia. Apud Syncellum ultima syllaba circumflectitur Νικομᾶς. In vetustissimo codice Corbeiensis monasterii, qui collectionem canonum continet, inter episcopos qui concilio Nicæno subscripserunt, provinciæ Arabiæ primus nominatur Nicomas Bostritanus. Sic enim diserte scribitur in eo codice, cum vulgati codices *Nicomachum* præferant. Ita etiam scriptum inveni in altero non minoris antiquitatis codice C. Justelli. VALES.

28, 2. *κατὰ καιρὸν διαφόρως*] Omnes nostri codices uno con-

p Cf. Pagi ad a. C. 258. Pearson. *annall. Cypr.* ad eund. a. n. v. *de succ. prim. Rom. epis.* diss. i. c. 10. n. iii. Bulli *defens. fidei Nic.* p. 146. citante Readingo ad h. l. Præterea Danz. *de Euseb.* p. 51. sq. hæc attulit: "*Post martyrium Xysti* (die vi. Augusti a. 258.) *vacavit Romæ sedes anno fere uno: quo tempore penes Presbyteros cura ecclesiæ Romanæ mansit. Post hanc vacationem, anno igitur* 259., *Dionysius, Romanæ ecclesiæ presbyter, Romæ episcopus creatus est. Paulus Samosatenus secundum Chronicon Eusebii, ordinatus est episcopus Antiochenus anno post captivitatem Valeriani, qui est annus Chr.* 260. *Eusebium ergo suam ætatem ab hoc anno incipere, his ex locis constaret, nisi exploratum esset, verba τὰ καθ' ἡμᾶς, οἱ καθ' ἡμᾶς* (vid. finis cap. xxvi.) *non ita anxie apud Eusebium esse premenda. Nam ex usu ejus loquendi——etiam ea, quæ non ita longe ante ejus ætatem evenerunt, his verbis comprehenduntur. v. H. E. G. Paulus Historia Cerinthi — p.* 48." HEIN.

sensu habent κατὰ καιρούς. Itaque libenter scriberem κατὰ καιροὺς διαφόρους, cujusmodi errorem supra notavimus. Plures certe synodi adversus Paulum Samosatenum diversis temporibus congregatæ sunt, ut Eusebius Rufinusque testantur. Quod autem sequitur καὶ πολλάκις, id minime otiosum est ac superfluum. Nam et plures diversis temporibus synodos coactas fuisse ait Eusebius, et in unaquaque synodo plures fuisse sessiones sive actiones. Prima quidem synodus Antiochiæ contra Paulum congregata est anno Gallieni 12. cui præsedit Firmilianus, de qua vide Baronium ad annum Christi 265. et 266. VALES.

29, 1. Καθ' ὃν] Subaudiri potest καιρὸν, quomodo loqui solet Eusebius. Quod si quis Αὐρηλιανὸν malit intelligere, equidem non magnopere repugnabo. Sed ex his verbis id tantum confici potest, synodum Antiochenam exordio principatus Aureliani contigisse. Proinde non assentior Baronio, qui hanc synodum refert anno 2. Aureliani. Sed Baronii sententiam prorsus evertit concilium Ephesinum pag. 228. ubi Paulus Samosatenus damnatus dicitur ante annos centum et sexaginta. Sic enim habet libellus contestationis cleri Constantinopolitani publice in ecclesia propositus, *quod Nestorius ejusdem sententiæ sit cum Paulo Samosateno, ante annos* 160. *ab orthodoxis episcopis anathemate condemnato.* Scriptus est hic libellus consulatu Theodosii Augusti xiii. et Valentiniani iii. anno antequam synodus in urbe Epheso congregaretur. Ab eo igitur consulatu si retro numeraveris annos centum et sexaginta solidos, incides in consulatum Claudii et Paterni, qui est annus Christi 270. Proinde synodus Antiochena in qua damnatus est Paulus, convenit Claudio et Paterno coss. anno Christi 270. Atque ita ponit Marianus Scotus et Hermannus Contractus in chronico. Sed omnem dubitationem adimit epistola synodica patrum Antiocheni concilii, quæ missa esse dicitur ad Dionysium Romanum episcopum. Cum enim constet Dionysium papam mortuum esse consulatu Claudii et Paterni vii. Cal. Januarias, concilium Antiochenum serius omnino congregari non potuit. At Baronius, qui concilium Antiochenum confert in annum 2. Aureliani, necesse habuit pontificatum Dionysii in eum usque annum producere,

contra fidem librorum pontificalium Damasi et Anastasii. Quid quod anno 2. Aureliani bellum in oriente gestum est adversus Zenobiam, capta cum aliis urbibus Antiochia, adeo ut synodus episcoporum eo anno congregari non potuerit. VALES. Posteriorem synodum non a. 270. sed 269. esse habitam, contra Valesium et alios probare studuit Pearson. *de success. prim. Rom. episc.* p. 107. cf. Stroth. *Uebersetzung* t. i. p. 584. not. 8. HEIN.

Ib. Μαλχίων] Leontius in libro i. contra Nestorium, affert fragmenta quædam ex disputatione Malchionis adversus Paulum Samosatensem. Apud Theodoretum in lib. ii. hæreticarum fabularum Μαλαχίων scribitur mendose. Hic ex confutatione Pauli Samosateni tantam gloriam retulit, ut ea de causa in Menologiis Græcorum meruerit consecrari die 28. Octobris. VALES.

Ib. τά τε ἄλλα λόγιος i. e. cum in aliis rebus instructus scientia tum scholæ sophisticæ Antiochenæ præfectus. Perperam vertit Val.: *vir disertissimus quippe qui—præfuerat* (?) melius Str.: *Dies war ein gelehrter Mann, der — vorstand.* Neque tamen vel sic satis accurate. HEIN.

30, 2. Αἰμιλιανός] Rufinus Ælianum vocat, atque ita fere, Nicephorus et Syncellus. Ceterum Athanasius in libro de synodis Arimini et Seleuciæ, testatur in hac synodo 70. fuisse patres, qui Paulum Samosatensem deposuerunt. VALES. Hilarius de synodis prope finem, 80. patres numerat, ut animadvertit Lowthius. De locutione πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ i. e. universæ quæ ubique invenitur, ecclesiæ catholicæ, vide quæ observavi iii. 24. (pag. 166.) Videntur ita loqui patres ecclesiastici κατὰ ζῆλον Ὁμηρικόν. Vid. Iliad. v. 267.

ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.

Ad quem locum bene animadvertit Koeppen. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias* t. v. p. 47. ed. Ruhkopf. "*alte sinnliche Sprache f. auf der ganzen Erde.*" Cf. Iliad. vii. 451. τοῦ κλέος ἔσται, ὅσον ἐπισκίδναται ἠώς. Jacobs. *Antholog. Pal.* p. 24. 271. Præterea similiter loquitur Plutarch. Lycurgus c. x. ἐν μόνῃ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον πόλεων τῇ Σπάρτῃ. Lucullus c.

xxx. *τριῶν τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον μεγίστων ἡγεμονιῶν.* Chrysostom. de sacerdot. vi. 12. 596. *ὑποθώμεθα εἶναί τινι μνηστὴν τοῦ πάσης τῆς ὑφ' ἡλίῳ κειμένης γῆς βασιλεύοντος θυγατέρα.* cf. Chrysost. tom. vi. p. 148. B. *ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν.* tom. iv. p. 90. B. *ὅσην ἥλιος διατρέχει γῆν.* Euseb. demonst. evang. i. 6. *τοῖς ὑφ' ἡλίῳ πᾶσιν ἔθνεσιν.* Male igitur Valesius h. l. illud *ὑπὸ τὸν οὐρανὸν* in vertendo plane non respexit. Cf. Plutarch. Lucullus c. xxviii. *Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος ἐν τῇ περὶ θεῶν γραφῇ—οὔ φησιν ἄλλην ἐπεωρακέναι τοιαύτην (μάχην) τὸν ἥλιον.* HEIN.

Ib. *Ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ αἱ ἐκκλησίαι*] Notanda est imprimis hujus epistolæ inscriptio, quæ non solum episcoporum, sed presbyterorum et diaconorum, atque adeo plebis ipsius nomen præfixum continet. Eodem plane modo in actis Carthaginensis synodi, cui præfuit Cyprianus: *cum in unum Carthagine convenissent episcopi plurimi, cum presbyteris et diaconis, præsente etiam plebis maxima parte*, etc. Idem legitur in concilio Eliberitano. VALES. Cf. Le Moyne *Varr. Sacr.* tom. ii. p. 15. sq. HEIN.

30, 3. *οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ*] Falsa est igitur ac suppositicia epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum Samosatensem, quæ edita est in tomo xi. bibliothecæ sanctorum patrum una cum x. propositionibus Pauli Samosatensis, et Dionysii ad eas responsionibus. Nam patres quidem Antiocheni concilii, affirmant Dionysium non dedisse literas ad Paulum, sed tantum ad ecclesiam Antiochensem. In illa autem epistola, quæ Dionysii nomine publicata est, Dionysius bis Paulo scripsisse dicitur. Sed nec stilus illius epistolæ ac responsionis, reliquis Dionysii scriptis respondet. Itaque opus illud adulterinum esse, ob eas quas dixi rationes mihi persuadeo, licet Baronius eam epistolam pro vera ac germana habuerit. VALES.

30, 4. *ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας*] Male hunc locum vertit Christophorsonus, qui Rufinum recte præeuntem sequi noluit. Vertit enim *sine ulla verborum contumelia*, cum vertendum esset *sine ulla religionis nostræ contumelia.* VALES.

Ib. *παρακρουσθεὶς* i. e. deceptus, circumventus. Proprie dicuntur *παρακρούειν* mercatores, qui in rebus appendendis

alteram lancem fraudulenter ex æquilibrio pellunt digito, ut in alteram partem vergat, ut explicat Harpocration Lexic. p. 279. sq. et Suidas. Inde autem significat illud verbum in universum *decipere*, *fallere*, ἐξαπατᾶν, quocum illud conjungit Demosthen. de coron. t. i. p. 318. ed. Reisk. cf. Plat. Cratyl. t. iii. p. 249. Plutarch. Solon. c. xxx. παρακρουόμενος — ἐξηπάτησεν Fab. Maximus c. xix. παρακρουσάμενος ἔσφηλε. Chrysostom. de sacerdot. i. 5. 56. vid. Wolf. *ad Demosthen. Leptin.* p. 291. cf. Valckenar. *animadvv. ad Ammon.* p. 191. "Vim verbi παρακρούεσθαι egregie expressit Lucianus in Timone §. 57.—— Simon enim dum liberali manu adulatori pugnos admetiebatur, indignanti Thrasycli, τί ἀγανακτεῖς, inquit, ὦ 'γαθὲ Θρασύκλεις; μῶν παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας. Quem locum qui decies legerit, nova semper voluptate sese perfundi sentiet." HEIN.

30, 6. ἀποστὰς τοῦ κανόνος] Sic vocant patres regulam fidei. Ita Eusebius in libro iv. cap. 23. de Dionysio Corinthiorum episcopo loquens: τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι. VALES.

Ib. πένης ὢν καὶ πτωχός] Cf. Matth. v. 3. xxvi. 11. Jacob. ii. 7. Jaspis. *ad* 2 *Cor*. viii. 9. not. 1. Sturz. *Lexic. Xenoph.* vol. iii. p. 502. Aristoph. Plat. v. 552. sq. Palæphat. de incredibill. xxiv. Ἐρεσίχθων — διαφθείρας τὰ χρήματα πένης ἐγένετο et index Fischer. s. v. πένης. Ammonius autem p. 111. ed. Valcken.: πένης καὶ πτωχὸς διαφέρει. Πένης μὲν γὰρ ὁ ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ πονεῖν ποριζόμενος τὸν βίον, πτωχὸς δὲ ὁ ἐπαίτης, ὁ τοῦ ἔχειν ἐκπεπτωκώς· ἢ ἀπὸ τοῦ πτώσσειν *etc.* HEIN.

Ib. σείει τοὺς ἀδελφούς] Duplici ratione concussionis crimen admittitur, aut cum terrore potestatis, magistratus vel miles aliquid exigit, aut cum per fraudem et calumniam, suffragii prætextu aliquid a quopiam elicitur, ut in lege 1. D. de calumniatoribus. Hoc secundum genus concussionis intelligunt patres concilii Antiocheni. De primo genere concussionis loquitur Maximinus in epistola ad Sabinum, quam refert Eusebius in lib. ix. cap. 9. Nescio autem cur tantopere refugerit Christophorsonus vocem *concutere* et *concussionis*, cum tamen sint Latinæ, et a veteribus jurisconsultis crebro usurpatæ. Sed et in evangelio ea vox habetur, ubi Joannes

militibus ita præcipit: *neminem concutiatis, contenti estote stipendiis vestris.* Apud Græcos antiquissimus est usus vocis σείειν eo sensu pro *calumniari.* Sic enim Aristophanes et Teleclides loquuntur, teste Suida in voce σεῖσαι. VALES.

Ib. καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους] Langus vertit *præmia accipiens*, non male. Utitur hac voce Paulus in epist. ad Colossenses ii. 18. VALES. Cf. Suicer. t. ii. p. 48. HEIN.

Ib. μάτην καρπούμενος] Vox μάτην referenda est non ad Paulum ipsum qui hac arte pecuniam corradebat, sed ad litigantes qui pecuniam suam quam Paulo dederant, ut suffragium suum ipsis commodaret, perdebant absque ullo fructu. VALES.

Ib. πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν] Hæc verba desumpta sunt ex epistola 1. ad Timotheum cap. 6. VALES.

30, 7. οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ] In vetustissimo codice Mazarino, Fuk. et Medicæo legitur καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ. Sed rectior est vulgata scriptura, quam Regius codex et Syncellus et Nicephorus confirmant. Hæc enim verba pendent ex superioribus. VALES. Pro ὑψηλὰ φρονεῖ, dedi ὑψηλοφρονεῖ, recte hoc suadente Lobeckio *ad Phrynich.* p. 200, ubi, quæ veteres seorsim dicere solent, ea plerumque in unum conflare recentiores, V. D. docuit. Cf. verba quæ infra leguntur δοξοκοπῶν et φαντασιοκοπῶν. Eus. demonstr. evangel. iii. 7. p. 126. ed. Mont. ὁ μὲν γόης καὶ ἀληθῶς λαόπλανος πάντα ἐγχειρεῖ καὶ πράττει δοξοκοπῶν τὰ πολλὰ φαντασιοκοπῶν et paulo post ibid. δοξομανὴς φαντασιοκοπός. Plutarch. Pericles c. v. τοὺς δὲ τοῦ Περικλέους τὴν σεμνότητα δοξοκομπίαν τε καὶ τύφον ἀποκαλοῦντας ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτούς τι τοιοῦτον δοξοκομπεῖν. Long. de subl. xxiii. 2. p. 88. ed. Weisk. Irmisch. *ad Herodian.* v. 8. tom. iii. p. 250. Præterea mutavi h. l. interpunctionem post ἐνοχλούντων non colon cum Str. et Zimmerm., sed comma ponendo, contra post θεοσέβειαν colon cum Val. et Zimmerm. retinendo, male illud expunctum a Strothio. HEIN.

Ib. δουκηνάριος] De procuratoribus ducenariis vide quæ scripsit Salmasius in notis ad historiam Augustam. Sic dicebantur procuratores, qui ducenta sestertia annui salarii

nomine accipiebant a principe, ut clare docet Dio in lib. liii. pag. 506. VALES. Ducenarius, ut annotavit Langus ad Niceph. H. E. vi. 30. p. 286, princeps erat officii, vel apud præfectum Augustalem, vel apud comitem orientis, vel etiam apud alios provinciarum præfectos, adscitus ex schola agentium in rebus (vid. quæ monui ad Euseb. H. E. vi. 40. pag. 502.), qui adorata clementia principali cum insignibus exiret. Habuisse autem sub sua potestate ducenarium cornicularium, adjutorem, commentariensem, ab actis, numerarios, exceptores etc. teste Scoto de insignibus magistratuum. Cf. L. Matricul. de agent. in rebus lib. xii. cod. Phot. cod. clxxxii. Comparari posse denique ducenarios cum hodiernis cancellariis regum et principum. Cf. Manso *Leben Constantius des Grossen* p. 156. sq. p. 357. sq. HEIN.

Ib. σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς i. e. magnifice per forum incedens. Cf. Plutarch. Solon c. xxvii. Alciphron. epist. p. 392. ed. Bergler. ἐνθένδε ἀποσοβεῖν καὶ σπεύδειν πρὸς ὑμᾶς. Proprio et activo sensu σοβεῖν dicuntur, qui qualemcunque rem abigunt a se et amovent v. c. pulverem vid. Pollux i. 199. cf. Sturz. *Lex. Xen.* t. iv. p. 62. muscas Theophrast. Charr. xxv. 4. Passow s. v. Insolentiori, ut videtur, significatione legitur verbum apud Theophr. xxvi. 2. σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους, incedentem jactare voces, ad quem locum vid. Fischer. HEIN.

Ib. ὑπαγορεύων ἅμα] Post hanc vocem punctum in summo notatur tum in codice Regio, tum apud Nicephorum et Syncellum. Sed cum in codice Mediceo et Mazarino nulla hic notetur distinctio, malim legere uno ductu ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, etc. Certe Rufinus hunc locum ita legit atque intellexit, ut ex ejus versione apparet. *Nam et incedens per plateas, tali quadam ambitione utebatur, publice epistolas relegens, atque in auditu omnium et oculis dictans.* VALES.

30, 8. βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλόν] Reprehendunt patres Antiocheni concilii in Paulo episcopo Antiochiæ, non quod thronum habuerit. Hoc enim insigne erat episcoporum, ut in throno seu cathedra sederent. Qui mos jam inde ab apostolicis temporibus invaluerat in ecclesia. Certe Jacobi fratris Domini thronum, Hierosolymis adhuc sua ætate servatum

fuisse testatur Eusebius in capite 19. supra[q]. Id igitur in Paulo damnant memorati patres, quod tribunal sibi exstrui curasset in ecclesia, et in eo thronum sublimem sibi statuisset. Recte itaque Rufinus hunc locum ita vertit: *In ecclesia vero tribunal sibi multo altius quam fuerat exstrui, et thronum in excelsioribus collocari jubet.* Episcopi quidem sedebant in cathedra paulo altiore quam reliqui presbyteri ut dicemus ad lib. x. Sed tribunal non habebant. Postea vero invaluerunt absidæ gradatæ et exhedræ, de quibus Ambrosius loquuntur et Augustinus, quæ quidem a tribunali parum differebant. VALES.

Ib. σήκρητον δέ] Hunc locum non intellexerunt interpretes Musculus et Christophorsonus. Secretum proprium erat magistratuum et majorum judicum, locus scilicet interior prætorii, cancellis munitus, ac velis obpansis inclusus, in quo magistratus sedebant, dum reorum causas cognoscerent. Vide quæ notavi ad Amm. Marcellini lib. xv. pag. 87. VALES. Locus princeps de secretariis quæ more judicum secularium in ecclesiis habebant episcopi et presbyteri, ut ibi audiendis ac dirimendis laicorum negotiis vacarent, est Severi Sulpicii in lib. iii. de vita Martini, quem laudavit Valesius cum aliis locis ad Ammian. Marc. xv. 7. In illo enim Severi loco hæc leguntur: *Deinde secretarium ingressus* [Martinus episcopus] *cum solus, ut erat ei consuetudo, resideret. Hanc enim sibi etiam in ecclesia solitudinem permissa clericis libertate præstabat, cum quidem in alio secretario presbyteri sederent vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati*, etc. Unde simul patere videtur non distinguendum esse a secretario, quod alibi legitur, *salutatorium*, ut apud Gregor. Turon. hist. Francor. ii. 21. xi. 6. quem ἀσπαστικὸν οἶκον vocat Theodoret. v. 15. Ex hoc vero Eusebii loco apparet, etsi secretariorum in ecclesiis usus satis antiquus fuerit, tamen Pauli Samosateni ætate adhuc ea inconsueta fuisse. Porro quomodo in vernaculo sermone commode verti possit vox σήκρητον, non statim liqueat neque uno verbo ejus vim satis significes. Nihilominus Walch. *Ketzerg.* t. ii. p. 109. vertit *Audienzzimmer,*

[q] Cf. infra x. 4. Bevereg. *annott. in can. apost.* 58. Bingham. *Orig. eccl.* t. i. lib. ii. c. 11. HEIN.

aptius certe quam Str. *Kanzley*. Rufinus Latine dixit *secretarium*, Val. *secretum*. Præterea vid. Du Fresne *Glossar. med. et infimæ Græcit.* p. 1346. sqq. et Ejusd. *Constantinopol. Christian.* ii. 13. 14. nec non Lindenbrogii *observatt. in Ammian. Marcellin.* p. 14. adjectæ editioni Ammiani Valesianæ posteriori quam curavit Hadrianus Valesius Paris. 1681. cf. Fabricii *Cod. apocryph. N. T.* tom. ii. p. 729. not. k. HEIN.

Ib. *παίων—μηρόν*] Signum hoc habebatur apud ipsos veteres gentiles animi vehementiæ et fervidioris iræ, unde clerici Christiani personæ illud multo minus convenisse patet. Nominatim de Cleone narrat Plutarchus in Nicia cap. viii. *καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ βήματος κοσμὸν ἀνελὼν, καὶ πρῶτος ἐν τῷ δημηγορεῖν ἀνακραγὼν, καὶ περισπάσας τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν μηρὸν πατάξας, καὶ δρόμῳ μετὰ τοῦ λέγειν ἅμα χρησάμενος τὴν ὀλίγον ὕστερον ἅπαντα τὰ πράγματα συγχέασαν εὐχέρειαν καὶ ὀλιγωρίαν τοῦ πρέποντος ἐνεποίησε τοῖς πολιτευομένοις.* Et simul de Caio Graccho in Tib. Graccho c. ii. *ἔντονος δὲ καὶ σφοδρὸς ὁ Γαΐος, ὥστε καὶ δημηγορεῖν τὸν μὲν* (Τιβέριον) *ἐν μιᾷ χώρᾳ βεβηκότα κοσμίως, τὸν δὲ* (Γαΐον) *Ῥωμαίων πρῶτον ἐπὶ τοῦ βήματος περιπάτῳ τε χρήσασθαι, καὶ περισπάσαι τὴν τηβέννον ἐξ ὤμου λέγοντα, κάθα περὶ* Κλέωνος *τοῦ* Ἀθηναίου *ἱστορεῖται, περισπάσαι τε τὴν περιβολὴν, καὶ τὸν μηρὸν ἀλοῆσαι πρῶτον τῶν δημηγορούντων.* Qui loci profecto dici possunt classici. Præterea vid. Hemsterhuis. *ad Lucian. Tim.* p. 145. Ruhnken. in *histor. crit. orat. Græc.* p. xliv. et de Cleone illo Scholiast. ad Aristoph. Plut. Act. ii. Scen. 1. Interpp. ad Thom. M. p. 908. cf. Xenoph. Cyrop. vii. 3. Plutarch. Fabius Maximus c. xii. Contra caput tundebant et vestes scindebant, qui aliqua re in vehementiorem luctum essent injecti. Vid. Eus. H. E. iii. 23. Plutarch. Solon c. vi., ubi narratur Solon morte filii sui quamvis falso nunciata *ὁρμῆσαι παίειν τὴν κεφαλὴν, καὶ τἄλλα ποιεῖν καὶ λέγειν, ἃ συμβαίνει τοῖς περιπαθοῦσιν.* HEIN.

Ib. *κατασείουσι ταῖς ὀθόναις*] Solebant olim in theatris spectatores in signum favoris oraria concutere. Vide quæ notavit Casaubonus ad Vopiscum in Aureliano. Ubi Vopiscus dicit Aurelianum primum omnium oraria dedisse populo Romano ad favorem. Aurelianus igitur id acceperat ab orientalibus, qui longe ante ipsum orariis ad eam rem utebantur, ut docet hic locus, et Philostratus in cap. 5. lib. i. de vita Apollonii,

loquens de Tarsensibus, et Dio lib. lxi. in fine. VALES. Cf. Socrat. H. E. vii. 13. HEIN.

Ib. ἀναπηδῶσι] Proprium verbum de exultatione qua voluptatem significabant veteres mimis et cæteris histrionibus qui iis placerent. Vid. Heraldus *ad Arnob. adv. gentes* iv. 36. p. 256. sq. ed. Orell. conclamant et assurgunt theatra. Hinc apte h. l. ἀναπηδᾶν dicitur. Cf. Reiskius *indic. in Demosthen.* h. v. HEIN.

30, 9. *σοφιστὴς καὶ γόης*] Quales v. c. Theudas et Ægyptius fuerunt. Euseb. H. E. ii. 11. 21. cf. iv. 7. Socrat. H. E. vii. 38. Et Athanasius de synod. Arimin. et Seleuc. *τοῦ Παύλου*, inquit, *σοφίζεσθαι θέλοντος, καὶ λέγοντος, εἰ μὴ ἐξ ἀνθρώπου γέγονεν ὁ Χριστὸς θεὸς, οὐκοῦν ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρὶ, καὶ ἀναγκὴ τρεῖς οὐσίας εἶναι, μίαν μὲν προηγουμένην, τὰς δὲ δύο ἐξ ἐκείνης*. Est autem verbum *γόης* maxime hac in re solenne, eodem modo quo *πλάνος*, quod Latini etiam in suam linguam receperunt. Vid. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. iii. p. 897. sq. ad Mtth. xxvii. 63. cf. 2 Johann. v. 7. Ernesti *Clav. Cicer.* s. v. *planus*. Euseb. demonstrat. evang. iii. p. 102. ed. Montacut. Ἐπεὶ *τοίνυν τῶν ἀπίστων οἱ πλείους γόητα καὶ πλάνον ἀποκαλοῦντες καὶ μυρίαις ἄλλαις κατηγορίαις βλασφημοῦντες αὐτὸν* (Christum) *κ. λ.* Apud Lucianum Christus vocatur *ἀνεσκολοπισμένος ἐκεῖνος σοφιστὴς* (cf. incerti scriptoris dialogus Philopathris c. iii. p. 99. ed. Gesner.) et a Celso apud Origenem *ὁ γόης*. Gregor. Naz. in carm. cxciii. ed. Muratorius in anecdd. Græc. p. 175, diabolum vocat *θανάτου σοφίστην*. Cf. Philo de recipisc. Noe i. p. 394. *ὃν ἔχει λόγον— νήπιον παιδίον πρὸς ἄνδρα τέλειον, τοῦτον καὶ σοφιστὴς πρὸς σοφόν*. Idem. de victim. offer. p. 662. *γόης γὰρ ἀλλ' οὐ προφήτης ἐστὶν ὁ τοιοῦτος*. Euripid. Hippol. v. 918. sq.

δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ φρονεῖν
τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐστ' ἀναγκάσαι.

Cf. Valckenar. ad h. l. p. 262. vid. ibid. v. 1035. *ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς, οὐ γόης πέφυχ' ὅδε*. Verba autem quæ paulo antea h. l. leguntur, *ἐξηγητὰς τοῦ λόγου* Valesius vertit: *legis nostræ doctores*. Aptius vertisset: *doctrinæ nostræ interpretes*. vid. Cicer. de legg. ii. 27. *interpretes religionum*, i. e. qui traderent rationem scelerum per religionem expiandorum. Ernesti *Clav.*

Cicer. s. v. Cæsar. B. G. vi. 13. Quos enim Græci *περιηγητὰς, εἰσηγητὰς* et *ἐξηγητὰς* vocabant, eos Latini dicere solebant interpretes. Quod vero *ἐξηγητὴς* idem est atque interpres, enarrator, explicator, inde factum est, quod proprie ita vocabantur, qui peregrinis circum ducentes quæ spectatu essent digniora, ostendebant. vid. Ruhnken. *ad Timæi Lex*. p. 109. Plutarch. Theseus c. xxv. *ὁσιῶν καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς*. Numa c. ix. *ὁ δὲ μέγιστος τῶν Ποντιφικίων οἷον ἐξηγητοῦ καὶ προφητοῦ μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει*. ibid. c. xii. *οἱ δὲ Ποντίφικες καὶ τὰ περὶ τὰς ταφὰς πάτρια τοῖς χρῄζουσιν ἀφηγοῦνται*. Lucullus c. xxxi. *ἄλλων τε πολλῶν εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον—χρησίμων*. Justin. M. cohortat. ad Græcos c. xl. *αὐτοὶ—γὰρ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι παρὰ τῶν περιηγητῶν μεμαθήκαμεν*. Atque eodem modo *περιηγεῖσθαί τινί τι* significat alicui aliquid ostendere apud Lucian. Charon. §. 1. p. 4. ed. Lehmann. vid. ejusd. index Charon. p. 129. sq. Lucian. diall. mort. xx. p. 103. ed. Voigtländer. *περιήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου πάντα*. Præterea vid. Plat. Theæt. c. iv. x. et Harpocrat. Lexic. p. 151. ed. Blancard. HEIN.

Ib. *καὶ* nec Valesius nec Strothius vertit, nescio an superfluum illud esse opinati. Sed est particulæ *καὶ* h. l. justa sua vis ac significatio. Ipsi enim veteres Græci sæpius ita illa utuntur, ut alia quadam sententia quæ necessario est supplenda, haud diserte expressa major quædam vis tribuatur iis verbis quibus *καὶ* junctum est. Illud autem iterum duplici ratione fieri potest. Aut enim ea quæ cogitatione supplenda sunt, minora et leviora sunt iis, quæ sequuntur particulam *καὶ*, ac deinde hæc ipsa commode potest per nostrum: *sogar*, *selbst*, exprimi, aut per se majora et graviora, ac deinde particulam *καὶ* optime reddideris per nostrum: *nur*, *schon* et Latinorum *vel*. Exempla rem facile illustrabunt. Ad prius genus pertinet v. c. Sophocl. Antig. v. 278. ubi chorus dicit, dudum se cogitasse *μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδ'* i. e. sitne hoc factum non solum humana efficacia sed *etiam* divinitus. Ibi quod supplendum est, per se minus est, quam quod sequitur particulam *καὶ*. Hinc nos optime verteremus illum locum: *lange berathe ich bei mir*, (*ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι*) *ob nicht selbst*, *ob nicht sogar durch eine Gottheit dieses bewirkt sey*. Eadem ratio est locorum quæ laudat Passow. s. v. *καὶ* n. 3.,

Hom. Iliad. v. 685. xi. 654. etc. Addo præterea locum ex Nicol. Damasc. hist. p. 24. ed. Orell., ubi egregie tuitus est contra Corayum καὶ Ochsnerus in supplement. nott. p. 21. laudato loco ex Xenoph. Cyrop. i. 3. ᾔδετε δὲ καὶ μάλα γελοίως ubi cantus non per se sed *etiam* ineptus reprehenditur. Sed jam devenio ad alterum genus, ad quod pertinet hic ipse, quem præ manibus habemus, locus Eusebii. Ejus enim sententia hæc est: psalmos canere jussit Paulus Samosatenus mulieres in sui laudem, quos psalmos (ad ὧν enim ex ψαλμῳδεῖν supplendum ψάλμων) non solum si legeris, sed etiam si audiveris i. e. quos psalmos *vel* audiens, scilicet cum canuntur a mulieribus, cohorrescas. Nos: *auch nur*, *schon wenn man hört*. H. l. enim quod supplendum est ante καὶ aperte est aliquid gravius, quam quod sequitur, siquidem qui ejusmodi psalmos legebat, et hoc modo accuratius quæ in iis continebantur, cognoscebat, facilius poterat eos detestari quam qui nonnisi audiebat eos decantari. Sed nihilominus nostro loco legitur, vel his potuisse ac debuisse horrorem quendam incuti et ut hujus ipsius sententiæ vis magis appareret, prior illa ut h. l. *minus spectanda*, haud diserte expressa est. Locus plane similis est qui ex Josepho laudatur ab Euseb. H. E. iii. 6. τὰ φρικτὰ δὲ καὶ ἀκοαῖς ἔπασχέ τις i. e. nonnulli perferebant, quæ vel si quis ea audiverit, horret, *auch nur, schon wenn man es hört.* Cogitandum antea est: non solum si quis ea viderit et ipse tulerit. Hoc tamen longe erat etiam gravius. Ita quoque Ephes. v. 12. αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν i. e. ut recte vertit Jaspisius, *vel dictu nefas sunt.* Lutherus: *das ist auch schändlich zu sagen.* Rectius: *auch zu sagen*, *nur z. s.* Cf. incerti scriptoris dialog. Philopat. p. 113. ed. Gesner. αἰσχύνομαι καὶ λέγειν. Eodem pertinet locus Hebr. vii. 26. ubi καὶ post ἔπρεπεν recte puto addidisse Griesbachium male illud ejectum a Knappio. Optime enim καὶ potest etiam illo loco verti: *schon an sich war angemessen.* Cf. Böhme l. l. p. 331. p. 444. Passow. s. v. καὶ num. 8., qui vero ut jam patebit, non debebat ea quæ sub num. 8. retulit, sejungere ab iis quæ sub num. 3. exponit, et in καὶ ita usurpato vim quandam *minuentem* inesse ibi dicere: "*vermindernd.*" Semper enim sive ea quæ in ejusmodi locis sunt supplenda, per se majora sive per se minora sint iis, quæ sequuntur particulam καὶ,

hujus ipsius tamen eadem est vis ac natura, et in utraque causa haud diserte quædam significantur, *quo magis ea quæ* καὶ *insequuntur, appareant ac quasi emineant.* Neque recte puto Passowium l. l. postquam de illo usu καὶ dixit, addere: *ein seltener Gebrauch*, siquidem eo voluerit indicare raro ita loqui Græcos, non singularem et memorabiliorem esse hunc particulæ καὶ usum. Porro ex eodem particulæ καὶ usu, de quo adhuc disseruimus, explicari potest ac debet, quod καὶ cum participiis junctum ad sensum sæpius est *quamvis, etiamsi,* id quod recte vidit Passow. s. v. καὶ n. 4. (cf. Valckenar. *ad Euripid. Phœniss.* v. 277. p. 98. sq. Schäfer. *ad Dion. H. de compos. verbor.* p. 332. sq.), neque cum illo non cognata est vis particulæ καὶ in locutione τί δεῖ καὶ λέγειν; apud Euseb. H. E. v. 28. Adjecto enim καὶ tanquam præ reliquis omnibus spectandum designatur τὸ λέγειν, ita ut nos commodo possimus vertere: *was ist es nöthig auch noch zu sagen?* Vid. Hermann. *ad Viger.* p. 837. 320. cf. Euripid. Iphig. A. v. 1179. τίς δὲ καὶ προσβλέψεται παίδων σε. Inde denique factum videtur ut καὶ sæpius poni videamus a Græcis, ubi sane vel Latino vel vernaculo sermone difficilius illud reddideris sed tamen sua vi minime caret καὶ, imo fortius vel negat vel affirmat. cf. Philipp. i. 15. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. i. p. 239. Sophocl. Philoct. v. 46. v. 534. Hebr. xi. 19. ubi certe non video, quomodo alterum καὶ æquet formulam ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut censet Bœhme in commentar. ad h. l. p. 591. Hebr. xii. 1. De Eusebii loco, observandum præterea est ὧν ad γυναῖκας nec Valesium nec Strothium retulisse. Ille enim vertit: *quod quidem audientibus* etc. hic: *Lieder—worüber man schaudern möchte, wenn man sie hört.* At in eo male lapsi sunt VV. DD., quod particulam καὶ plane neglexerunt, quam nonnisi deinde quomodo exprimas, vix liqueat, si ὧν ad γυναῖκας vere retuleris. Vix enim potest deinde verti: *auch wenn man sie* (die Weiber) *nur hört*, cum non intelligatur cur magis essent horribiles, si quis eas videret. De variis autem, quæ Paulo Samosateno objecta esse nostro loco legimus, criminibus vid. Moshem. *Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 704. sqq. Routh. *reliqq. sacr.* vol. ii. p. 481. 505. Augusti *Denkwürdigkeiten* tom. iii. p. 387. sqq. tom. v. p. 268. sqq. 351. tom. vi. p. 181. 344. sqq. cf. infra pag. 627. sq. Sigil-

tim vid. Francisci Bernardini Ferrarii *de acclamationibus et plausu libri vii.*, Mediolani 1627. 4. cf. lib. v. c. 1—12. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 318. sqq. Similia habet Plutarch. de audiendd. poett. c. vii. δεῖ δὲ μὴ δειλῶς, μηδὲ ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προσκυνεῖν, ἀλλὰ θαρσαλέως ἐθιζόμενον ἐπιφωνεῖν cf. ad h. l. Krebs. p. 193. ed. ii., qui affert locum ex Plutarch. de se ipso sine invidia laudando p. 964. οἱ δὲ ῥητορικοὶ Σοφισταὶ, τὸ θείως καὶ τὸ δαιμονίως καὶ τὸ μεγάλως ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι προσδεχόμενοι, καὶ τὸ μετρίως καὶ τὸ ἀνθρωπίνως προσαπολλύουσι. Actor. xii. 22. Sueton. Claudius c. xii. Eosdem spectacula edentes—— voce ac *manu* veneratus est. Denique cf. Bengel. *in nott. ad Chrysostom. de sacerd.* v. i. 455. p. 479. sqq. "*Eam consuetudinem* (applaudendi in concionibus sacris)——*usque ad tempora Bernardi perdurasse, ex Bernardo notat Ferrarius.*" De Pauli doctrina vid. I. G. Feuerlin *de hæresi Pauli Samosateni,* Götting. 1741. 4. Moshem. *commentt.* p. 688. sqq. Löffler. *kleine Schriften* tom. i. p. 117. sqq. HEIN.

Ib. ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν] Chorepiscopos intelligere videtur. Eos enim distinguit epistola ab episcopis urbium. Hos igitur in concionibus ad populum, similia ac mulieres illas psaltrias de Paulo dixisse asserunt patres, quod Christophorsonus non intellexit. VALES. Vid. Planck. *Geschichte der Christlich-kirchlichen Gesell-schafts Verfassung* tom. i. p. 76. sq. HEIN.

30, 10. ὑπομνημάτων] Quod supra observavimus, errare vulgo interpretes in hujus vocis explicatione, id perspicuum fit hoc loco. Nam et Langus et Musculus et Christophorsonus *commentarios* interpretati sunt, cum *acta* seu *gesta* vertere debuissent. Acta autem illa synodi Antiochenæ nihil aliud erant quam disputatio Malchionis adversus Paulum Samosatenum, quæ a notariis excepta fuerat, ut supra dixit Eusebius. Ex iis actis testimonia quædam profert Leontius Byzantius in lib. iii. contra Nestorium, eaque distinguere videtur a disputatione Malchionis contra Paulum: ubi etiam doctus interpres *commentarios* vertit. VALES.

30, 11. συνεισάκτους] Quid essent συνεισάκτοι mulieres, jam pridem notavit Joannes Langus vir doctissimus ad librum vi. Nicephori cap. 30. et post illum Beatus Rhenanus ad librum vii.

Rufini. Quorum doctis observationibus nihil est quod addamus. Hujusmodi mulieres a clericis vulgo *sorores* vocabantur. Id me docuit canon iii. concilii Nicæni, qui in vetustissimo codice Corbeiensi hanc habet inscriptionem: *De subintroductis, id est, adoptivis sororibus.* Ex quibus explicanda est lex Honorii 44. in codice Theod. de episcopis et clericis: *Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet*, etc. Sic etiam devotæ Deo virgines quosdam sibi extraneos adjungebant, quos fratres vocare consueverant. Quam nequitiam perstringit Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis: *Frater sororem virginem deserit. Celibem spernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum. Et cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt alienorum spiritale solatium, ut domi habeant carnale commercium.* Dicebantur etiam *commanentes* ejusmodi mulieres. Sic enim inscribitur canon ille concilii Nicæni in vetustissimo cod. C. Justelli, *de commanentibus*. *Agapetas* quoque eas vocabant teste Hieronymo in dicta epistola, ubi acerrime in eas invehitur. VALES. Vid. *Excursus* xiii. HEIN.

Ib. ἐξέπεσον] Valesius vertit: *in præceps lapsi sunt*, Strothius: *wie viele—gefallen.* Et sane tale quid ἐκπίπτειν esse debere, satis docent sequentia. Conveniret igitur ἐκπίπτειν h. l. verbo ἐξολισθαίνειν quod alibi legitur. Cf. paulo post verba μὴ ὀλισθῇ. Eus. H. E. x. 7. Böhme *Commentar. in epist. ad Hebr.* ii. 1. p. 87. sqq. Neque plane aliena esset a vi verbi ἐκπίπτειν vocis ἐκτρέπεσθαι significatio Hebr. xii. 13. Sed absolute positum ita verbum ἐκπίπτειν satis insolenter usurpatum videtur. Cf. Irmisch *ad Herodian.* v. 1. 14. tom. iii. p. 23. sqq. εἰς ὑπεροψίαν ἐκπίπτει. Videntur igitur supplenda esse potius ad ἐξέπεσον præcedentia καλῶν ἔργων, quo sane sententia verborum haud valde mutatur, sed minus insolite illa expressa sit. Sæpius enim Græcorum optimi ἐκπίπτειν τινὸς dicunt de eo, qui rei cujusdam facit jacturam et hoc ipso capite inferius dicitur σὺν καὶ τῇ πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπεπτωκότος, cum—a recta fide simul et episcopatu *excidisset*, ut recte vertit Valesius, cum Latinos constet eodem modo *excidendi* vocabulo uti. Adde Chrys. de sacerdot. iv. 4. 406. τῆς ὑγιοῦς ἐξέπεσον πίστεως. Proprie igitur ver-

tendum nostro loco ὅσοι—ἐξέπεσον: qui honestate sua exciderunt, honestatis suæ fecerunt naufragium. Similiter Böhme l. l. p. 92. in epist. ad Hebr. ii. 3. verbum ἐκφεύγειν probabilius absolute quam ut aliquid vel supplendum vel ex antecedente oratione repetendum putemus ab scriptore epistolæ dictum esse censet; sed ex mea quidem sententia sine justa causa. Quamvis enim Græcorum usus ita ferat in voce φεύγειν [vid. Hebr. xii. 25.], tamen ἐκφεύγειν quoque Græcos absolute dicere de fuga pœnæ, exemplis erat demonstrandum, quæ frustra, credo, V. D. quæsitaverit. Itaque miror, eum adeo scribere potuisse in ἐκφεύγειν *magis etiam* quam in simplici φεύγειν illam rationem valere. Cf. Viger. *de idiott.* p. 233. xii. Præterea longe facilius in illo certe loco epist. ad Hebræos ad ἐκφευξόμεθα suppleri possunt verba *statim* præcedentia ἔνδικον μισθαποδοσίαν, id quod sane de nostro loco, ubi καλῶν ἔργων paulo remotius est a verbo ἐξέπεσον, minus potest dici. Quocirca non magnopere repugnem ei, qui nihilominus ἐξέπεσον absolute potius h. l. dictum esse malit defendere, ita ut sit *in præceps labi,* pro quo alias dicatur ἐκπίπτειν εὐθείας ὁδοῦ vel ἐκπίπτειν εὐθείας. Cf. Viger. l. l. p. 45. iii. Atque non minus insolenter Hebr. vi. 61. et Sap. vi. 9. xii. 2. παραπίπτειν absolute dictum est. Vid. Bœhme *commentar. in epist. ad Hebr.* l. l. p. 258. HEIN.

Ib. ὥστε καὶ εἰ δοίη] Non dubitavi scribere καὶ εἰ. Dicitur enim h. l. nullo modo hoc, vere quenquam concedere, nihil a Paulo Samosateno turpe committi, quod si diceretur, scribendum esset εἰ καὶ, imo illud concedi, nonnisi poni ac sumi patet. Hinc viii. 3. non minus recte dixit Eusebius: καὶ εἰ μὴ τεθυκὼς ἦν, *gesetzt auch dass er nicht geopfert hätte.* Contra i. 9. recte legitur εἰ καί. Vid. Hermann. *ad Viger.* p. 832. cf. Plutarch. Timoleon. c. vii. εἰ καί τις ἠπίως εἶχε πρότερον πρὸς τὴν στρατείαν. Quamvis vero minime negare velim, καὶ εἰ pro εἰ καὶ quoque ponere Græcos, quod contendunt viri Græce scientissimi, ut Valckenar. *ad Xenoph. Memor.* p. 248. ed. Ernest. Schäfer. *ad Longi pastoral.* p. 355. *melett. critt.* p. 36. Heindorf. *ad Plat. Gorg.* §. 138. Matthiæ *ausführl. griech. Grammat.* p. 152. not. d., tamen hoc Eusebii loco cur illud statuamus, cum ipsi codd. meliora suppeditent, nulla prorsus

causa est. Eadem ratio est loci Matth. xxvi. 33. coll. Marc. xiv. 29. *καὶ εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται*, unde jam patet in loco priori *καὶ* post *εἰ* positum esse rejiciendum. Cf. Luc. xi. 8. xviii. 4. HEIN.

30, 13. *ὡς γέγραπται*] Intelligit locum qui habetur in cap. 25. Ecclesiastici, aut certe locum ex cap. 6. proverbiorum. VALES.

Ib. *ὑπερεμπιπλάμενος*] Melius in codice Maz. et Fuk. scribitur *ὑπερεμπιμπλάμενος*, quam vocem non intellexerunt interpretes. Arguunt patres Paulum, quod formosas mulieres semper secum haberet, idque luxu diffluens, et vino atque epulis sese ingurgitans, quæ libidinis incentiva sunt. VALES.

30, 14. *τὸν δὲ ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον* Strothius vertit: *der das Geheimniss unsrer Religion verrathen.* Recte quidem *τὸ μυστήριον*, quo vocabulo sæpius significatur a patribus religio Christiana s. doctrina evangelica. Vid. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 382. c. Recte quoque, si solum usum linguæ spectaveris, vocabulum *ἐξορχεῖσθαι*, quod de rerum arcanarum patefactione si non apud Herodian. v. 5. 4. tom. iii. p. 133. sq. ed. Irmisch. legitur, alibi certe ita dici probavit ipse Strothius ad l. l. Herodiani ex Clement. Alex. Strom. i. *τὸν ἀπόρρητον ὡς ἀληθῶς τῆς ὄντως φιλοσοφίας λόγον ἐξορχήσασθαι* Pædag. c. iii. *τῆς φύσεως τὰ ἀπόρρητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας, ἐξορχουμένους* et Achill. Tat. iv. 8. *ἐξορχήσομαι τὰ μυστήρια.* Adde Alciphron. epist. lxxii. p. 449. sq. ed. Bergler. *τὰ τῆς θεοῦ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια ἐξορχησάμενοι.* cf. Max. Tyr. diss. xxxix. 4. t. ii. p. 247. ubi *ἐξαγορεύειν* ita legitur. Vid. Davisius ad h. l. Sed minus convenire videtur illa verbi *ἐξορχεῖσθαι* significatio nostro loco, ubi opponuntur aperte illa verba *τὸν δὲ ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον* præcedentibus *τὸ γοῦν φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα* eodem modo quo *ἐμπομπεύοντα—Ἀρτεμᾷ* i. e. qui se jactare solet de exsecranda hæresi Artemæ, verbis *συγκαταριθμούμενον ἡμῖν.* Quocirca rectius vertisse puto præeunte Rufino Valesium: *prodito atque ejurato religionis nostræ mysterio*, voce "prodito" similiter atque "ejurato" accepta. Ac melius etiam solum "ejurato" usurpasset Valesius. Contra Zimmermannus verba illa "atque ejurato" non recte delevisse in translatione Valesiana nobis videtur. Quomodo vero *ἐξορ-*

χεῖσθαι τὸ μυστήριον patribus esse potuerit: religionem Christianam *deserere, abjicere*, facile, credo, intelligitur. Quicunque enim ea illius placita enunciabat ac prodebat, quæ potius tacenda essent, eo ipso illis satis luculenter demonstrare videbatur, se illam non amplius ex animo colere, imo contemnere, despicatui habere, deserere. Quare quamvis adhuc non sint in promptu alii loci, ubi eodem modo interpretanda sit vox ἐξορχεῖσθαι, tamen nihil vetat, quo minus potuisse ita eam a patribus usurpari dicamus, orationem vero contextam nostri loci docere puto, rectius illam nostro loco eo quo dixi modo explicari *debere*. Bene igitur Rufinus quoque vertit: *abjurato* fidei mysterio. Cf. Hermann. *ad Viger.* p. 941. "usus consulendus est priusquam regulam constituas: quamquam etiam ab altera parte cavendum, ne tantum tribuas usui, ut quod potest per rei naturam fieri, neges fieri posse, nisi usu exemplorumque vi comprobari videas. Nam quædam in hoc genere ejusmodi sunt, ut ne indigeant quidem exemplis." Satis autem lubrica nobis videtur conjectura Readingi in Corrigendis. Valesium fortasse in aliquo codice legisse ἐξορκισάμενον pro ἐξορχησάμενον. Hæc cum scripsissem, incidi casu in annotationem Valesii ad notas Maussaci in Harpocrat. Lexic. p. 152. omnia quæ exposui, egregie confirmantem hanc: "Ἐξορχήσασθαι autem fere pro *insultare* et *contemnere* ac *deridere*: sic *Athanasius* in 2. contra Arrianos sæpe. Arrianus lib. iii. cap. 21. σὺ δ' ἐξαγγέλλεις τὰ μυστήρια καὶ ἐξορχῇ παρὰ καιρὸν, παρὰ τόπον." Sed ἐμπομπεύοντα τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾷ minus bene vertit Val. ad execrandam *transgressus* hæresim Artemæ, recte Stroth. *der mit der abscheulichen Ketzerei des Artemas prahlt.* HEIN.

Ib. ἐκπομπεύσαντα] Ἐμπομπεύοντα scribitur rectius. Ceterum in hujus loci versione corrigendus est Rufinus hoc modo: *Hic vero qui abjurato fidei mysterio ad pollutissimam se Artemæ hæresim contulit.* Et paulo post ubi leguntur hæc verba: *Hic vero qui indignus habitus est esse in ecclesia catholica, anathema scribatur.* Lego *Artemæ scribat*, ut fere scriptum habent duo vetustissimi codices. Ex quibus etiam sequentia corrigenda sunt in hunc modum: *Artemæ scribat, et illius hæresis sectatores ei communicent.* Sic enim habet Græcum

exemplar epistolæ, ex quo hæc conversa sunt. Atque ita diserte scriptum habet vetustissimus codex Rufini in bibliotheca S. Germani. VALES.

30, 15. ἀντιτασσόμενον τῷ θεῷ, i. e. *Deo bellum indicentem*, ut recte vertit Val. Vid. Kuinoel *Commentar. ad Actor.* xviii. 6. p. 621. cf. Euseb. H. E. vi. 39. not. 2. Ad rem. vid. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 608. "*We must not, however, believe that the bishops always acted on the principle that no bishop could judge another. When Paul of Samosata, bishop of Antioch, put forward his error, the neighbouring bishops were not content with warning him to leave his error under threat of cutting him off from their communion, but they made themselves, according to the expression of Cyprian*, (Cyprian. in Concil. Carthag. de rebaptiz. hæret. et lib. de unit. eccl. f. 108. ed. Brem.), *bishops over bishops*." HEIN.

Ib. παρὰ τούτου τὰ κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα] *Communicatorias litteras* vocant Latini, quarum usus est antiquissimus in ecclesia. Easdem etiam *formatas* dixerunt, ut testatur Augustinus in epistola 163. Duplex autem fuit earum genus. Aliæ enim clericis et laicis peregrinaturis dabantur, ut a peregrinis episcopis ad communionem admitterentur. Aliæ erant quas episcopi testandæ communionis suæ causa ad alios mittebant episcopos, et quas ipsi vicissim ab aliis accipiebant: de quibus hic loquitur synodus. Eæ autem paulo post ordinationem mitti solebant a recens ordinatis episcopis. De his intelligendus videtur Augustinus in epistola 162. Cypr. in epist. ad Cornel. p. 92. denique epistola synodica concilii Sardicensis. Si quis tamen cuncta hæc loca de formatis etiam intelligere voluerit, equidem non repugnabo. Porro notanda est hoc loco diligens cautela sanctorum patrum, qui deposito hæretico sacerdote, nomen catholici episcopi qui in ejus locum substitutus fuerat, cunctis episcopis significant, ut scilicet sciant, a quo ecclesiasticas litteras accipere et ad quem scribere debeant. Eandem ob causam Cyprianus misit Cornelio papæ nomina catholicorum episcoporum totius Africæ, ut scribit in epistola citata ad Cornelium. Patres quoque Sardicensis concilii eandem adhibuerunt diligentiam. Sed et quoties mortuis episcopis alii in eorum locum fuerant ordinati,

eorum nomina reliquis episcopis indicare consueverat ordinator, ut scirent ad quos scribere et a quibus pacificas literas accipere deberent, ut discimus ex Theophili epistolis paschalibus. VALES.

30, 16. *καὶ ταῦτα μὲν ἐνταυθοῖ κείσθω*] Baronius ad annum Christi 272. quo Antiochenam synodum consignavit, Eusebium nostrum fraudis arguit, seu, ut ipse loquitur, conniventiæ, quod professionem fidei patrum synodi illius Antiochenæ, quæ Arianorum hæresim prorsus jugulabat, consulto prætermiserit. Verum Baronius et aliis in locis iniquior fuit adversus Eusebium, et hic immerito eum reprehendit. Nam professio illa fidei quam Baronius illic profert ex actis Ephesinæ synodi, non est professio sanctorum patrum Antiocheni concilii, ut Baronius existimavit, sed ipsius Nicæni. Quod quidem facile est demonstrare. Nam in parte iii. seu tomo iii. actorum Ephesinæ synodi pag. 378. titulus professionis illius ita conceptus legitur: *Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ὅρος ἐπισκόπων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ ἔκθεσις τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς Παῦλον Σαμοσατέα.* Id est: *De incarnatione verbi Dei, filii patris, definitio episcoporum qui Nicææ in synodo convenerunt, et expositio ejusdem synodi adversus Paulum Samosatenum.* Vides professionem illam fidei adversus Paulum Samosatenum, adscribi synodo Nicænæ, non autem Antiochenæ. Itaque non video, quid Baronium impulerit, ut professionem illam Antiochenæ synodo adscriberet, nisi forte mendosos codices nactus est, aut pro Nicæna synodo Antiochenam restituendam putavit. Certe in synodo Nicæna hæc non leguntur. Sed quis nescit cuncta fere acta illius synodi intercidisse? Videtur tamen mentio fieri illius definitionis in canone 19. concilii Nicæni, qui est de Paulianistis: *Περὶ τῶν Παυλιανισάντων ὅρος ἐκτέθειται,* etc. Jam igitur expungenda est ex actis Antiochenæ synodi, professio illa quam Baronius eumque secutus Binius Antiochenæ synodo falso adscripserunt. Et hæc quidem de synodo 2. Antiochena, quæ adversus Paulum Samosatensem congregata est. Scripsit præterea eadem synodus epistolam ad Paulum Samosatensem, in qua patres fidem suam de Christo ipsi significant, et utrum eadem cum ipsis sentiat, sciscitantur.

Exstat hæc epistola in tomo ii. bibliothecæ patrum, scripta a synodo inter initia consessus, antequam Malchion presbyter adversus Paulum disputasset. Verum Baronius hanc epistolam priori synodo Antiochenæ, quæ anno 12. Gallieni adversus eundem Paulum coacta est, perperam attribuit, quod vel titulus ipse illius epistolæ aperte convincit: *Exemplum epistolæ missæ Paulo Samosatensi ab orthodoxis episcopis priusquam deponeretur.* Atqui constat Paulum Samosatensem in secunda demum synodo Antiochena depositum fuisse. Nam in priore synodo deceptis per simulationem episcopis, indemnis abscesserat. Sed et nomina episcoporum illi epistolæ præfixa, satis indicant id quod dixi: *Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proclus, Bolanus, Paulo in Christo salutem.* Neque enim Hymenæus in priore Antiochena synodo præsedit, sed Firmilianus. VALES.

30, 17. μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου] Paulus post depositionis sententiam adversus ipsum prolatam aliquot annis ecclesiam suam retinuit, nec episcoporum decreto paruit, fretus scilicet potentia Zenobiæ reginæ, quæ tunc temporis in oriente dominabatur. Hujus enim patrocinio tegebatur Paulus, ut scribit Athanasius in epistola ad Solitarios: Ἰουδαία ἦν Ζηνοβία καὶ Παύλου προέστη τοῦ Σαμοσατέως· ἀλλ᾽ οὐ δέδωκε τὰς ἐκκλησίας Ἰουδαίοις εἰς συναγωγάς. Sane Paulum fœde adulatum esse Zenobiæ reginæ, ejusque gratiam omnibus modis captasse, scribit Theodoretus lib. ii. hæreticarum fabularum, et ex illo Nicephorus in libro vi. cap. 27. Cujus verba perperam interpretatus est Langus hoc modo: *Paulus porro iste curare Zenobiam in religione Judaizantem volens, plurimumque operæ in ea convertenda ponens, in Artemonis hæresim impegit.* Quæ quidem prava versio non sine causa Baronium conturbavit. Atqui θεραπεύειν hoc loco non est curare nec convertere, sed *adulari* et *obsequiis gratiam cujuspiam promereri*[r]. Victa demum Zenobia, catholicæ religionis antistites

[r] Haud ingratum fore existimo lectori docto, cum his Valesio h. l. annotatis conferre quæ scripsit P. I. Scherdam (Ruhnkenius?) in dissertat. philolog. de vita et scriptis Longini §. xi. p. xciv. sq. præmissa Longino Weiskii: "Per hanc, ni fallimur, occasionem, cognitus est (Longinus) *a virilis animi muliere, et nulli priscarum heroidum secunda, Septimia Zenobia,* quæ tum orientis imperium tenebat. Quæ non minore ingenio, quam animo, prædita, cum bonas artes adamaret, Longinum Græcarum litterarum magistrum adhibuit.

Aurelianum adierunt, poscentes ut Paulum qui cum Zenobia adversus Romanos consenserat, ab ecclesiæ Antiochenæ sede removeret, quod contigit anno tertio imperii Aureliani. VALES. Dicenda præterea nonnulla sunt de verbis τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου, quæ quid significent, sane potest ambigi. Valesius vertit *e domo ecclesiæ*, Strothius *aus dem Kirchen-Hause*, non minus ambigue. Et in Germanica interpretatione ad h. l. not. 4. Strothius scripsit hæc: "*Joseph Mede believes that by οἶκος ἐκκλησίας we are to understand, not the dwelling house of the bishop, but the house devoted to the worship of God. Probably it might have been both at the same time.*" Valesius autem credidisse videtur οἶκον ἐκκλησίας significare h. l. nihil nisi ἐπισκοπήν. Cf. verba hujus "*Paulus—ecclesiam suam retinuit*" et "*poscentes ut Paulum — ab ecclesiæ Antiochenæ sede removeret.*" Equidem longe proclivior sum ad credendum, οἶκον ἐκκλησίας h. l. esse domum Paulo ad habitandum ab ecclesia concessam. Neque enim tam insipidum fuisse crediderim Paulum, ut ædes sacras occupaverit et quamvis episcopi dignitate exutus, tamen ex illis excedere noluerit. Quamquam huic ipsi interpretationi qua οἶκος ἐκκλησίας sint ædes sacræ, melius convenire videntur sequentia ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας. Cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. ii. p. 319. extr. p. 609. p. 633. Löffler. *kleine Schriften* t. i. p. 116. De judicio Aureliani imperatoris hac in causa lato vid. Cramer. l. l. p. 633. sq. "*The sentence of this emperor was,* (*Aurelian,*) *that that party should be in the right which was in communion with the bishops of Rome and Milan. A heathen empe-*

Vopiscus in Aurelian. 30. *quo* (Longino) *illa magistro usa esse ad Græcas litteras dicitur.* Quo uno, si quid judicamus, argumento concidit *fabula de Zenobiæ Judaismo*, sæpe jactata ab ecclesiæ patribus, Athanasio epist. ad Solitar. tom. i. Opp. p. 386. Photio Bibl. Cod. cclxv. p. 1470. et aliis, quos indicat Moshemius Histor. Christian. sæculi iii. p. 706. Quis enim credat, Judæam Græcarum litterarum magistrum, eumque philosophum, expetiisse? Cujus gentis quantum in Græcas literas et philosophiam odium fuerit, nihil attinet disputare post luculentam demonstrationem Ernesti V. C. Opusc. Philol. p. 408. Unde igitur ista manavit fabula? Nempe ab immoderata et minime Christiana maledicendi libertate, quam illius ætatis orthodoxi sibi in quoslibet a se dissentientes sumebant. *Accusatus erat Paulus Samosatenus* cum ob alias opiniones, quas referre longum est, et haud necessarium, tum *ob Judaismi suspicionem;* mox etiam patrum decreto episcopatu Antiocheno dejectus. *Hunc ab adversariis vehementer exagitatum cum Zenobia, mulier philosopha, et in religione diversa sentientes facile ferens, tuendum suscepisset, Orthodoxi, dolorem, quem inde ceperant, ulciscentes, non modo Paulum Samosatenum ad sacra Judaica transiisse, sed ejus etiam patronam Judæam fuisse, suo jure clamarunt.*" HEIN.

ror could come to no other decision than that he must be in the wrong who was not considered orthodox by the principal bishops of his empire, and these were, in his opinion, the bishops of Rome and Milan. It is clear that we cannot decide the supremacy of the Roman over other churches from the judgment of Aurelian, without giving exactly the same honour to the church of Milan." Et ibid. p. 609. "*If he (Paulus) had adherents in Antioch, who had contributed to the episcopal house, be it church or not which we understand thereby, the orthodox could not allow the party in error, simply because they were in error, to be deprived by the emperor of the share in it which they possessed.*" Nihilo minus eodem modo quo Aurelianus judicavit episcopus Cæsareensis. Vide verba βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφεν etc. Cf. Dodwell. *dissertt. in Iren.* vi. p. 477. De verbo ἐντευχθεὶς vid. iv. 12. (pag. 236.) cf. Wahl. *Clav. N. T.* s. h. s. HEIN.

Ib. μετὰ—αἰσχύνης Paulus munere suo privatus est, quia sive ex ipsa domo sua sive ex ædibus sacris a magistratu pulsus. HEIN.

30, 18. τισὶ βουλαῖς] Cf. Moshem. *Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 559. sq. HEIN.

Ib. μονονουχὶ—ἀποδεσμοῦσα vertit Valesius: *quasi* (rectius *fere*) *constricto cubito conatum ejus reprimens,* i. e. præsentissima efficacia sua Deus ejus ausa repressit. HEIN.

30, 19. ἔτεσι γοῦν ἕξ, *etc.*] Cum Eusebius nec hoc loco annos imperatorum recte designaverit, addere placet quæ de iis scripsit Pagi: "Interfectus est *Aurelianus* inter Constantinopolim et Heracleam, die tertio nonas Aprilis anni 275. postquam imperaverat annos quatuor. *Eusebius* aliique, qui annos sex ei tribuunt, annos Julianos utrinque incompletos numerant. Sequutum est interregnum sex mensium. Tum *Tacitus* imperator nunciatus est. Eoque ducentesima imperii die apud Tarsum vel interfecto, vel febre sublato (incertum enim est mortis genus), *Probus* in Illyrico, et *Florianus* Romæ imperatores dicti. Horum posterior post lxxxix. dies apud Tarsum a suis interficitur. *Probus* exactis in imperio annis sex et tribus integris mensibus, dum per Illyricum iter faceret, a militibus suis per insidias interemtus est circa initium mensis

Augusti, anni 282. *Carus* imperator fulmine sublatus est anno 284. *Numerianus* per insidias occisus est, sed non ante Septembrem anni 284. occisus est *Carinus* anno 285. tertium imperii Augustei annum ingressus." De successione vero episcoporum Romanorum ab Eusebio h. l. non satis recte constituta idem Pagi hæc affert: "*Dionysius* die xxii. mensis Julii anni 259. ordinatus fuit: dieque xxvi. mensis Decembris anni 269. supremum diem obiit: sicque sedit annos x. menses v. dies iv. *Felix* qui die xxviii. Decembris anni 269. pontificatum susceperat, anno 274. ad Deum migravit, die xxii. mensis Decembris. Sedit annos iv., menses xi., dies xxv., vacavit sedes dies xiii. Cum *Eutychianus* die vii. Decembris anni 283. e vivis excesserit, recte dicitur sedisse annis viii., mensibus xi., diebus iii. ejusque initium die 5. Januarii anni 275. contigit. Sedes viii. dies vacat. *Caius* qui die xv. Decembris anni 283. pontificatum iniit, et usque ad diem xxi. Aprilis anni 296. ecclesiam gubernavit, sedit annos xii., menses iv., dies vii." Cf. infra cap. xxxii. HEIN.

31, 1. Ὁ Μανείς] De iis quæ de Manete refert hoc capite Eusebius, Reuterdahl. *de fontt.* p. 76. "*Vix*," inquit, "*alia hæc sunt, quam quæ inter Orthodoxos temporis Eusebiani vulgo traderentur.*" Cf. verba ὡς——ἐπιπολάζει. Socrat. i. 17. 22. Theodoret. in epitom. hæres. i. cap. ext. Cyrill. Hierosolym. catech. 6. Philastrius de hæress. Suidas in voce Μανής. Beausobre *histoire de Manichée et du Manichéisme* t. ii. Walch. *Ketzergeschichte* t. i. Wolf. *Manichæismus ante Manichæos.* Lardner. *Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte* t. ii. Bayle *dictionaire* s. v. Manichéens. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. ii. p. 303. sqq. Verba ὁ Μανεὶς τὰς φρένας, recte vertit Val. ille *merito dictus Manes*, melius etiam Stroth. *der am Verstande ein wahrer Manes war.* Præterea Stroth. *Uebersetzung* t. i. p. 595. not. 10. animadvertit: "*A play on the meaning of the Greek participle μανεὶς, which means a madman; from which comes Manes, the common name of a slave with the Greeks. But with this heretic it was no Grecian but a Persian name which he is said to have assumed, as he was before this called Kubrikus. The ancients looked for something providential in his thus having accidentally assumed a name which in Greek*

bore so bad a meaning." Vide plura ad hoc genus spectantia a me exposita ad Euseb. vi. 41. (p. 505. sq.) et infra c. xxxii. cf. hoc ipso cap. xxxi. verba ἐπώνυμος τε τῆς δαιμονιώσης αἱρέσεως et inferius τήν τε φύσιν δαίμονικός τις ὢν καὶ μανιώδης——τυφούμενός γε ἐπὶ τῇ μανίᾳ. HEIN.

Ib. τυφούμενός γε ἐπὶ τῇ μανίᾳ] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Rufinus quidem vertit *et elatus insania.* Sic enim habent manuscripti codices. Nec aliter Musculus et Christophorsonus. VALES. Recte vertit Valesius *præter insaniam superbia etiam elatus* et Str. *und bliess sich ausser seiner Raserey auch noch auf.* HEIN.

31, 2. Τοιαύτη—ὑπόθεσις] Vales. non male vertit: Ejusmodi fuit *origo*, etc. male Strothius: *So eine Bewandniss hatte es mit dieser falschen Lehre.* Vide quæ monui ad Euseb. de martyr. P. c. xi. HEIN.

32, 1. Μησὶν οὗτος δέκα] Immo Eutychianus annis octo, mensibus undecim Romanam rexit ecclesiam, ut est in vetere libro de pontificibus Romanis, in quo anni pontificum a Callisti pontificatu, ut jam dixi, optime digesti sunt, per consules sub quibus sedere cœperunt et sub quibus desierunt. Eusebius igitur octo annos ademit Eutychiano et Xysto eos perperam largitus est, ut supra notavi. VALES.

Ib. Δωρόθεον] Baronius in notationibus ad martyrologium Romanum, hunc Dorotheum presbyterum Antiochiæ, eundem esse credidit cum Dorotheo Tyri presbytero, cujus mentio fit die 5. mensis Junii. Quem Baronii errorem jam notavit Blondellus in apologia pro sententia Hieronymi pag. 274. Sed dum alium reprehendit Blondellus, multo gravius ipsemet erravit. Dorotheum enim Antiochensem presbyterum, de quo hic loquitur Eusebius, confundit cum Dorotheo cubiculario imp. Diocletiani, cujus martyrium describitur ab Eusebio in lib. viii. Ego vero non dubito, quin duo fuerint Dorothei, alter presbyter Antiochensis, alter cubicularius eunuchus Diocletiani. Idque certissimis argumentis adstrui potest. Primo enim presbyter ille Antiochensis martyr non fuit. Certe Eusebius id de illo non dicit, neque in hoc loco, neque in lib. viii. cap. 13. ubi ecclesiasticos viros recenset, qui illa persecutione martyrium subierant. Et tamen Lucianum Antio-

chensem presbyterum illic nominat, non omissurus utique Dorotheum magistrum suum, si is martyrium pertulisset. Deinde presbyter Antiochenus Dorotheus vir fuit nobilis, et magistratum gessit antequam presbyter fieret. Alter vero Dorotheus servilis fuit conditionis utpote cubicularius eunuchus. Denique prior ille Dorotheus presbyter fuit temporibus Cyrilli episcopi Antiocheni. Cyrillus autem sedere cœpit ab anno 4. imp. Probi mansitque ad annum usque 17. Diocletiani. Ponamus igitur Dorotheum presbyterum fuisse circa exordia episcopatus Cyrilli, id est, sub Probo aut sub Caro. Fieri non potest, ut idem postea fuerit cubicularius Diocletiani. Neque enim ex presbyteris fiunt cubicularii, cum nec ecclesiastica regula, nec ratio ipsa id ferat. Quippe presbyteri fiebant matura jam ætate. Ad cubiculum autem principum pueri aut adolescentes formosi eligebantur. Quod si dixeris Dorotheum principatu Diocletiani factum esse presbyterum, eadem manet difficultas, quomodo ex presbytero factus sit cubicularius. Quippe ex Eusebio aliisque constat, Dorotheum dum esset cubicularius et in aula principum versaretur, subiisse martyrium. Fefellit Blondellum, primo quidem similitudo nominum, deinde quod uterque eunuchus, uterque carus imperatori fuisse dicitur. Verum animadvertere debuerat Blondellus, fieri non posse ut idem simul esset presbyter et cubicularius, simul sacras literas in ecclesia exponeret et in aula principum versaretur. VALES. Cf. Danz. p. 52. sq. not. 8. "*Caius—Eutychiani successor ordinatus est exeunte anno Christi* 283, *et sedem obtinuit per xii. annos, et quod excurrit. Timæus diem obiit supremum eodem anno, quo Eutychianus cujus in locum subiit Cyrillus. Cyrillum secutus est Tyrannus cujus temporibus ecclesiarum vastatio maxime viguit, i. e. cujus vita episcopalis in annos priores persecutionis Diocletianæ incidit.*" HEIN.

Ib. τῶν μάλιστα ἐλευθέρων] Magis placet ea lectio quam in codice Medic. et Mazar. reperi ἐλευθερίων, id est, *liberaliter educatus*. VALES.

Ib. τὴν φύσιν—εὐνοῦχος explicant verba quæ satim sequuntur οὕτω πεφυκὼς ἐξ αὐτῆς γενέσεως. De voce εὐνοῦχος vid. Wetsten. *ad Mtth.* xix. 2. Fischer. *de vitiis Lexic. N. T.*

prolus. xxi. not. 16. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. ii. p. 796. cf. Euseb. H. E. vi. 8. init. Mœris p. 347. ed. Pearson. Ceterum satis pleonastice dicta esse patet illa τὴν φύσιν——γενέσεως. Cf. quæ disserui ad Euseb. H. E. vi. 14. (p. 452. sq.) sqq. Quamquam haud scio an φύσις et γένεσις h. l. ita possit discerni, ut γένεσις et γέννησις distinguendum dicit Paulus l. l. p. 905. "γένεσις *signifies existence in a wider sense, but* γέν-νησις *is limited to birth.*" Ibid. p. 915. et t. i. p. 106 a. p. 118. sq. p. 249. Adde Constantini orat. ad sanctt. cœt. c. iv. ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἀρχὴ γένεσις καλεῖται. Euseb. V. C. ii. 34. οὐδὲν αὐτοῖς τῆς προτέρας ἐπαρκεσάσης γενέσεως. iii. 41. ἐνσάρκου γενέσεως iii. 43. ἐνσάρκου γεννήσεως H. E. iv. 22. περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ. Const. orat. ad sanctt. cœt. c. iii. Joh. ix. 1. Jacob. i. 23. iii. 6. Josephus apud Eus. H. E. iii. 10. p. 215. εὐθὺς ἐκ πρώτης γενέσεως. In sequentibus ante μετρίως excidisse οὐ conjecit Strothius, cum jam in commentatione: *Leben und Schriften des Eus.* p. xix. not. m. locum nostrum τούτου οὐ μετρίως *etc.* laudasset, etiam in edit. Græca ad h. l. At temere, ut equidem puto. Vid. quæ annotavi vi. 2. (pag. 430.) Adde vi. 23. extr. μετρίως ἀνεγράψαμεν. HEIN.

32, 4. ἐπέραστόν τι θεοσεβείας χρῆμα, i. e. *amabalis dei cultor* s. *Christianus.* Permira est interpretatio Vales.: *religionis thesaurus,* et Strothii: *ein liebenswürdiger Schatz der Religion.* Est potius i. q. ἐπεραστός τις θεοσεβής. Vide viii. 13. θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων τῆς ἐν Χρίστῳ θεοσεβείας = θεῖός τις διδάσκαλος τ. ἐ. Χ. θ., quod ipse Val. melius vertit: Christianæ religionis *doctor eximius* et Stroth. *einer der würdigsten Lehrer der christlichen Religion.* Præterea vid. Wesseling. *ad Herodot.* i. 36. Valckenar. *ad Euripid. Phœn.* p. 70. Viger. *de idiott.* p. 158. iii. ed. Hermann. Reiz. *ad Lucian.* tom. i. p. 834. Sturz. *Lexicon Xenophont.* vol. iv. p. 555. Matthiæ *ausf. griech. Grammatik* p. 799. Notandus vero simul usus verbi θεοσεβεία tum hoc loco tum viii. 13. Dicitur enim θεοσέβεια sæpius a patribus ecclesiasticis κατ' ἐξοχὴν religio Christiana. Vid. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. ii. p. 354. Tacuit hanc verbi θεοσέβεια significationem Suicerus in *Thes.* Fluxit autem illa simul ex 1 Timoth. ii. 10. cf. Act. iii. 12. 1 Timoth. ii. 2. iii. 16. iv. 7, 8. vi. 3. 5. 6. 11. 2 Timoth. iii. 5. Tit. i. 1.

2 Petr. i. 3. 6. 7. iii. 11. Eodem modo θεοσεβεῖς sunt Christiani apud Euseb. H. E. vii. 10. HEIN.

32, 5. 'Ανατόλιος] Hic est ni fallor Anatolius, cujus meminit Eunapius in vita Iamblichi, ubi dicit Iamblichum auditorem initio fuisse Anatolii, qui tunc temporis in philosophia secundum a Porphyrio locum obtinebat. Οὗτος 'Ανατολίῳ τῷ μετὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ συγγενόμενος, πολύγε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἥκμασεν. Certe Anatolius qui hic ab Eusebio commemoratur, iisdem temporibus vixit quibus Porphyrius, et in omni genere doctrinæ perinde ac ille versatus est. Quippe Eusebius diserte testatur, eum non solum in philosophia ac mathematicis disciplinis, sed etiam in rhetorica cunctos sui temporis longo intervallo superasse. VALES. Quod pertinet ad illam locutionem proverbialem, quæ statim sequitur διάδοχος ἀγαθὸς φασὶν ἀγαθοῦ καθίσταται, eam alibi frustra quæsivi, nisi forte possit comparari illud Aristotelis: ὁ καλῶς ἄγων ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι. Vid. Erasmi *Chiliadd.* Ceterum observandum est, proprie dicendum fuisse ἀγαθῷ præcedente αὐτῷ. Sed Eusebius h. l. simpliciter cogitans de ipsa proverbiali illa locutione, quæ haud dubie erat: διάδοχος ἀγαθὸς ἀγαθοῦ καθίσταται, ἀγαθοῦ recte poterat scribere, quamvis antea non αὐτοῦ sed αὐτῷ scripsisset. HEIN.

Ib. 'Αριστοτέλους διαδοχῆς] Cum Anatolius in omni genere philosophiæ esset exercitatissimus, rogatus est ab Alexandrinis, ut Aristotelicæ successionis scholam institueret, instar Platonicæ successionis, cujus celeberrima schola jampridem Athenis erat instituta. Hic est sensus hujus loci, quem Christophorsonus nullatenus intellexit. Multa hic possem dicere de schola Platonicæ philosophiæ, quæ Athenis fuit. Hujus scholæ magistri, διάδοχοι dicebantur, et decreto publico ad ejus magisterii locum promovebantur, ut docet Damascius in Isidori vita apud Photium pag. 1066. Habebat autem hæc schola reditus annuos non mediocres ex prædiis quæ a viris studiosis ei scholæ donata fuerant ac legata, quæ διαδοχικὰ dicebantur, ut docet Olympiodorus in Alcibiadem Platonis, praxi 15. in fine, et Damascius in Isidori vita pag. 1058. Verum locus Damascii integrior exstat apud Suidam in voce

Πλάτων· Πλάτων ὁ φιλόσοφος πένης ἦν, καὶ μόνον τὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐκέκτητο κῆπον· ὃς μέρος ἐλάχιστον ἦν τῶν διαδοχικῶν, etc. Ad exemplum scholæ illius Atheniensis instituta postmodum est Alexandriæ philosophica schola, cui præfuit Hierocles celeberrimus ille philosophus, ut scribit Damascius ibidem, et Æneas Gazensis in Theophrasto, initio. VALES.

32, 6. τοῦ Πυρουχείου πολιορκίᾳ] In codice Regio legitur Προυχείου, ad marginem tamen eadem manu adnotatur scribendum esse Πυρουχείου. Sed nihilominus recte scriptum erat Προυχείου. Sic enim dicitur in vita Apollonii Dyscoli: ᾤκει δὲ ἐν τῇ Προυχίῳ περὶ τὸν δρόμον, ἐν τόπῳ οὕτω καλουμένῳ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἔνθα καὶ ἐτάφη. Porro hæc Bruchii expugnatio contigit Aureliani temporibus, ut scribit Amm. Marcellinus in fine libri xxii. ubi de Alexandria loquitur: *Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapsis, dirutisque mœnibus amisit regionum maximam partem quæ Bruchium appellabatur.* In chronico tamen Eusebii id refertur anno 2. Claudii: *Alexandriæ Bruchium, quod per multos annos fuerat obsessum, tandem destruitur.* Ad quem locum Scaliger Eusebium reprehendit, et Aureliani temporibus id accidisse contendit, fretus scilicet auctoritate Amm. Marcellini. Verum Eusebii sententiam equidem sequi malim. Etenim dum Bruchium obsideretur a Romanis, Eusebium virum sanctissimum, et Anatolium adhuc Alexandriæ fuisse testatur Eusebius, nec nisi post solutam Bruchii obsidionem in Syriam migravisse. Atqui Eusebius in Syriam profectus est ad synodum Antiochenam quam anno 2. Claudii coactam fuisse supra demonstravimus. Et dum Antiochia rediret, a Laodicenis detentus, et episcopus ejus loci factus est anno primo imp. Aureliani, ut opinari licet. Itaque recte Eusebius in chronico ad annum 2. Aureliani scribit, *Eusebius Laodicenus insignis habetur.* Quod si Bruchium Aureliano regnante captum est, quomodo Eusebius, qui obsidionis tempore erat Alexandriæ, Antiochiam migrare et concilio interesse, et episcopus Laodiceæ fieri potuit? VALES. Ex sententia Pagi ad a. 269. n. xi. Eusebius potius scripsit, Eusebium et Anatolium post bellum ex Alexandria in Syriam migrasse, Bruchio sub finem a. 269. expugnato, simul Antiochiam perrexisse, post celebratam vero sub hujus anni finem secundam synodum

Antiochenam, Eusebium a Laodicensibus detentum et eorum episcopum renuntiatum esse, ac post ejus mortem, post annum nempe secundum Aureliani imp., Anatolium, qui simul cum Eusebio Laodiceæ detentus erat, in ejus locum subrogatum. HEIN.

32, 7. τῷ Ῥωμαϊκῷ συμμαχοῦντος στρατῷ] Dum Claudius imp. adversus barbaros pugnaret, Zenobia misso Zabda duce cum ingenti militum manu, adjuvante etiam Timogene Ægyptio, Ægyptum occupavit, et præsidium Alexandriæ imposuit. Verum Probus dux Romanus cum copiis quibus imperabat, adjunctis sibi Ægyptiis quotquot Palmirenis minime favebant, eos ab Ægypto depulit, ut narrat Zosimus et Pollio in Claudio. Tunc igitur Bruchium mihi videtur obsessum fuisse a Romanis. VALES.

32, 9. παρ' ἑαυτοῖς idem est quod παρ' ἡμῖν αὐτοῖς. Satis constat et veteres Græcos et N. T. scriptores pronomine ἑαυτοῦ ita sæpius uti. Cf. 2 Cor. vi. 4. vii. 1. Winer. *neutest. Gramm.* p. 64. 7., qui tamen non monuit Gal. v. 14. cum Griesbachio et Knappio scribendum esse σεαυτὸν, quod plures iique optimi codd. exhibent. Præterea vid. Dorvill. *ad Charit.* p. 296. Buttmann. *ad Plat. Alcib.* ii. 10. Stallbaum. *ad Plat. Phileb.* p. 5. cf. Xen. Mem. i. 4. 9. Sturz. *Lex. Xen.* vol. iii. p. 5. HEIN.

32, 10. ταμιεύεσθαι] Male Christophorsonus vertit *congerere.* Nam ταμιεύεσθαι proprie est, *cum parcimonia admetiri ac dispensare annonam*, quod in penuria fieri solet et in obsidionibus. VALES.

32, 12. ἐκ τῆς μακρᾶς πολιορκίας] Hieronymus in chronico plures per annos protractam esse scribit Bruchii obsidionem. VALES.

32, 13. Verba ἐν οἷς——παρίστησιν vertit Valesius: *præcipue vero ex iis, in quibus suam de paschate sententiam confirmat.* Rectius contra præeunte Christophorsono Strothius: *Besonders trägt er hierinnen die Meinungen vom Opferfeste vor.* Vere enim V. D. *Ueberzetzung* t. i. p. 603. n. 10. hæc scripsit: "*Although* παρίστησι *admits of both meanings, yet* δόξαντα *must have been followed by* αὐτῷ *if it was intended to mean suam. without being ambiguous. Not to mention that the whole construction must have been changed, to make the translation of Valesius admissible.*"

Adde vii. 27. ext. δι' ἐπιστολῆς τὸν αὐτοῦ γνώμην—παραστήσας quod Val. vertit: quid ipse de hac quæstione sentiret, per epistolas *indicavit*, Stroth. *schickte* (?) *aber in einem Briefe seine Meinung*, etc. Usitatiorem tamen esse eam significationem verbi παριστάναι qua illud est *probare*, *demonstrare*, non puto posse negari. Vide exempla ex Josepho, Philone, Arriano, Artemidoro, Xenophonte allata a Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* xxiv. 13. p. 772. ed. ii. Cf. Valesius ad Euseb. H. E. iv. 23. (pag. 293.) et de cognata verbi παρατιθέναι significatione Valckenar. *Opusc.* vol. ii. p. 303. Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* xvii. 3. p. 573 sq. Passow. in *Lexic.* s. vv. HEIN.

Ib. ἐκ τῶν περὶ τοῦ πάσχα Ἀνατολίου κανόνων] Hæc verba a reliquo Eusebii textu separanda sunt. Sunt enim instar tituli cujusdam, quo denotatur, sequens fragmentum alterius esse scriptoris. VALES. Quod fieri voluit Vales., ego cum Stroth. et Zimmerm. feci. HEIN.

32, 14. Ἔχει τοίνυν] Hic subaudiri aliquid manifestum est. Christophorsonus quidem festum paschale subaudiri existimavit, quod est absurdum. Neque enim pascha incidit in novilunium primi mensis. Ego vero existimo scribendum esse ἔχεις, vel certe ἔχε in imperativo. VALES. Cph. opinionem non posse admitti ob rationem a Val. allatam, certum esse existimo. Sed vel Val. sententiam qui vertit: *habes*, etc., præeunte Petavio in *animadv. Epiph.* p. 188—200., ubi uberrime disputat de hoc Anatolii loco V. D. recte rejecit Strothius, veri simillimum esse ratus, Eusebium malum suum excerpendi morem secutum, quo ex medio contextu sæpius nonnullis arreptis ea quæ necessaria essent ad intelligendum, omitteret (cf. v. 7. 8. 16.), hoc quoque loco ante ἔχει omisisse nomen alicujus viri, cujus, cum ipse scripsisset de pascha, sententiam Anatolius referret. Ceterum amare Eusebium mentionem facere librorum de festo paschali scriptorum, quod hæc causa sua ætate maxime agitata sit. Cf. Valesii *diatribe de vita et scriptis Euseb.* p. xlvi. not. 45. (Jo. van der Hagen) *Dissert. de Cyclis paschalibus, qui Enneadecaëteride Alexandrina nituntur* etc. Amstelod. 1736. 4. De Anatolio vid. Eichhorn. *Bibliothek der bibl. Litteratur* vol. v. p. ii. p. 253. sqq. Keil. *ad Fabric. Bibl. Gr.* vol. vii. p. 300. HEIN.

32, 15. Εὑρίσκεται——ἁμαρτάνειν φαμέν] Fortasse haud in-

jucundum erit lectoribus hujus loci interpretationem Valesianam et Strothianam appositam habere. Illa hæc est: "*Porro in supradicta die vicesima sexta mensis Phamenoth, sol reperitur non modo primum ingressus segmentum, verum etiam quartum in ea diem percurrens. Hanc partem primum dodecatemorium, et æquinoctium et mensis initium, et caput circuli, et carceres cursus planetarum vocare solent. Quæ vero hanc partem proxime antecedit, finis mensium et segmentum duodecimum; et ultimum dodecatemorium, et terminus circuitus planetarum vocatur. Quamobrem qui primum mensem in ea statuunt, et quartamdecimam paschalis festi ex ea deducunt, eos non mediocriter errare affirmamus.*" Strothius autem vertit: "*An dem gedachten 26sten Tage des Monats Phamenoth aber findet man die Sonne nicht allein aufsteigend in dem ersten Zeichen des Thierkreises, sondern sie läuft schon den vierten Tag darin. Dies Zeichen pflegt man das erste Zwölftel, das Æquinoctium, den Anfang der Monate, das Haupt des Kreises, und den Auslauf der Planeten zu nennen. Hingegen nennt man das nächstvorhergehende, den letzten Monat, das zwölfte Zeichen, das letzte Zwölftel, und das Ende des Kreislaufs der Planeten. Derowegen behaupten wir, dass diejenigen gar sehr irren, die in dieses Zwölftel den ersten Monat setzen, und den 14ten Tag des Osterfestes von da anrechnen.*" HEIN.

Ib. ἕκτῃ] ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι conjicit Petavius, cujus disputatio de toto h. l. est cum maxime conferenda. HEIN.

Ib. καὶ ἄφεσιν τοῦ δρόμου] Hanc vocem non intellexerunt interpretes. Ἄφεσις proprie est transenna, ex qua emittuntur quadrigæ, ut recte notavit Scaliger in notis ad Manilium pag. 126. Primum igitur dodecatemorium vocabatur ἄφεσις, quod ab illo tanquam a carceribus inciperet cursus planetarum. Ἄφεσις ergo idem est quod ἀφετηρία. VALES.

32, 16. κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας] Omnino scribendum est κατ' αὐτὸ, ut jam pridem conjeceram. Atque ita emendavit Petavius in *animadversionibus ad Epiphanium* pag. 190. ubi hunc Anatolii locum diligenter exponit. In quo etiam exponendo egregiam operam navavit Ægydius Bucherius. VALES.

32, 17. ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων] Duos fuisse Agathobulos cognomento doctores, scribit Anatolius. Sed quod eos Phi-

lone et Josepho vetustiores facit, vereor ne opinione sua falsus sit. Nam Agathobulus philosophus floruit temporibus Hadriani, ut scribit Eusebius in chronico, et ex illo Georgius Syncellus. VALES. Neque tamen ille Agathobulus unus idemque fuerit necesse est cum illis quos h. l. Eusebius memorat, ut recte animadvertit Stroth. *Uebersetzung* t. i. p. 605. not. 14. HEIN.

Ib. Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ] Rufinus Aristobulum ex Paneade interpretatur, gravi errore. Sed Rufinum nihil moror, cujus versio innumeris mendis referta est. Miror Scaligerum, qui in animadversionibus Eusebianis pag. 130. Anatolii verba, ex prava Rufini interpretatione corrigenda esse censuit. Beda quoque in libro de ratione computi, pravam Rufini interpretationem secutus ita scribit: *Sicut eorum antiquiores Agathobulus et ab eo eruditus Aristobulus et Paniada, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerant a pontificibus*, etc. Videtur Beda existimasse, Paniadam nomen fuisse proprium scriptoris Judæi. Quia scilicet in codice Rufini quo utebatur, scriptum erat *Aristobulus et Paneada*, quomodo etiam legitur in vetustissimo codice Parisiensis ecclesiæ qui penes me est, et in Corbeiensi non minoris vetustatis codice, qui nunc est in bibliotheca sancti Germani. Ceterum quod hunc Aristobulum unum fuisse ex septuaginta senioribus scribit Anatolius, id jampridem refutavit Scaliger in eo loco quem citavi. Porro hic Aristobulus διδάσκαλος etiam cognominatus est, ut scribitur in lib. ii. Macchabæorum cap. 1. eo quod Ptolemæi regis magister fuisset. Neque enim assentior Scaligero, qui hunc Aristobulum, cujus mentio fit in historia Macchabæorum, distinguit ab illo Peripatetico philosopho, qui suos in legem Mosis commentarios Ptolemæo Philometori nuncupavit. VALES.

32, 18. Οὗτοι——κατὰ τὸ φθινοπωρινὸν ἰσημερινὸν ἡ σελήνη] Hujus quoque loci interpretationem Valesianam et Strothianam juvat adscribere. Ac Valesius quidem vertit: "*Hi dum solutiones afferunt quæstionum in Exodum, aiunt cunctos pariter pascha immolare debere post æquinoctium vernum in medio primi mensis. Id autem contingit, cum sol primam partem solaris, aut ut quidam nominant, Zodiaci circuli, percurrit. Addit præterea Aristobulus, in celebranda paschali festivitate necessario id*

requiri, ut non modo sol, sed et luna segmentum æquinoctiale percurrat. Nam cum duo sint segmenta æquinoctialia, alterum vernum, alterum auctumnale, eaque ex diametro sibi vicissim opposita, cumque quartadecima dies mensis ad vesperum paschali festo adsignata sit, luna quidem ex adverso soli consistet, quemadmodum videre est in pleniluniis. Ac sol quidem vernum æquinoctiale segmentum obtinebit, luna vero segmentum autumnalis æquinoctii necessario occupabit." Strothius interpretatus est: "*Diese alle sagen, bey der Auflösung der Fragen über das zweyte Buch Mosis, alle müssten das Osterlamm nach dem Frühlings-Æquinoctio, in der Mitte des ersten Monats schlachten. Dies aber fände sich, wenn die Sonne durch den ersten Theil der Sonnenbahn, oder wie einige von ihnen es nennen, durch das erste Zeichen des Thierkreises gienge. Aristobulus aber setzt hinzu, es sey nöthig, dass am Tage des Osterlammes, nicht allein die Sonne, sondern auch der Mond, durch das Æquinoctial-Zeichen gegangen sey. Denn da es zwei Æquinoctial-Zeichen giebt, das frühjährige und das herbstliche, die sich einander gerade entgegen stehn, und der Tag des Osterlammes auf den Abend des 14ten Tages des Monden angesetzt ist, so wird dann der Mond seinen Stand der Sonne gerade gegenüber haben, wie man dies bei jedem Vollmond sehn kann; es wird also die Sonne in dem Frühlings Æquinoctial-Zeichen, der Mond aber nothwendiger Weise im herbstlichen Æquinoctial-Zeichen stehn.*" HEIN.

Ib. ὡς εἴη ἐξανάγκης κ. λ. vid. *Stroth. Uebers.* t. i. p. 606. not. 15. "*That is, that the sun should be in Aries and the moon in Libra, as is afterwards expressed. For the feast of Easter is to be kept on the 14th day of the moon, that is at the full of the moon, and as is well known, the full moon is in opposition to the sun, and therefore in Libra when the sun is in Aries.*" HEIN.

32, 20. κυριακὰς ἀποδείξεις] Christophorsonus vertit *ratas*. Sic κυρίαι δόξαι dicuntur a Græcis. Rufinus *validissimas assertiones* vertit. VALES.

Ib. ὕλας ἀπ' αὐτῶν] Nostri quinque codices uno consensu scriptum habent ὕλας ἀπαιτῶν. Sed in codice Regio eadem manu adnotatur, scribendum esse ἀπ' αὐτῶν. Certe ἀπ' αὐτῶν legendum esse, ex sequentibus apparet. Nisi enim ita legeris, quo referes ea quæ sequuntur verba ὧν περιήρηται, etc.? Sed nunc re attentius examinata, scribendum censeo ὕλας ἀπαιτῶν·

ᾧ περιήρηται, etc. Idque et sensus et syntaxeos ratio postulat. VALES.

32, 21. ὧν—παθήματα] Horum verborum sententiam nullam esse posse puto nisi hanc: "qui jam non eadem laboramus ignorantia qua Judæi, legis s. doctrinæ Mosaicæ nullam habentes claram et perspicuam cognitionem, sed potius Christum, id est, ejus doctrinam et passionem nullis plane involucris obtectam cognoscimus." Vid. interpp. ad 2 Corinth. iii. 12 sqq. Jam vero non statim intelligitur, quomodo hæc conveniant præcedentibus et apte cum iis cohæreant, ubi Anatolius profitetur, se non desiderare cujusmodi demonstrationum copiam, quibus Judæi evincere studuerint pascha et festum azymorum post æquinoctium esse celebrandum. Nam quamvis Christiani Christi doctrinam quæ quidem N. T. libris continetur, de Deo, de vitiis ac virtutibus, de generis humani redemtione, de vita futura *etc.* planissime haberent perspectam, tamen quomodo inde sequatur, eos eo ipso nosse tempus quo sit celebrandum festum paschale, nemo facile intelligat. Contra si Christus ipse tempus quo sit celebranda passionis et mortis suæ memoria, constituisset deque eo præcepisset, tum vero Anatolius dicere poterat, non opus esse longa demonstrationum serie hoc in genere, siquidem vere Christiani ut reliquas Christi doctrinas ita vel de celebrando paschate præcepta apprime et luculenter perspiciant, dissimiles illi prorsus Judæis, qui neque reliqua Mosis scita neque ejus de paschate decreta utpote variis involucris tecta, teneant. Atque hanc esse Anatolii argumentationem, ipse magis etiam significavit verbis καὶ παθήματα quæ non tam opponi posse intelligitur ut illa τὰ Χριστοῦ μαθήματα præcedentibus τοῦ Μωϋσέως νόμῳ, sed eo potius consilio laxius adjecta videntur, ut quid sub τοῖς Χριστοῦ μαθήμασι Anatolius complecti et comprehendere voluerit, facilius appareret. Ne vero mireris illam Anatolii per se sane admirandam opinionem, Christum ipsum de tempore quo sit suum πάσχα celebrandum, præcepisse, quin etiam rationes astronomicas in hac disceptatione respiciendas exposuisse, vide mihi Arnob. adversus gentes i. 38., ubi Christus tradidisse dicitur præter alia: *Unde ignibus solis genitalis fervor adsciscitur. Cur luna semper in motu indemnis creditur, animalibus causis lucem semper atque obscuritatem resumens.*

Ad quem locum Orellius p. 321. "Ceterum, inquit, mirum cui videri possit, cur Arnobius h. l. Christum de rebus physicis et meteoris docentem induxerit. At fecit hoc more multorum ecclesiæ patrum, qui divinum Soterem tanquam omnis sapientiæ divinæ æque ac humanæ magistrum repræsentantes, talia, de quibus ne verbum quidem dixerat, illi affinxerunt qualia Plato Socrati. HEIN.

Ib. *ἐν τῷ Ἐνώχ*] Liber Enoch citatur a Juda in epistola Canonica. Erat liber apocryphus, nec inter canonicos Hebræorum libros receptus. Sed tamen apostoli eorumque exemplo antiqui patres, testimonia ex apocryphis proferre non dubitarunt, ea scilicet quæ ad adstruendam veritatem facerent, ex iis eligentes. Vide Georgium Syncellum in chronico, ubi luculentum fragmentum affert ex libris Enoch. VALES.

Ib. *ἀριθμητικὰς εἰσαγωγάς*] Exstant hodieque inter *θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς* excerpta ex libris Anatolii institutionum arithmeticarum. VALES.

32, 22. *ἄμφω τῆς αὐτῆς προὔστησαν ἐκκλησίας*] In codice Maz. hæc notantur ad marginem: *πῶς καὶ ἐνταῦθα μίας ἐπισκοπῆς δύο προὔστησαν.* Id est: *vide quomodo etiam hic uni ecclesiæ duo præfuerunt episcopi.* Intelligit autem scholiastes Alexandrum, qui una cum Narcisso Hierosolymorum episcopus fuit, ut in libro vi. testatur Eusebius. Hæc sunt vetustissima exempla coadjutorum, ut nunc vocant, episcoporum. Qui cum ad sublevandam episcoporum senectutem instituti primum fuissent, re postea in consuetudinem versa, nulla necessitate id exigente, per gratiam et ambitionem creari cœpere, cui malo, ne longius serperet, remedium attulere patres concilii Serdicensis. VALES.

Ib. *Λαοδικέων πόλιν παριών*] Idem de Eusebio Alexandrino retulit Eusebius in principio hujus capitis, illum scilicet cum ad synodum Antiochenam quæ adversus Paulum congregata fuerat, profectus esset, in reditu exceptum esse a Laodicensibus, ejusque loci episcopum factum. Nunc vero idem scribit de Anatolio, quod nulla ratione defendi posse mihi videtur. Quod si quis dicat, Eusebium paucis diebus post ordinationem fato functum fuisse, eique Anatolium succedere potuisse, auctoritatem Hieronymi ei opponemus, qui anno 2 Aureliani scribit: *Eusebius Laodicenus insignis habetur.* VALES.

33, 23. οὐχ ὁμοίως γε μήν] Rufinus et Nicephorus hæc verba sic intelligunt; quasi dicere voluerit Eusebius, Stephanum haud perinde ac prædecessores ipsius, erga fidem fuisse animatum. Ego vero sic intelligo, non perinde erga fidem ac erga philosophiam et Græcanicas disciplinas illum affectum fuisse. VALES.

Ib. Οὐ—ἤμελλεν i. e. non illud erat destinatum, ut, etc. *er sollte nicht.* Vid. Hermann. *ad Viger.* p. 754. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 943. HEIN.

Ib. πρὸς αὐτοῦ θεοῦ τοῦ πάντων σωτῆρος] Hæc verba Musculus et Christophorsonus referunt ad verbum ἀνορθοῦται, et post eas voces punctum finale apposuerunt. Sic enim vertit Musculus: *Cum autem, sub eo periclitaturæ essent res ecclesiæ, ab ipso deo servatore omnium sustentatæ sunt.* Musculi versionem secutus est Christophorsonus. Ego vero re attentius examinata, verba illa πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ, referenda esse censeo ad ἐπίσκοπος ἀναδειχθεὶς, ut sensus sit ejusmodi: *Nam continuo Theodotus ab ipso omnium servatore deo episcopus illius ecclesiæ declaratus, cuncta restituit.* Fefellit interpretes prava hujus loci interpunctio, quæ etiam in scriptis codicibus reperitur, et vox ἀνορθοῦται, quam passive sumi existimarunt. VALES.

32, 26. ἧς συνεστήσατο διατριβῆς] Hæc verba Musculus ita vertit: *In qua schola institutus fuerit.* Christophorsonus vero Musculi vestigiis insistens vertit: *Qua ratione institutus.* Ego vero scholam Cæsareæ a Pamphilo institutam intelligo. De bibliotheca Cæsariensi a Pamphilo composita Hieronymus in Catalogo ubi de Matthæo loquitur, et in epistola ad Marcellam. VALES. De Agapio cf. Valesii *de vita scriptisque Euseb. C. diatribe* p. xl. sq. et quæ ipse monui ibid. not. 38. HEIN.

Ib. ἐν ἰδίᾳ ὑποθέσει] Male Christophorsonus vertit *in separato quodam libello.* Nam Eusebius tres libros de vita Pamphili scripserat, ut testatur Hieronymus tum in libro de scriptoribus ecclesiasticis, tum in apologia adversus Rufinum. VALES.

Ib. Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς] Id est, *inter eos vero qui propius ad nostram usque ætatem pervenerunt.* Neque enim assentior Musculo et Christophorsono, qui vocem μάλιστα re-

ferunt ad *σπανιωτάτους*. Pierius enim et Meletius, de quibus mox loquitur Eusebius, ad Constantini usque tempora vixerunt. De Pierio vide Hieronymum et Photium in bibliotheca. Eum Rufinus non Pierium vocat, sed Hierium. Sic enim scribitur in MSS. Rufini, et in vetere martyrologio Romano die 4. Novembris. Quod quidem martyrologium maxima parte ex Rufini ecclesiastica historia descriptum esse observavi, translatis etiam in illud mendis quæ apud Rufinum leguntur. Itaque frustra Rosweidus vetus martyrologium Rom. hoc esse existimavit, cum nec vetus sit, nec Romanum. Nam si Romanum esset, solos martyres qui Romæ colebantur, commemoraret. Atqui videmus, omnium gentium ac locorum martyres in eo recenseri. Quod si quis vetus Romanum martyrologium cupit cognoscere, illud ipsum esse aio quod edidit Bucherius cum canone Victorii Aquitani. Cui subnectendum illud quod habetur in sacramentario Gregorii magni, et in calendario nuper Parisiis edito a R. P. Frontone. Quamquam hæc calendaria potius sunt quam martyrologia. Martyrologium autem Rom. nullum unquam proprie fuit. Illud enim cujus meminit Gregorius magnus in epistola ad Eulogium, martyrologium est b. Hieronymi, quo occidentalis ecclesia tunc utebatur, ut alibi demonstrabimus. VALES.

Ib. *Μελέτιον τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν*] Hic est quem magnum Meletium vocat Athanasius in oratione 1. contra Arianos pag. 291. ubi recensens episcopos qui inter orthodoxos erant celeberrimi, magnum Basilium et Meletium ac Longinianum episcopos Armeniæ et Ponti nominat. Philostorgius in libro i. hunc Sebastopoleos in Ponto episcopum fuisse dicit, et cum Basilio Amasiæ episcopo Nicænæ synodo interfuisse, et ab Arianorum partibus stetisse, ut refert Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei. Sed hæc falso a Philostorgio conscripta esse testatur Athanasius in loco quem supra indicavi. De eodem Meletio loquitur Basilius in libro ad Amphilochium de Spiritu Sancto cap. ultimo: *Καὶ Μελέτιον τὸν πάνυ, ἐπὶ ταύτης εἶναι τῆς γνώμης οἱ συγγεγονότες φασι.* Id est: *Sed et magnum Meletium in eadem fuisse sententia, narrant qui cum eo versati sunt.* De hoc Meletio loquitur etiam Eustathius in vita Eutychii Patriarchæ CP. Sed eum Amasiæ episcopum facit, non Sebastopolis, ut Philostorgius. VALES.

32, 27. τὸ μέλι τῆς Ἀττικῆς] Ergo Meletius ἀπὸ τοῦ μέλιτος dicitur. Sane Gregorius Nazianz. in Iambicis Meletium Antiochenum episcopum μέλιτος ἐπώνυμον vocat. Itaque nihil causæ erat, cur Nicephorus in hoc loco Melitium pro Meletio substitueret. Melitium tamen hunc vocat etiam Nicetas in lib. v. thesauri sui cap. 7. ex Philostorgio. VALES. Quid moverit eos, qui sive Meletium sive Melitium τὸ μέλι τῆς Ἀττικῆς vocarunt, ex iis quæ fusius disserui ad Euseb. H. E. vi. 41. p. 505. coll. v. 11. p. 358., satis luculenter, credo, apparet. Indulserunt enim illi in eo primum communi cuidam variorum variæ ætatis et indolis scriptorum mori ac *studio*, quod uno verbo commode dici posse videatur, *etymologico*, multum tribuentes variis quibus res vel homines appellabantur nominibus, et in variarum ad illas res vel homines allusionum aucupio mirifice sibi placentes, deinde vero hoc ipsum studium etymologicum patres quidem ecclesiastici eo lubentius adamarunt, quo magis vel illud sæpius opportunitatem et quasi ansam iis præbuit, orthodoxos et res Christianas laudandi et efferendi, hæreticos vero et res hæreticas castigandi et perstringendi. Unde Melitium vocatum esse voluerunt Meletium Nicephor. et Nicetas fortasse propterea, quia inde illum τὸ μέλι τῆς Ἀττικῆς nominari posse et potuisse, facilius etiam intelligeretur. Iis quæ exposui ad Eus. H. E. vi. 41. p. 505. adde supra. Θεόδοτος—ἐπαληθεύσας Euripid. Ion. v. 661. sqq. ubi Xuthus ita loquitur:

> Ἴωνα δ' ὀνομάζω σε, τῇ τύχῃ πρέπον,
> ὅθ' οὕνεκ' ἀδύτων ἐξιόντι μοι θεοῦ
> ἴχνος συνῆψας πρῶτος.

Ad quem locum apte animadvertit Hülsemannus in Commentario suo ad Ionem Euripid. p. 228. sq. "Jam nomen impertit filio novo, quod gravissimum est. *Nimirum antiquissimus est sermo etymologicus, ad historiam vitæ translatus*, quem si Græca ex Orientis sentiendi ratione explicare, et inter se utramque comparare, liceret, (quidni vero liceat, modo talia afferantur nonnisi ad rem et sermonem per ἀναλογίαν illustrandum, neque vero illorum causam in iis quærendam ubi quæri nequit? Cf. Exod. iii. 14. 15. Eus. præp. evang. i. 9.) ex Mosaicorum librorum primo c. 49. illustrarem; v. Her-

derum S. V. *de genio poës. Hebr.* t. i. p. 303., cf. Valcken. *ad Phœn.* v. 27. *de amore etymologico Euripidis*, ejusd. *Diatrib.* c. 2. fin.—Nostris poëtis, ex nostro pulcri sensu, vix talis etymologia ignosceretur, utpote infra dignitatem tragœdiæ posita." Quamquam de his postremis V. D. dictis cf. Hermann. *ad Sophocl. Ajac.* v. 425. "Valckenarius ad Eur. Phœn. 27. laudat Sophoclem, quod a nominum derivationibus abstinuerit. Brunckius hunc locum ut ridiculum reprehendit, quem Lobeckius quum aliis argumentis, tum eo refutavit, quod omina veteres ex nominibus ceperint. *Omninoque hoc ita est naturæ consentaneum, ut, si non argute quæratur hoc genus et in puerilem lusum deflectat, nihil habeat, quod homini recto judicio utenti displicere possit: quin magnam interdum vim habet*, ut hic, ubi nunc demum se intelligere Ajax significat, non casu, sed fatali quadam futuri præsagitione hoc sibi nomen impositum esse." At veniam non poterunt impetrare theologi, si qui patres ecclesiasticos vel in eorum sæpe puerili ad hæreticorum et orthodoxorum nomina alludendi ex iisque argumentandi et nomina iis imponendi studio adhuc imitentur! Cf. Euseb. H. E. iii. 27. vii. 3. vii. 10. vii. 31. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* tom. i. p. 344. sq. not. a. Dodwell. *Dissert. in Iren.* iv. p. 340. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 179. sq. Fuldner. *de Carpocratianis* in: *Dritte Denkschrift der historisch-theolog. Gesellschaft* p. 193. Mox notanda est locutio οἱ ἀπὸ παιδείας i. e. *docti*, *eruditi*, vel accuratius: eruditionis studiosi. Vid. de illa Viger. *de idiott.* p. 579. sq. xiii. xiv. et Hermann. *ad Viger.* p. 855. 370. Schäfer. *melett. critt.* p. 27. p. 93. et *ad Dionys. H. de comp. verb.* p. 26. sqq. Adde Euseb. H. E. vi. 19. ubi ex Origene laudantur verba: ὁτὲ μὲν αἱρετικοὶ ὁτὲ δὲ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ. Similiter Latini dicunt *esse ab aliquo.* vid. Cicer. de orat. ii. 38. 160. erat enim *ab isto* Critolaus. Tusc. Qu. ii. 3. 7. de Fin. iv. 3. 7. Cf. Fischer. *ad Weller.* iii. b. p. 115. Jacobs. *ad Anthol. P.* p. 42. Matthiæ *ausf. griech. Grammatik* p. 1129. HEIN.

32, 28. λογικαῖς ἐπιστήμαις nec Valesium, nec Strothium satis recte interpretatum puto. Ille quidem vertit: *in omnibus disciplinis quæ ratiocinatione nituntur*, hic similiter: *in allen Wissenschaften wobei es auf Verstand und Urtheil an-*

kommt, et præterea observat n. 23. "Λογικαὶ ἐπιστήμαι *appear to be opposed to mere acquirements of memory, which indeed cost trouble enough, but will not say much.*" At enim vero hujus oppositionis ne leve quidem adest h. l. vestigium, imo cum antea memorasset Eusebius, insignem Meletii dicendi facultatem, (ῥητορικῆς τὴν ἀρετὴν, cui opponitur τῆς ἄλλης πολυπειρίας καὶ πολυμαθείας ἀρετήν. cf. infr.) ideo fortasse non æstimatum iri a nonnullis, quia illa facultas *naturæ donum sit*, consentaneum est reliquam Meletii πολυπειρίαν et πολυμαθείαν proponi tanquam λογικὰς ἐπιστήμας, i. e. eas, ad quarum peritiam et cognitionem sibi comparandam non sufficit naturalis quædam indoles, ut certe speciosius dici possit de eloquentia, sed in quibus præ reliquis desideratur usus et exercitatio virium. Negari quidem nequit, ita paulo latiori sensu dictum esse verbum λογικὸς, sed cur hac potissimum voce uti voluerit Eusebius, in promptu est. Captat enim h. l. lusus quosdam verborum λογικαῖς et λογιώτατον i. e. qui multa didicit, peritissimum et eodem modo quo verborum ἀρετὴν ῥητορικῆς, πολυπειρίας et πολυμαθείας, ac τοῦ βίου. Consueto more Euseb. demonstrat. evangel. iii. 6. p. 130. ed. Montac. inter se opponit βαναύσου τέχνης et λογικῆς ἐπιστήμης i. e. disciplinæ *liberalis, ingenuæ*. vid. Valckenar. *animadvv. ad Ammon.* p. 214. sq. Perperam vero Val. vertit λογιώτατον *disertissimum*, recte Str. *dass er—die meiste Geschicklichkeit und Gelehrsamkeit besessen.* Nam τεχνικώτατον convenit cum præcedenti πολυπειρίας, λογιώτατον cum πολυμαθείας s. φιλομαθείας ut alii legunt. Cf. quæ monui iii. 36. (pag. 192). Ita plane esse puto omnia. HEIN.

Ib. τοῦ βίου apte ad τῆς ἀρετῆς adjecit Eus., ut qui antea Meletio ἀρετὴν, i. e. *insignem facultatem* ῥητορικῆς tribuisset et aliarum rerum *præstantiam* s. ἀρετὴν memorasset. Vid. Ælian. V. H. ii. 13. διὰ τὴν ἐν τοῖς μέτροις ἀρετήν. ibid. ix. 10. ἀρετὴ τῆς χώρας pro quo Polyb. iii. 44. γενναιότης scripsit. Hom. Odyss. ii. 206. εἵνεκα τῆς ἀρετῆς ἐριδαίνομεν, ubi ad externam corporis suavitatem ἀρετὴ pertinet et recte explicat Aristarchus: τῆς ταύτης ἀρετῆς. Cf. Viger. p. 78. et Hoogeven. ac Zeunius ibid. p. 79. Morus *ad Isocr. paneg.* p. 78. Clericus *sylvv. philol.* c. ii. Sturz. *Lexic. Xen.* vol. i. p. 392. sq. Eustath. ad Hom. Od. ϛ. p. 1845. 45. Æschin. diall. i. 1. Matthæi *ad*

Chrysost. homm. vol. i. p. 53. not. 162. Irmisch. *Excurs. ad Herodian.* i. 1. 3. tom. i. p. 763. sq. Cic. de invent. ii. 53. de legg. i. 16. nec *arboris* nec *equi virtus* quæ dicitur (*in quo abutimur nomine*). Horat. Od. iv. 4. 29. sqq. Lactant. Instit. div. iii. 12. 1. *virtus quoties ad corpus refertur, fortitudo nominatur.* ibid. vi. 5. 1. Calpurn. Eclog. v. 5. *pastoria virtus.* Locus autem vere classicus est apud Plutarch. de audiendd. poëtt. cap. v. p. 41. sq. ed. Krebs. HEIN.

32, 29. τὸν εἰσέτι νῦν ἐκεῖσε πεφυλαγμένον] Intelligit cathedram Jacobi fratris domini, quæ Hierosolymis servabatur, ut relatum est in cap. 19[s]. Sic et Alexandriæ cathedra beati Marci evangelistæ, qui primus Alexandrinam fundavit ecclesiam, diutissime servata est, de qua in actis manuscriptis passionis b. Marci hæc habentur: *Adest etiam hujus rei testis, quæ usque in hodiernum diem ad confirmandum hujus veritatis assertionem in eadem ecclesia perseverat, ex ebore utique antiquo cathedra, politis compacta tabulis, in qua quidem stetisse illum dum evangelicas paginas exararet, præstantium non reticuit memoria relatorum. In cujus nimirum cathedræ sedili, nullus est ausus unquam pontificum deinceps residere. Sed in magna veneratione hactenus a cunctis exstat pontificibus humiliter honorata.* Quæ quidem sic interpretor, ut plerique ex Alexandrinis episcopis in cathedra b. Marci sedere recusaverint. Certe b. Petrus Alexandrinus nunquam in ea sedere voluit, sed quoties gradus altaris conscendebat, ut pacem populo daret, in scabello quod erat ad pedes illius cathedræ, residere consueverat. Quod cum mirarentur clerici simul ac laici, causam eis Petrus aliquando hanc dixisse fertur, quoties ad cathedram illam propius accederet, totum se contremiscere. Cælestem enim quandam ac splendidissimam virtutem in ea cathedra sedentem a se conspici, quæ animum ipsius gaudio simul ac formidine compleret, ut legitur in actis manuscriptis passionis ejusdem Petri. Ceterum non solius Jacobi et Marci, sed et omnium fere apostolorum cathedræ in iis quas fundaverant ecclesiis religiosissime servatæ sunt, ut docet Tertullianus in libro de præscriptione hæreticorum cap. 36. *Percurre,* inquit, *ecclesias apostolicas, apud quas ipsæ adhuc cathedræ apostolorum suis locis*

[s] Cf. *Excursus* xi. HEIN.

præsident, apud quas ipsæ authenticæ literæ eorum recitantur. Scio quidem Nicolaum Rigaltium cathedras illic interpretari principales ecclesias ab ipsis apostolis constitutas. Verum ille Tertulliani locus hanc interpretationem non admittit. Esset enim ταυτολογία, cum antea dixerit Tertullianus: *percurre apostolicas ecclesias.* Idem igitur esset ac si diceret, percurre ecclesias apostolicas apud quas ecclesiæ apostolorum suis locis præsident. Quare de ipsis apostolorum sedilibus necessario intelligendus est hic Tertulliani locus. Duo enim signa et quasi γνωρίσματα apostolicarum ecclesiarum hic notat Tertullianus. Primum est cathedra in qua sedit apostolus. Secundum epistolæ quarum authenticum exemplar servabat ecclesia ad quam scriptæ fuerant. VALES.

33, 31. εὐτονωτέρᾳ τῇ συνασκήσει] Ruf. vertit: *cum se arctioribus vinculis continentiæ destringeret.* Sic enim habet vetustissimus codex manuscriptus ecclesiæ Parisiensis. Nihil frequentius occurrit apud Eusebium quam vox ἄσκησις et φιλοσοφία. Quas voces a philosophis mutuati sunt Christiani, ut jam observavi ad cap. 16. lib. ii. Certe philosophi ἀσκητὰς vocabant eos, qui severioris vitæ genus profitebantur, arctiore disciplina sese ad virtutem formantes. Hinc est, quod Artemidorus in lib. iv. cap. 35. Alexandrum philosophum ἄνδρα ἀσκητὴν vocat. Et in lib. v. cap. 16. ἐφιλοσόφησεν εὐτόνως καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῇ ἀσκήσει χρησάμενος ἀκολούθως. Vides ἄσκησιν, id est, *asceticam philosophiam*, opponi philosophiæ quæ in nudis verbis consistit. Ita explicare soleo, quod ait Marcus Antoninus in libro i. de rebus ad se pertinentibus cap. 7. μηδὲ φαντασιοπλήκτως τὸν ἀσκητικὸν, καὶ τὸν εὐεργετικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι. Porro Christiani cum hoc nomen sibi adscivissent, primum quidem clericis ascetarum vocabulum indiderunt, ut notavi ad cap. 16. lib. ii. Postea vero monachi hoc nomen sibi vindicarunt. Sed initio ita fuisse, ut dixi, probatur tum exemplo Petri Alexandrini episcopi, tum Pierii presbyteri, quos ascetas fuisse testatur Eusebius in hoc capite. Hieronymus in catalogo de Pierio loquens: *Constat hunc miræ* ἀσκήσεως, *et appetitorem voluntariæ paupertatis*, etc. Sic etiam Eusebius in cap. xi. de martyribus Palæstinæ, Pamphilum presbyterum ascetam vocat his verbis: φιλοσόφῳ

πολιτείᾳ καὶ ἀσκήσει διαπρέψας. Ceterum Rufinus in hujus loci versione quædam addidit de suo, quæ ad vitam b. Petri Alexandrini pertinent. Sic enim habet: *Reliquos vero novem diversis in tentationum generibus duxit. Cumque se semper in omni agone persecutionum positus, arctioribus vinculis continentiæ destringeret*, etc. Quantis persecutionum fluctibus vexatus toto episcopatus sui tempore fuerit Petrus, docet Ammonius monachus in libro de cæde SS. patrum in monte Syna et in solitudine Raithu, his verbis: *ἐγένετό μοι ποτὲ καθεζομένῳ ἐπὶ τὸ ταπεινόν μου κελλίον, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἐν τόπῳ καλουμένῳ Κανόβῳ, λογισμὸς ἀποδημῆσαι εἰς τὰ μέρη τῆς Παλαιστίνης. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὑποφέρων βλέπειν τὰς θλίψεις, καὶ τὸν καθ' ἡμέραν γινόμενον κίνδυνον τῶν πιστῶν ὑπὸ τῶν παρανόμων τυράννων, τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν ἐπίσκοπον Πέτρον ἀπὸ τόπου εἰς τόπον κρυπτόμενον καὶ φεύγοντα καὶ μὴ δυνάμενον τὸ σύνολον ἐν ἀνέσει καὶ παρρησίᾳ ποιμαίνειν τὴν ἱερὰν αὐτοῦ ποίμνην· ἅμα δὲ καὶ ἐπιθυμῶν θεάσασθαι τοὺς σεβασμίους τόπους, καὶ προσκυνῆσαι τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ζωοποιὸν καὶ ἄχραντον ἀνάστασιν τοῦ κυρίου*, etc. Id est: *Cum in cellula mea sederem juxta Alexandriam in loco qui dicitur Canopus, venit mihi in mentem ut proficiscerer in Palæstinam. Primum enim æquo animo ferre non poteram, cum viderem vexationes et quotidiana pericula quæ fideles sub iniquissimis tyrannis sustinebant, Petrumque sanctissimum episcopum hac illac subinde fugientem ac sese occultantem, cui proprium gregem secure ac libere pascere non licebat. Deinde vero loca sancta videre magnopere cupiebam, et sepulchrum Domini nostri, et vivificam atque incontaminatam ejus resurrectionem coram adorare.* Idem quoque testatur Petrus ipse de se, in sermone illo quem adhuc in carcere positus habuit ad Achillam et Alexandrum presbyteros. Exstat hic sermo in actis MSS. ejusdem Petri Alexandrini: *οἴδατε γὰρ, ἀδελφοὶ, ἕως μεθ' ὑμῶν ἦν ὅσην εἶχον τὴν περὶ αὐτοῦ* (supple *ποιμνίου*) *μέριμναν μεθ' ὅσων τε τῶν δακρύων καὶ θλίψεων τὸν πάντα χρόνον τῆς ἐν ὑμῖν διῆλθον ἀναστροφῆς, τόπον ἐκ τόπου διαμείβων διὰ τὰς εἰδωλομανούντων ἐπιβουλάς. Καὶ τοῦτο μὲν εἰς Μεσοποταμίαν ἀναστρεφόμενος, τοῦτο δὲ τὴν τῆς Φοινίκης Συρίαν· καὶ ὅπως ποτὲ μὲν ἡ Παλαιστίνη, ποτὲ δὲ καὶ διάφοροι τῶν νήσων εἶχον ἡμᾶς.* Ubi tamen quod ait Petrus Alexandrinus fugisse se in Meso-

potamiam, non legitur apud Anastasium bibliothecarium qui acta illa passionis beati Petri, nondum a Symeone metaphrasto interpolata, Latine vertit. VALES.

33, 32. *εἰς ἔτη πέντε καὶ τριακόσια*] Hic locus imprimis notandus est, quo Eusebius tempus omne, quod in historia ecclesiastica complexus est, in unam summam colligit. Ait igitur a natali Domini ac Servatoris nostri, usque ad eversionem ecclesiarum quæ contigit anno Diocletiani nono ac decimo, annos esse quinque supra trecentos. Idem scribitur in vita et gestis SS. Patrum Metrophanis et Alexandri quæ leguntur in bibliotheca Photii: *ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας τῆς δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ε´ καὶ τ´ ἔτους, πάλιν ὁ καθ' ἡμῶν ἐκρατύνθη διωγμός.* In chronico etiam Eusebii idem annus Christi quintus ac trecentesimus notatur e regione anni 19. Diocletiani. Sic enim legitur in vetustissima omnium editione Mediolanensi, quam nec a Pontano, nec a Scaligero visam mihi commodavit Johannes de Launoy, theologus Parisiensis. At in editione Scaligeri, annus ille Diocletiani quo cœpta est persecutio, adscriptum habet annum Christi 304. Causa hujus rei est, quod Scaliger in Eusebii chronico annum 1. Christi posuit non illum quo Christus natus est, sed sequentem. Atqui Eusebius annum 1. Christi numeraverat, illum ipsum quo natus est Christus, ut supra notavi ad lib. i. Christi enim natalem posuit Eusebius octavo Idus Januarii. Certe in omnibus MSS. chronici Eusebiani qui annos Christi adscriptos habent, Aquicinctino scilicet, Lipsiano et Orteliano, et in prima omnium editione Mediolanensi, annus 1. Christi notatur is ipse quo natus est in Bethleem Judææ. VALES.

LIB. VIII.

Procem. Διαδοχήν] Cf. quæ observavi ad Euseb. H. E. iii. 25. (pag. 173.) HEIN.

Ib. De verbis ἕν τι τῶν ἀναγκαιοτάτων cf. quæ observavimus ad Euseb. H. E. vi. 5. Adde locum perinsignem Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. vi. 41. *καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις, πλὴν εἰ μή που τις εἷς ἐμπεσὼν—τὸν κύριον ἠρνήσατο.* Ubi eo differt τις εἷς ab simplici τις, quod illo significare voluit Dionysius unum ipsi *plane* ignotum et de quo nec leviter posset ipse suspicari. Simul magis etiam eo defendi videtur locus Actor. xix. 14., ubi τινες ἑπτὰ jam tueri studuimus cum Wahlio in *Clav. N. T.* s. v. cf. viii. 6. init. x. 5. extr. HEIN.

Ib. Τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγωνίας] Codex Med. et Maz. veram hujus loci scripturam retinuerunt, περὶ τὸ θύειν, quam Gruterus etiam in libris suis repererat. Rectores provinciarum diis ipsisque imperatoribus sacrificare oportebat, et sacrificiis interesse. Quæ causa erat, ut Christiani a magistratibus abstinerent, et provinciarum administrationem, quæ ipsis a principe deferebatur, respuerent. VALES. Τῆς ἀγωνίας Vales. vertit: *a sacrificandi metu,* Strothius: *von der Verlegenheit zum Opfern.* Ille haud dubie melius. Dicitur enim ἀγωνία de quavis ingentiori animi conflictatione et perturbatione. Vid. Paulus *Commentar über das N. T.* t. iii. p. 625. sqq. ad Luc. xxii. 44. ubi Christus dicitur γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. Cf. Mtth. xxvi. 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Marc. xiv. 33. ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Euripid. Androm. v. 337. Servius *ad Virg. Æn.* xii. 733. "trepidat" dum turbatur, festinat: quod Græcis: ἐν ἀγωνίᾳ ἐστιν. Optime igitur h. l. τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας reddas: *a sacrificandi trepidatione:* quam vere Christianis non poterat non injicere vox conscientiæ. Ut enim inquit Cic. pro Mil. 23., *Magna vis est conscientiæ et magna in utramque partem* et Curt. viii. 1. *trepidatio conscientiæ indicium est.* Cf. Liv. ii. 24. Curia mœsta ac *trepida ancipiti metu.* Cic. de orat. iii. 42. Catull. carm. xlvii. 7. de adventu veris: Jam *mens prætrepidans* avet vagari. HEIN.

1, 2. γαμεταῖς] Hæc verba de imperatorum conjugibus intellexit Christophorsonus, quibus scilicet imperatores permi-

serint, Christianam fidem libere profiteri. Sed quæ sequuntur, sensum hunc aperte refutant. VALES. Valesius vertit: *eorumque* i. e. οἰκείων *uxoribus* et Stroth. *ihren Gemahlinnen.* Sed recte monuit Pagi ad a. 302. n. viii. ex Lactant. de mort. persecut. cap. xv. l. sq. constare tam uxorem Diocletiani *Priscam*, quam *Valeriam* ejus filiam et Galerii Maximiani conjugem, Christianas fuisse et Eusebium hoc nonnisi tectius indicare. HEIN.

1, 3. Δωρόθεος] Hic Dorotheus erat præpositus cubiculi imp. Diocletiani, aut Galerii Cæsaris. Sic enim scribit metaphrastes in actis martyrum Indis et Domnæ cap. 23. *Qui etiam adversus Dorotheum, qui gloria quidem et civili dignitate erat insignis, ut qui præpositus vocaretur ab Italis, pietate autem erat insignior, adversus eum ergo et Mardonium et Mygdonium et Indem et quosdam alios, immittunt tela calumniæ.* VALES.

1, 4. ἐπισυναγωγάς] Musculus vertit *numerosas aggregationes*, Christophorsonus *conventus*. Utitur hac voce Paulus in epistola 2. ad Thessalonicenses cap. 2. ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Id est: *rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et per nostram ad ipsum congregationem.* Ἐπισυνάγειν proprie est dispersos variis ex locis in unum colligere. Quo sensu Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Athenienses eam vocem usurpat, de Quadrato loquens Athenarum episcopo: ἐπιμαρτυρῶν ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. Quæ verba refert Eusebius in lib. iv. cap. 23. Male igitur Christophorsonus hoc loco *conventus* interpretatur. Subdit enim Eusebius: καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς: quibus verbis conventus ecclesiasticos haud dubie designat. Quare vox ἐπισυναγωγὰς aliud significet necesse est, congregationes scilicet ut dixi, eorum qui se ad Christi fidem adjungunt. Sic Dionysius Alexandrinus in libro ii. de promissionibus adversus Nepotem, cujus verba refert Eusebius in capite 23. lib. vii. VALES.

Ib. ἐκκλησίας] Apte laudavit Reading. locum ex Isidor. Pelus. epist. ii. 246. ἄλλο ἐστιν ἐκκλησία, καὶ ἄλλο ἐκκλησιαστήριον· ἡ μὲν ἐκ τῶν ἀμώμων ψυχῶν συνέστηκε, τὸ δ' ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων οἰκοδομεῖται. HEIN.

I, 7. *ἐκθύμως διεκδικοῦντες*, dum scilicet episcopi inter se certant de honoris prærogativa, aut de finibus parœciarum suarum. VALES. Vertit Val. illa verba: *contentiosissime sibi vindicantes* et eodem modo Strothius. Est autem profecto incognita veteribus illa vocis *διεκδικεῖν* significatio. Cf. Passow. s. v. HEIN.

I, 8. *Ἱερεμίου*] Thren. ii. I. 2. HEIN.

I, 9. *Ψαλμοῖς*] Ps. lxxxix. 39. sqq. HEIN.

2, 2. *Ἀλλὰ τούτων*——*παραδιδόναι*] Cf. paulo post verba *οὐκοῦν*——*προήχθημεν* et de martyr. Pal. c. xii. ubi se non solum omnia ea, quæ ad injurias, ecclesiarum præsidibus a Christianæ religionis inimicis illatas pertineant, sed etiam mutua confessorum dissidia, hæreticorum turbas, et plurimorum clericorum vitia omissurum testatur ipse Eusebius. Graviter hinc notatus ille est nominatim a Gibbonio (*Geschichte des Verfalls des röm. Reichs, übers.* Magdeburg 1788. p. 574.), bene autem excusatus imo defensus ab Kestnero *de Euseb.* p. 40. Eusebius enim nonnisi in narratione rerum sua ætate gestarum taciturum esse sese profitetur, quæ Christianis afferre possint contumeliam, et nisi cum ignominia multorum æqualium referre non poterat. Hoc autem silentium esse ei debebat sanctum, et vel inde, quod, quo defectu opus suum laboraret, ipse fassus est, eum hac in re non fraudulenter egisse licet concludi. Quamquam in eo vix vere judicat Eusebius, quod haud utilia posteris futura fuisse putavit illarum rerum ab ipso omissarum commemorationem, id quod indicat verbis *μόνα*——*ὠφελείας*. HEIN.

2, 3. *πεπειραμένων*] Positum videtur pro *πεπειρασμένων*. Sic Eusebius supra in lib. vi. cap. 43. ubi tamen nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent *πεπειρασμένους*. Utitur hac voce Paulus in epistola ad Hebræos cap. 4. ubi vulgatæ quidem editiones habent *πεπειρασμένων*. Sed in manuscriptis codicibus legitur *πεπειραμένων*, ut notavit Tusanus. Est autem hic metaphora a navibus, quas prædones in mari aggrediuntur, sicut patet ex sequentibus. Certe piratæ dicuntur *ἀπὸ τοῦ πειράζειν*. Quare malim scribere hoc loco *πεπειρασμένων*, ut distinguatur a *πεπειραμένων*, quod significat *expertos*. Ita

Dionysius Alexandrinus in epistola ad Fabium, quam habes in lib. vi. hujus historiæ: ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι πλείονα ἂν εἰδεῖεν. Id est: *qui magis experti sunt.* VALES.

2, 4. Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον] Ita etiam Eusebius in chronico, et auctor chronici Alexandrini: *Diocletiano Aug. octies et Maximiano Herculio Aug. septies coss. anno* 19. *Diocletiani imper. mense Dystro die* 25. *ipso paschæ die proposita sunt ubique imperialia edicta*, etc. Consentit Idatius in fastis ita scribens: Diocletiano VIII. et Maximiano VII. *his coss. persecutio Christianorum.* Idem colligitur ex actis Munatii Felicis curatoris Cirtensium, quæ referuntur in gestis apud Zenophilum consularem Numidiæ. Sic autem incipiunt: *Diocletiano VIII. et Maximiano VII. coss.* Is erat annus a natali Christi juxta Eusebium quidem 305. æræ autem Dionysianæ qua nunc utimur, tertius ac trecentesimus. Sed Baronius in annalibus, et Petavius in 2. parte rationarii temporum anno Christi 302. Constantio IV. et Maximiano IV. coss. initium hujus persecutionis assignandum esse contendunt. Eorum sententia unico argumento nititur, actis scilicet concilii Cirtensis. Quod concilium anno post inceptam persecutionem et post passionem martyrum congregatum esse affirmat Augustinus in breviculo collationis. Congregatum est autem Diocletiano VIII. et Maximiano VII. coss. ut docent acta ipsius concilii ab Augustino relata in lib. iii. contra Cresconium. Sed huic argumento facillimum est respondere. Quis enim non videt, mendum esse in actis illis Cirtensis concilii, et legendum esse: P. C. Diocletiani IX. et Maximiani VIII.? Id enim apertissime convincitur ex breviculo collationis diei 3. capite 17. ubi dicitur: *Nam gesta martyrum quibus ostendebatur tempus persecutionis, coss. gesta sunt Diocletiano IX. et Maximiano VIII. pridie Idus Februarias, gesta autem episcopalia decreti Cirtensis, post eorundem consulatum* 3. *Nonas Martias*, etc. Quid his potest esse manifestius? Neque vero hanc scripturam suspicari quisquam de falso potest. Addit enim ibidem Augustinus, officiales jussos a judice inspicere quantum temporis interfuisset inter passionem martyrum et concilium Cirtense, deceptos fuisse ac per imprudentiam falsum renuntiasse. Nam cum gesta martyrum inscripta essent Diocletiano IX. et Maximiano VIII. pridie Idus Febr., acta vero

concilii Cirtensis post consulatum Diocletiani novies et Maximiani octies, 3. Nonas Martias, officiales post-consulatum pro consulatu sumentes, mensem duntaxat inter utraque gesta interpositum esse responderunt, cum tamen 13. mensium spatium revera interpositum fuisset, ut rectissime tradit Augustinus. Exstant quidem ipsa martyrum gesta quæ in collatione illa designantur. Verum in iis nec dies, nec consul adscriptus est, ut videre est apud Baronium. Aut igitur hunc locum ex breviculo collationis, ubi gesta martyrum Diocletiano IX. et Maximiano VIII. coss. confecta memorantur, mendosum esse necesse est, aut inscriptionem concilii Cirtensis in lib. iii. contra Cresconium. Atqui inscriptio illa gestorum martyrum falsa esse non potest, ut patet ex iis quæ jam dixi. Est et aliud argumentum, quo convinci potest, Cirtense concilium consulatu Diocletiani VIII. collectum non fuisse. Cum enim id concilium coactum fuerit ad ordinandum Cirtensis ecclesiæ episcopum, teste Augustino, quæro quis episcopus ab episcopis illis ordinatus sit? Non Silvanus. Hic enim hoc ipso anno adhuc subdiaconus erat Pauli Cirtensis episcopi, ut patet ex gestis Munatii Felicis. Paulum igitur dicent cum Baronio, creatum ab illis episcopum Cirtæ. Sed neque hoc stare potest. Etenim sub Paulo orta est persecutio, ut docent acta apud Zenophilum consularem Numidiæ, quæ referuntur in libro iii. contra Cresconium: *Zenophilus consularis dixit: Quid administrabat tunc Silvanus in clericatu? Respondit: Sub Paulo episcopo orta est persecutio et Silvanus subdiaconus fuit.* At si in Cirtensi concilio coss. Diocletiano VIII. et Maximiano VII. Paulus episcopus factus est, quomodo illud verum esse poterit, sub Paulo ortam esse persecutionem, cum Cirtense concilium, in quo creatus dicitur episcopus, anno, ut minimum dicam, post initium persecutionis gestum sit? Sed omnino verissimum est, quod in illis actis dicitur, sub Paulo Cirtensium episcopo ortam esse persecutionem, Diocletiano VIII. et Maximiano VII. coss. Quo anno Munatius Felix curator reipublicæ Cirtensium ingressus domum Pauli episcopi, jussit ut traderet scripturas, ut legitur in actis apud Zenophilum consularem, quæ referuntur in lib. iii. contra Cresconium, et in epistola Augustini 165. et quæ post collationem Carthaginensem edita sunt. Illud, inquam, verissimum est,

falsum vero est, Cirtense concilium gestum fuisse Diocletiano VIII. et Maximiano VII. coss. Sed quid responsuri sunt adversarii ad hæc, quæ dicturus sum? Constat Cirtense concilium coactum esse anno post gesta illa martyrum Africanorum, seu potius 13. mensibus. Nam concilium gestum est 3. Nonas Martias, martyrum autem gesta pridie Idus Febr. Ergo si concilium Cirtense actum est Diocletiano VIII. cos. passio martyrum Constantio IV. cos. pridie Idus Febr. contigerit necesse est. Atqui persecutio cœpta est mense Martio, ut testatur Eusebius. Ceterum persecutionem iis quos dixi coss. ortam esse multis præterea testimoniis probari potest. Primo ex actis martyrum Agapes, Chioniæ et Irenes, quæ passæ sunt Diocletiano IX. et Maximiano VIII. ut legitur in fine actorum. In his actis sic scribitur: *Inquit præses: superiore anno, cum edictum illud tale ac pium jussum dominorum impp. et cæsarum primo fuit divulgatum, ubinam vos latuistis?* etc. Intelligit edictum de cremandis libris Christianorum, quod superiore anno emissum fuisse ait. Igitur Diocletiano VIII. cos. emissum fuerat. Secundo in actis Metrophanis et Alexandri quæ extant in bibliotheca Photii, Constantius Chlorus mortuus esse dicitur anno hujus persecutionis 3. quod omnino stare non potest, nisi initium persecutionis ab octavo Diocletiani consulatu deduxeris. Idem testantur acta passionis sancti Felicis episcopi Tubazicensis, quæ sic incipiunt in optimo codice MS.: *Diocletiano octies et Maximiano septies coss. Augustis, exivit edictum eorundem Cæsarum vel imperatorum*, etc. VALES. Cf. Lactant. de mortt. persecut. c. xii. xiii. Pagi ad a. 302. v. HEIN.

Ib. Δύστρος μήν] Cum de anno quo cœpta est persecutio Diocletiani, abunde supra disputatum sit, nunc restat, ut de mense ac die pauca dicamus. Eusebius quidem hoc loco ait mensem fuisse Dystrum, quem Romani Martium vocant. Idem scribit auctor chronici Alexandrini, cujus verba sic legenda sunt: ἔτους ιθ. τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, μηνὶ Δύστρῳ κέ, λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους. Sed Eusebius in libro de martyribus Palæstinæ, qui huic octavo historiæ ecclesiasticæ volumini appendicis loco subjicitur, Xanthicum mensem fuisse dicit, quem Romani Aprilem nominant. VALES. Stroth. *deutsche Uebersetz. des Euseb.* t. ii. p. 7. not. 9. de hac

re dicit: "*We must therefore reconcile the two passages by saying the edicts were first published in Palestine in April, but in the provinces nearer to the capital as early as March.*" Ceterum nihil, nisi pauca vocabula Latina cognovisse Eusebium et pauca de Romanorum moribus audivisse, ex h. l. posse colligi, recte observavit Mœller. *de Eus.* p. 31. cf. ix. 5. *στρατοπεδάρχης, ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν.* HEIN.

Ib. *σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης*] Theodoretus in lib. v. historiæ ecclesiasticæ cap. 38. ipso dominicæ passionis die edictum de ecclesiarum subversione propositum esse, scribit. Auctor chronici Alexandrini ipso paschæ die id gestum refert, pascha autem celebratum esse dicit die 25. Martii, quod in annum 19. Diocletiani cadere non potest, ut Scaliger et Petavius monuerunt. In chronico Eusebii gestum hoc dicitur mense Martio, diebus paschæ. Græca verba hujus loci tantum significant, diem paschæ in propinquo fuisse tunc cum edicta proposita sunt. Nam vox *εἰσελαυνούσης* id significat. Itaque recte Rufinus vertit: *dies solemnis paschæ imminebat.* Pascha autem anno Christi 303. Dionysiano, apud orientales contigit decimo octavo die mensis Aprilis, ut Scaliger et Petavius affirmant. VALES.

Ib. *τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις ἐλευθερίας στερεῖσθαι*] Rufinus vertit: *Si quis servorum permansisset Christianus, libertatem consequi non posset.* Quem sensum secutus videtur Nicephorus in lib. vii. c. 3. Sic enim Eusebiana verba exposuit: *καὶ τοὺς οἰκέτας ἐξομνυμένους ἐλευθερίᾳ τιμᾶν.* Sed hæc interpretatio ferri non potest. Sic enim imperfectum fuisset imperatoris edictum, quo honorati duntaxat, et servi comprehensi fuissent, nulla plebeiorum ac rusticorum mentione facta. Adde quod si per *τοὺς ἐν οἰκετίαις* servi intelliguntur, ineptum esset dicere, ut servi libertate spolientur. Neque enim libertate spoliari possunt, quam non habent. Hoc cum animadvertisset Christophorsonus, *τοὺς ἐν οἰκετίαις privatos* vertit. Ego actores et procuratores intelligo, qui patronis et potentioribus viris ministrabant. Sic infra cap. 6. *τοὺς ἐν βασιλικαῖς οἰκετίαις* vocat Eusebius cubicularios imperatoris. Sed optime Zonaras hunc Eusebii locum exposuit. Nam *τοὺς ἐν οἰκετίαις* interpretatur privatæ conditionis homines. Verba ejus sunt: *τοὺς μὲν ἀξίαις ἢ στρατείαις κατειλεγμένους, ἀτίμως ἐξελαύνεσθαι*

καὶ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς στρατείας· τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος δουλοῦσθαι. VALES. Valesio recte repugnavit Moshem. *Commentar. de rebus Christ. a. C. M.* p. 925. quia οἱ ἐν οἰκετίαις neque sunt plebeii, neque ullo exemplo docet historia, plebeios ex Christianis servos factos esse. *Omnem* igitur potius *libertatis impetrandæ spem* amittere voluit imperator servos, qui Christiani mansissent. Cf. Dodwell. *dissert. xi. in Cyprian.* n. 71. Stroth. *deutsche Uebers. des Eus.* t. ii. p. 8. not. 1. qui tamen a nostra interpretatione paulum discedit. Ita enim commentatur: "*Those who by* τοὺς ἐν οἰκετίαις *understand* homines plebeios, *appear to have been deceived by the conclusion, that as the men of rank were expressly mentioned here, the plebeians must have been mentioned also. But if this conclusion is valid, the clergy must have been mentioned as well. The edict was immediately directed against two classes of people only, first against holders of imperial offices, and next against free or emancipated Christians who were in service under and belonged to the household of the emperors or their courtiers and governors. These persons, as being in the imperial pay and service, and required most of them by their very situation to join in sacrifice, the emperor first required to offer*," etc. Cf. de martyr. P. c. iii. HEIN.

3, 1. Μεγάλων ἀγώνων ἱστορίας ἐπεδείξαντο] Val. vertit: illustrium certaminum *spectacula* exhibuerunt. Stroth. paulo liberius: *liessen-einen sehr grossen Muth im Kampfe blicken.* Sigillatim ἱστορία h. l. dicitur de rei adspectu quem illi ἄρχοντες præbebant. Videtur hæc verbi vis paulo rarior. Cf. vi. 11. τόπων ἱστορίας ἕνεκα viii. 7. de martyr. P. c. i. in. Joseph. Antiqq. i. 11. 4. B. J. vi. 1. 8. ἀνὴρ ὃν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστορῆσα τὸν πόλεμον. Polyb. iii. 48. Galat. i. 18. Hesychius ἱστορεῖ· ὁρᾷ. Adde Casaubon. *ad Diogen. Laërt.* iii. 18. Krebs. *observv. Flavv.* p. 318. Loesner. *observv. Philonn.* p. 326. Gataker. *ad M. Antonin.* i. 16. p. 38. ἐξ ἱστορίας νόμων ἢ ἐθῶν ἢ ἄλλων τινῶν πραγμάτων. Dorville *ad Charit.* p. 366. Abresch. *ad Æschyl.* tom. i. p. 207. HEIN.

Ib. ἐφ' οἷς] Id est, *in quibus tormentis.* Quod non intellexerunt Musculus et Christophorsonus. Sed Nicephorus in lib. vii. cap. 4. hunc Eus. locum optime exposuit. VALES.

3, 4. κατά τε προσώπου καὶ παρειῶν] Plumbatis cæsos intel-

ligo, de quo supplicio in passionibus martyrum non raro fit mentio. Nam cum Eusebius martyres pugnis cæsos esse jam dixerit, hinc necessario intelligere debemus plumbatis in facie verberatos. Alioqui esset *ταυτολογία.* VALES.

Ib. *ἐξ ἅπαντος*] In libro de martyribus Palæstinæ, ubi multa ex historia ecclesiastica iisdem pæne verbis repetuntur, legitur *ἐκ παντὸς*, quod est elegantius. Sic autem Græci dicunt, quod Latini *utique.* VALES. Cf. Ælian. V. H. ii. 4. iii. 7. *ἐκ παντὸς τρόπου διψῶντες* Rom. iii. 1. *κατὰ πάντα τρόπον* 2 Cor. iv. 8. *ἐν πάντι* vii. 5. Viger. *de idiott.* p. 600. *'Εξ ἅπαντος* h. l. non verterim cum Val. *utique.* Melius Stroth. *in allen Stücken.* Adde vi. 1. ubi Stroth. *ἐξ ἅπαντος* vertit *vor allen andern.* Sed vel ibi commode verti potest *omni modo.* HEIN.

Ib. *οἱ τῆς θεοσεβείας ἐχθροὶ*] Val. vertit *pietatis* hostes. Melius Stroth. *die Feinde der Religion.* Vide quæ animadverti ad Eus. H. E. vii. 32. (pag. 633.) cf. vi. 2. viii. 4. HEIN.

4, 1. *Τοῦ τὴν ἐξουσίαν εἰληφότος*] Diabolum intelligit, qui in evangelio dicitur princeps hujus mundi. Et sic Nicephorus in cap. 3. lib. vii. hunc Eusebii locum accepit, quem Musculus et Christophorsonus minime intellexerunt. VALES.

4, 3. *ὁ στρατοπεδάρχης*] Veturium magistrum militum intelligit, de quo Eusebius in chronico ad annum 17. Diocletiani hæc habet: *Veturius magister militiæ, Christianos milites persequitur, paulatim ex illo jam tempore persecutione adversum nos incipiente.* In quibusdam manuscriptis et in editione Miræi hæc ad annum 16. Diocletiani referuntur, in aliis ad annum 14. VALES. Negligentis vero esse illam omissionem recte judicat Kestner. p. 73. §. 62. 1. cf. iii. 6. not. 9. Danz. p. 66. not. 30. "*Num oblitus est Eusebius eorum, quæ prius cognoverat, an addidicit ea, quæ prius incognita habuit.*" HEIN.

4, 4. *ἀλλὰ καὶ—ἀντικατηλλάττοντο*] Eodem tempore legionem illam militum qui Thebæi dicuntur, fuisse tradunt acta martyrum a Ruinarto edita. cf. Pagi ad a. 297. n. ii. Oros. vii. 17. cit. Read. HEIN.

Ib. *τοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεργοῦντος*] Diabolum his verbis intelligit Eusebius, non autem ducem Romanum, ut putavit Christophorsonus. VALES.

Ib. *δεδιττομένου——πόλεμον* i. e. cum multitudo fidelium, ut credibile est, eum (diabolum) terreret et in bello universis

simul inferendo ei facesseret negotium. Verto hæc, tum quia perperam verterunt Valesius et Strothius, ille: *deterritus*, ut credibile est, *multitudine* fidelium, et universis simul *bellum inferre formidans*, hic: *vermuthlich*, *weil er sich für die Menge der Gläubigen fürchtete*, *und Bedenken trug*, *alle mit einander zu bekriegen*, tum quia Zimmermannus adeo pro ἀποκναίοντος, quod optime scriptum est, scribi posse conjecit ἀποκνέοντος. Quod fieri prorsus nequit. Vid. Passow. s. v. ἀποκναίω ἀποκνέω et δειδίσσομαι. HEIN.

5, 1. Τῶν οὐκ ἀσήμων τίς] Hic Joannes dicitur in martyrologio Usuardi, Adonis, Notkeri, et in vetere Romano, die 7. Septembris. VALES.

Ib. σπαράττει] Edicta imperatorum et epistolæ in charta perscribebantur. Hinc Nilus in epistola 264. ait chartam simpliciter vocari quæ ex papyro et glutino compacta est, sed postquam imperatoris subscriptionem accepit, tunc vocari sacram: ἐκ παπύρου καὶ πόλλης χάρτης κατασκευασθεὶς, χάρτης ψιλὸς καλεῖται· ἐπὰν δὲ ὑπογραφὴν δέξηται βασιλέως, δῆλον ὡς σάκρα ὀνομάζεται. Sic enim legendum est, non ut in MS. codice scribitur σάρκα. Sacram enim vocabant imperatoris epistolam ut videre est in actis concilii Chalcedonensis, et in novellis Justiniani, et in glossario Nomico. Idem quoque testatur Ammianus in lib. xxii. his verbis: *Replicatoque volumine edicti*. Nam volumen non dicitur nisi de charta. VALES. Cf. Suicer. t. ii. p. 924. sq. Du Fresne *Gloss. med. et inf. Græc.* p. 1325. sq. HEIN.

6, 1. Πολυτρόπους θανάτους i. e. multiplicia mortis genera, *vielfache Todesarten*, ut recte vertit Stroth. Cf. ii. 25. ubi noster ut summam varietatem generum mortis indicaret et veluti oculis subjiceret, scripsit adeo ποικίλαις θανάτων ἰδέαις. Θανάτου τρόπους dixit vi. 1. ποικίλων βασάνων καὶ θανάτου τρόπων. Sed idem per θανάτους sæpius significant cum Eusebio Græcorum optimi. Vid. Plat. Crit. c. vi. δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. Apolog. c. xvii. Xenoph. Apolog. iv. 32. Sophocl. Trachin. v. 1278. μεγάλους μὲν ἰδοῦσα νέους θανάτους. Adde Achill. Tat. iii. p. 165. iv. p. 233. ed. Salmas. cf. Abresch. *animadvv. Æschyl.* tom. i. p. 388. et infra cap. xii. not. 5. Utuntur autem Græci θάνατοι quoque de violenta morte. Vid. Jacobs. in *Actt. Monacc.* tom. i.

p. 156. Seidler. *ad Eurip. Electr.* v. 479. Atque in universum, ut illud hoc loco animadvertam, usurpant Græci numerum pluralem plurium substantivorum, ubi vix illum sed singularem exspectes, neque tamen uterque numerus inter se permutari censendus sit, imo certe *plerumque* deinde ea est numeri pluralis ratio, ut notionem aut graviorem et augustiorem (cf. Longin. de sublim. xxiii. 2 sqq. ed. Weisk.) aut magis universam et indefinitam reddat aut alio modo sit explicandus, ut *θυμοὶ*, de quo vid. Lobeck. *ad Soph. Ajac.* v. 716. cf. Euseb. H. E. iii. 6., ubi ex Josepho laudatur: *τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξεκαίοντο οἱ θυμοί.* Constantin. orat. ad sanctt. cœt. c. xviii. *ἀσχήμονες θυμοί.* 2 Cor. xii. 20. Gal. v. 21., *ὕπνοι* vid. Schäfer. *ad Long. past.* p. 143. Sextus Empir. advers. Logic. i. 2. *τῇ σκιαγραφίᾳ ἀπεικάσαι τὰ ὄντα, τοῖς τε κατὰ ὕπνους ἢ μανίαν προσπίπτουσι ταῦτα ὁμοιῶσαι.* Euseb. H. E. vi. 5. *ὡς δὴ καθ' ὕπνους τῆς Ποταμιαίνης ἐπιφανείσης. ἀλήθειαι* vid. Euseb. H. E. iv. 16., ubi Justinus M. dicitur a nostro *ὁ ταῖς ἀληθείας φιλοσοφώτατος.* Perperam ibi Cph. Ion. habet *τῆς ἀληθείας* pro *ταῖς ἀληθείαις.* Quamvis enim haud sciam an *ταῖς ἀληθείαις* minus recte junxerint Val. et Stroth. cum *φιλοσοφώτατος*, unde ille vertit: idem ille *veræ sapientiæ* studiosissimus sectator, hic *dieser eifrige Liebhaber der Wahrheit*, cum facilius videatur *ταῖς ἀληθείαις* adverbii loco positum credere, ut sit: *revera, reapse*, tamen *τῆς ἀληθείας* apertum est verborum *ταῖς ἀληθείαις* interpretamentum, ab iis profectum qui illud ipsum *ἀληθείαις* haud concoquerent, quod si malis jungere verbo *φιλοσοφώτατος* cum Val. et Stroth., vertendum potius erit: "ille *veritatis in omnibus ac singulis* studiosissimus." Similiter autem *λέγειν τὰς ἀληθείας* contra Valesium *τὰ τῆς ἀληθείας* scribentem rectissime defendit Orellius *in Nicol. Damasc.* p. 199. optime illud interpretans: "*veritatem circa omnia dicere, auf alle Fragen, über alle Punkte die Wahrheit sagen.*" Et recte Orellio assensi sunt Corayus et Ochsnerus in *supplem. nott. in Nicol. D.* p. 44. cf. Lennep. *in Phalar. epist.* p. 221. Dorville *ad Charit.* p. 397. Alias pro illo *λέγειν τὰς ἀληθείας* Græci dicunt *λέγειν πᾶν τἀληθές.* vid. Sophocl. Trachin. v. 474. *πᾶν σοι φράσω τἀληθές.* Sed idem Sophocles apud Justin. M. cohort. ad Græcos c. xvii. inquit:

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν Θεός.

Ubi *ταῖς ἀληθείαισιν* haud dubie vertendum est, ut superius in Euseb. H. E. iv. 16. equidem vertere malui, *revera*, *profecto*. Adde Scholiast. ad Homer. Odyss. vii. 311. sq. Ταῦτα λέγει *πειρώμενος τοῦ Ὀδυσσέως, εἰ ταῖς ἀληθείαις παραιτεῖται θεοῦ γάμον*. Porro sanum est neque ullo modo in *βαπτισμοῦ* mutandum cum Jaspisio, *βαπτισμῶν* in epist. ad Hebr. vi. 2. vid. Bœhme *commentar.* ad h. l. p. 250. cf. ibid. p. 208. p. 257. sq. Winer. *neut. Gr.* p. 74. Similiter temere sollicitavit *τεχνήματ'* apud Soph. Phil. v. 36. Brunckius ad h. l. indicatur enim ibi *αὐτόξυλον ἔκπωμα varia et multiplici arte* elaboratum, et inde *τεχνήματα* illud dicitur. Cf. Gataker. *adv. misc.* p. 352. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* tom. ii. Vorrede p. v. sq. et §. 293. p. 586. Neque omittendus est locus Chrysostom. t. xii. p. 342. B. ed. Montef., ubi leguntur sane sine sensu hæc: *ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα ἵστατο τὰ τῶν πάλαι σωμάτων.* Sed quæritur, an non locus recte queat emendari: *ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταντο αἱ τῶν σωμάτων πάλαι.* Quod ipsum quamvis attulerit Matthæi ad h. l. not. 62., tamen statim post plane illud spernendum ratus: "*Cur enim*, inquit, *σωμάτων numero plurali? Sine dubio corrigendum*, *τὰ τῶν παλαισμάτων*." At equidem ego an *τὰ τῶν παλαισμάτων* scribendum sit hoc Chrysostomi loco, vehementer dubito, neque illis: "Cur *σωμάτων* numero plurali?" *αἱ τῶν σωμάτων πάλαι* non posse scribi, demonstrari puto. Namque eodem jure ad verba Chrysostomi quæ paulo ante l. l. leguntur, *οἱ τῶν ἰχώρων ῥύακες*, i. e. ut vertit interpres Latinus, *saniei* torrentes, dicere possis: Cur *ἰχώρων* numero plurali? At cf. quæ monui Euseb. H. E. vii. 21. (pag. 586.) Neque, *τῶν σωμάτων* quomodo scribere potuerit Chrysostomus, plane obscurum sit. Nonne enim ille poterat eo indicare, ad omnes corporis Jobi partes, ad *omnia quæ erant corporis* Jobi, sævissimos dolores ac cruciatus penetrasse? Optime certe conveniunt sequentia: *πάντοθεν, ἔνδοθεν, ἔξωθεν ἀποτηγανιζομένου (αὐτοῦ).* Adde locum simillimum Euseb. H. E. vii. 20. et Vales. ad h. l. Denique sermo Romanus etiam satis insignia hoc in genere nobis suppeditat exempla. Ita *mortes* habet non solum Virg. Æn. X. 854. (*omnes* per *mortes* animam dare), sed Cic. Tusc. Qu. i. 48. de fin. ii. 13. præclaræ sunt *mortes imperatoriæ*. Arnob. advers. gentes i. 40. p. i. p. 27. ed. Orell. Innumerabiles alii—acerbis-

simarum *mortium* experti sunt *formas*. Adde Cic. de offic. i. 36. 7. Cavendum autem est, ne aut *tarditatibus* utamur in ingressu mollioribus—aut in *festinationibus* suscipiamus nimias *celeritates*. ibid. i. 22. ext. *fortitudines*, i. 7. et sæpius *utilitates*, i. 28. *quietes*, de orat. i. 1. 3. *asperitates*, de legg. i. 11. *pravitates*, de finib. i. 15. *assiduitates*, ibid. 19. 20. *formidines—despicationes*, pro Milon. 26. *infidelitates*, de finib. i. 18. *levitates*. Cf. Minuc. Fel. Octav. i. 5. *superstitiosæ vanitates*. HEIN.

6, 4. *συγχωρουμένων*] Nec Nicephorus, nec interpretes hanc vocem intellexerunt, quippe qui non animadverterint, vocem *συγχωρεῖσθαι* hic passive sumi. VALES.

6, 5. *ἄξιον ὡς ὄντως*] Scribendum videtur *ἀξίου*. Refertur enim ad id quod præcessit, *ἑνός*[t]. Porro de hoc Petro et de Dorotheo præposito cubiculi, Gorgonio, aliisque cubiculariis qui tunc cæsi sunt, vide acta passionis Indis et Domnæ die 26. Decembris. VALES.

6, 6. *πυρκαϊᾶς*] De hoc incendio quod Nicomediæ contigit anno 1. persecutionis vide illustre testimonium Constantini imp. in oratione ad sanctorum cœtum capite penultimo. VALES. Cf. Lactant. de mortt. persecut. c. xiv. xv., unde de incendii illius auctore mirum quantum dissentire Eusebium, Constantinum et Lactantium, intelligitur. Vid. Moshem. *Commentt. de rebus Chr. a. C. M.* p. 929. sqq. cf. Stroth. *deutsche Uebers.* t. ii. p. 16. not. 7. Vales. not. 8. ad hoc cap. vi. et Manso *Leben Constantins des Grossen*, p. 108. sq. Contra alias in rebus a Diocletiano ad Constantinum usque gestis Eusebius et Lactantius egregie inter se consentiunt ac quasi conspirant. Maxime huc pertinent loci: Lactant. de mortt. persec. c. xxxvi. cf. Euseb. H. E. ix. 2. 4. Lact. xx. cf. Eus. viii. 13. Lact. xxxiii. cf. Eus. viii. 16. Lact. xv. cf. Eus. viii.

[t] De hac Valesii conjectura Zimmermannus ad h. l.: "*Emendatione*, inquit, *Valesiana ἀξίου haud opus est: ἄξιον referendum ad μαρτύριον*." Sed inde cur illud non necessarium sit, vix intelligitur. Hoc enim ipsum quæritur, quomodo *ἄξιον* referri possit ad *μαρτύριον*, cum aperte rectius dixisset Eusebius, illum cubicularium, martyrium subeuntem dignum se præstitisse nomine suo, scilicet Petri, quam martyrium ipsum fuisse dignum ejus nomine seu ejus nomini convenisse. Quæ sententia est paulo ineptior et quadam difficultate laborans. Tenendum vero illud quod jam ad Euseb. H. E. vi. 11. observavi, Eusebium interdum eo referre verba, quo rectius referenda non erant. Unde sane Valesii conjectura haud opus esse, sequitur. HEIN.

13. Lact. xlix. cf. Eus. ix. 10. Ostendit autem præclare Kestner. *de Eus. auct. Excurs.* iv. p. 49—56., neutrum scriptorem alterius historiam novisse. Præterea cf. Zosim. hist. ii. 7—38. HEIN.

6, 8. θεοὺς—λογιζόμενοι] Probabile sane est, quod ad h. l. animadvertit Stroth. *Uebersetz.* tom. ii. p. 16. not. 8., in eam de qua loquitur Eusebius, suspicionem illos regiorum cubiculariorum legitimos dominos adductos esse propterea quod illo tempore i. e. seculo quarto magno opere jam creverat insana reliquiarum veneratio. Sed inde nullo modo sequitur, Eusebium eidem fœdæ superstitioni favisse. Vide quæ disputavi in *Excursu* xi. HEIN.

6, 9. κατὰ τὴν Μελιτινὴν] In vetustissimo codice Maz. scribitur Μελιτίνην accentu in penultima. Urbs et regio ita dicta est in minore Armenia, ut jam notavi. Porro de tyranno qui in ea regione imperium arripuit, nihil legi. VALES.

Ib. ἄλλων ἀμφὶ τὴν Συρίαν] Eugenium intelligit, qui in Syria brevi admodum tempore tyrannidem gessit. Totam historiam narrat Libanius tum in oratione ad Theodosium post reconciliationem, pag. 411. tum in Antiochico pag. 363. Quibus jungendus est locus ejusdem Libanii ex oratione ad Theodosium de seditione Antiochena, pag. 399. Erat quidam tribunus Seleuciæ, nomine Eugenius, qui militibus quingentis erat præpositus. His opus id injunctum erat, ut os portus aditumque excavarent. Milites cum die noctuque sine intermissione laborarent, ægre id ferentes, præpositum suum ad imperium capessendum compellunt mortem minitantes nisi ipsis assensum præberet. Hoc modo coactus tribunus, purpura ex simulacro Dei cujuspiam abrepta, imp. salutatur. Mox Antiochiam quæ tum præsidio militum vacua erat, ratus si eam sibi adjungere posset, plurimum inceptis profuturam, subito tendit, eamque circa occasum solis occupat. At milites solita per totum iter lascivia usi, agros vastaverant, vinoque ac epulis sese ingurgitaverant. Quo comperto Antiochenses, paucitatem militum ebrietatemque despectui habentes, lapidibus ac cujusque modi telis, ipsis mulieribus adjuvantibus, tam tyrannum in palatium tendentem, quam milites omnes interfecerunt, ita ut περὶ πρῶτον ὕπνον, circa primam vigiliam, nemo ex ipsis superesset. At imp. qui multam gratiam An-

tiochensibus habere debuisset, in Antiochensis et Seleucensis ordinis principes gladio animadvertit, cum nec hi nec illi quicquam commeruissent. Inter quos et avus Libanii, forma conspicuus et proceritate corporis, est interemptus. Hæc ex p. 411. et 363. Porro Libanius in oratione ad Theodosium de seditione nos docet hunc tribunum militum Seleucensium dictum esse Eugenium, imperatorem autem esse Diocletianum, quem Dioclem vero ac genuino nomine (sic enim dictus est teste Victoris epitoma) eo loco bis appellat. Sic enim ait: ὁ δὲ Διοκλέα λέγων σοι καὶ τὸν ἠναγκασμένον Εὐγένιον, καὶ τὴν ἐκ Σικελίας δεῦρο μετὰ μέθης ἄφιξιν, etc. Lego ἐκ Σελευκείας, ut ex aliis Libanii locis supra memoratis constat. Habes igitur tyranni nomen atque historiam, quam nos primi ex Libanii orationibus eruimus. Tempus vero quo Eugenius tyrannidem arripere conatus est, hic Eusebii locus declarat, Diocletiano scilicet octies et Maximiano septies coss. VALES.

6, 10. τυμβωρύχοις, i. e. *sepulcrorum expilatoribus*, ut vertit Val. Satis frequens fit horum hominum facinorosorum apud veteres mentio et nominatim plura epigrammata contra eos scripsit Gregorius Nazianzenus. Vid. Muratorii *anecdota Græca* p. 142. cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. ii. p. 503. Lobeck. *ad Phryn.* p. 232. Diogen. Laërt. iv. 23. 241. Maxim. Tyr. dissertt. xiii. 3. tom. i. p. 236. ed. Reisk. et Davisius ad h. l. ibid. xxvi. t. ii. p. 30. Præterea notandum est Strothium vertisse τυμβωρύχοις *Räuber*, his in Germanica interpretatione ad h. l. monitis: " τυμβωρύχοις, *properly, persons who break open and plunder tombs. But it is only one of the worst kind named instead of the whole class.*" Neque tamen cur hoc loco istud statuendum sit, satis video. HEIN.

Ib. τοῖς ἐπὶ κακουργίαις κατακρίτοις] Musculus vertit: *Ita ut iis qui propter maleficia damnabantur, nullus superesset in custodiis locus.* Christophorsonus vero sic interpretatus est: *His qui maleficiis tenebantur obstricti*, etc. Ignoravit scilicet tam Musculus quam Christophorsonus, reos post capitalem sententiam in carcere detentos adhuc fuisse, ex constitutione Tiberii. VALES.

6, 11. Αὖθις δ' ἑτέρων] Tertium hoc fuit edictum imperatorum contra Christianos. Primo quidem edicto jusserat imperator destrui ecclesias, et scripturas sacras igne comburi, utque ho-

norati si sacrificare recusassent, dignitate sua privarentur, viliores libertatem amitterent, ut est in capite 2. Alterum edictum paulo post subsecutum est, ut episcopi, presbyteri et diaconi in carcerem conjicerentur, et ad sacrificandum omnibus modis compellerentur, ut ibidem scribit Eusebius. Tertium edictum omnes cujuscumque generis Christianos tam laicos quam clericos comprehendit, quod anno persecutionis 2. propositum esse ait Eusebius in libro de martyribus Palæstinæ cap. iii. Videtur tamen hoc edictum potius quartum fuisse. Secundum enim edictum ac tertium ad solos sacerdotes pertinebat. Ac secundo quidem jussum erat ut in carcerem conjicerentur, tertio vero mandatum est, ut iidem sacerdotes tormentis adhibitis ad sacrificandum compellerentur. VALES.

7, 1. Τῶν ἀληθῶς παραδόξων] Paradoxi dicebantur athletæ qui multas victorias retulerant, ut jampridem notavit Petrus Faber in Agonistico, lib. iii. p. 603. Porro in codice Med. et Maz. legitur τῶν ὡς ἀληθῶς, quod certe est elegantius. VALES. Κατεπλάγη τὰς ἀναριθμήτους μάστιγας proprie est: commotus sit animo ab innumerabilibus flagorum ictibus i. e. admiratus sit innumerabiles ictus flagrorum, ut recte vertit Val. cf. vii. 17. τὸ πρᾶγμα καταπληττομένους ἰδόντα τοὺς πολλούς. HEIN.

7, 2. ἔξωθεν] Nicephorus in capite 7. lib. vii. intellexit eos qui extra arenam stabant, et bestias clamoribus incitabant. Sed Rufinus non spectatores intellexit, sed arenarios, quibus artis est instigare bestias, ut ipse loquitur: *Verum bestiæ*, inquit, *illos ipsos, qui ad instigandum mittuntur, incredibili velocitate discerpunt.* Christophorsonus Nicephori expositionem secutus est. Sic enim vertit: *In infideles qui extra repagula, alius aliunde, eas in martyres instigarunt*, etc. Ex quo apparet eum duplici modo interpretatum esse vocem ἔξωθεν, tam de infidelibus, quam de iis qui extra arenam stabant. Occurrit eadem vox infra in hoc capite τοὺς μὲν ἄλλους τῶν ἔξωθεν προσιόντων. VALES. Male vertit Valesius tum h. l.: *quia fide nostra alieni tum ipsos instigabant*, tum infra: *qui alios quidem ex infidelium numero*, etc. Recte enim Stroth. *deutsche Uebersetz.* t. ii. p. 20. not. 1. hæc affert: "*Granted that the heathen are*

elsewhere called οἱ ἔξωθεν, *and that they were heathen who were standing outside the arena—this is self-evident, but the expression* οἱ ἔξωθεν *does not imply it. It here refers immediately to the arena, and means those who were standing outside the fence, and came in to urge on the wild beasts.*" HEIN.

7, 4. θημοῦ—πνεόντων non male vertit Valesius: *furorem* ac mortem *anhelitu ipso spirantes.* Eodem modo infra θυμοῦ καὶ ἀπειλῆς πνέων. Cogitandum vero est cum genitivo, non accusativo πνεῖν h. l. et alibi jungi, quia deinde simul inest notio plenitudinis et copiæ. Ita ipsum θυμοῦ πνέοντες dixit Chrysost. t. ii. p. 484. et φόνων πνέοντες tom. ii. p. 359. E. Neque aliter Heliodor. p. 2. φρονήματος δὲ εὐγενοῦς ἔτι πνέουσα Alciphr. p. 338. στεμφύλων καὶ κονέως πνέοντα. Contra Eurip. Iphig. A. v. 278. πῦρ πνέουσα καὶ φόνον Rhes. v. 782. sq. αἱ δ' ἔρεγκον ἐξ ἀντηρίδων θυμὸν πνέουσαι, κἀνεχάντιζον φόβῳ. Cf. Phœniss. v. 454. σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς. Lucian. diall. mortt. xx. p. 112. ed. Voigtländer. ἀποπνέων μύρου. Eodem modo recte explicat Actor. ix. 1. Winer. *Nachträge zur neutestam. Grammatik.* p. 210. Aliter Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 600. 691. Præterea cf. Cicer. Catil. ii. 1. *scelus anhelantem.* Scriptor lib. ad Herenn. iv. 55. *anhelare* ex infimo pectore *crudelitatem.* HEIN.

7, 5. πέντε γὰρ οἱ πάντες] Quatuor fuisse dicuntur in Menæo, die 21. Januarii. HEIN.

Ib. κυρίττων δὲ τοῖς ποσί] Hunc locum Nicephorus interpolavit, et in sensum prorsus alienum convertit. VALES.

7, 6. ξίφει κατασφαγέντες] Langus vertit *jugulati*, recte ut equidem sentio. Mos enim erat, ut confectores immitterentur, qui noxios in arena jugularent, ut supra observavi, ubi de passione Polycarpi. Cave igitur existimes, martyres illos capite truncatos fuisse. VALES.

8, 2. Κατὰ τὸ σύνηθες] Vide quæ de modo cruci affigendorum maleficorum post Justum Lipsium de cruce ii. 7. et alios disputavit Paulus *Commentar über das N. T.* tom. iii. p. 756—770. cf. Valesius *ad Euseb. H. E.* ii. 25. Dorville *ad Chariton.* p. 380. sq. Wetsten. *ad Luc.* xxiv. 30. Winer. *biblisches Realwörterbuch* p. 393. sq. Seneca ad Marciam xx. "video istic varias cruces—aliter ab aliis fabricatas. Alii *capite con-*

versos in terram suspenderunt, alii per obscœna stipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt." Paulus l. l. p. 763. i. HEIN.

8, 3. κατωκάρα capite deorsum verso i. q. κατὰ κεφαλῆς quo utitur ipse Euseb. H. E. iii. 1. ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, cruci suffixus est capite deorsum verso, ut interpretatus est Val. Adde Euseb. demonstrat. evang. iii. 7. p. 116. ed. Montacut. Πέτρος—κατὰ κεφαλῆς σταυροῦται. HEIN.

Ib. ζῶντες] Vid. S. S. Richter. *de morte Servatoris in cruce* §. 10. "*Crucis illa vis non erat, si vel infirmiores respicias, tam cito exstinguendi. Ex martyrologiis constat, nonnullos* 3. 4. *quin etiam novem dierum intervallo in cruce vixisse, relictos autem plerosque esse——donec sole et pluvia corrupti pedetentim tabo diffluerent, et tunc avibus, quæ viventes non invadunt, putri halitu allectis in prædam cederent.*" Et Lipsius *de cruce* ii. 12. "*Hærebant*, inquit, *in cruce lenta morte peremti, ut corvos pascerent. Positi custodes, ne quis detraheret, impediebant.*" Cf. Paulus l. l. p. 811. p. 816. f., quo ultimo loco vitio procul dubio typothetæ falso laudatur Euseb. H. E. 7, 8., ubi nihil hac de re legitur. HEIN.

9, 1. Διαέρια] Monstrosam lectionem hic exhibet Nicephorus, ex quo apparet illum depravatissimis Eusebii codicibus usum fuisse. Nam pro διαέρια, habet οἷά τινα ἱερεῖα, quod sensu caret. VALES.

9, 2. εἰς τὴν ἑαυτῶν—φύσιν, i. e. interprete Valesio: *ramos in proprium ac naturalem situm reverti sinebant.* HEIN.

9, 3. ἐκτείνοντο, i. e. *interficiebantur.* vid. Gataker. *ad Antonin.* iv. 3. p. 124. Valckenar. *ad Euripid. Phœniss.* v. 1692. p. 567. HEIN.

9, 4. Ἱστορήσαμεν δὲ καὶ αὐτοί] Ex hoc loco discimus, Eusebium in Ægypto versatum fuisse, quod etiam testatur Theodorus Metochita in collectaneis, quo loco observat omnes non modo Ægyptios, verum etiam eos qui in Ægypto versati sunt, intricata quadam et obscura dictione in scribendo usos fuisse. Inter quos non postremo loco recenset Eusebium nostrum. VALES.

Ib. τόπων] Vid. quæ monui ad Valesii diatriben de vita scriptisque Eus. p. xxxix. not. 35. HEIN.

9, 5. *τῷ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βήματι*] Mira locutio, tribunal quod est ante judicem. *Βῆμα* ergo sumitur pro gradibus tribunalis. Hinc judex sedere dicitur *πρὸ τοῦ βήματος*, id est, *pro tribunali*, vel *pro tribunalibus*, ut hic loquitur Rufinus. Aliter tamen hunc Eusebii locum exponit Lucas Holstenius in notis ad passionem SS. Perpetuæ et Felicitatis p. 126. VALES.

9, 6. *ἐξαιρέτως δὲ ἐκεῖνοι θαυμασιώτεροι*, verum ii *maximam præ cunctis laudem* merentur, vertit Vales. Cf. quæ monui Eus. H. E. iii. 8. (pag. 146.) vii. 23. (pag. 595.) Heraldus *ad Arnob. adv. gentes* i. 22. p. 300. ed. Orell. et Orellius ipse ibid. i. 57. p. 351. HEIN.

9, 7. *τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως*] Erat igitur Philoromus, rationalis seu procurator summarum Ægypti[u]. Hæc enim dignitas his verbis designatur. At Rufinus cum hæc non intelligeret, ita vertit: *Philoromus agens turmam militum Romanorum.* Quem secutus Usuardus, Ado et ceteri die 4. Februarii, Philoromum tribunum vocaverunt, gravi errore. Sed neque Symeon metaphrastes hunc Eusebii locum intellexit. Nam in actis MS. passionis Philoromi ac Phileæ, quæ mihi communicavit R. P. Franciscus Combefisius, de Philoromo ita scribit: *ὁ δὲ ἑταῖρος τούτῳ κατὰ πάντα Φιλόρωμος, μεγίστης ὅσης παρὰ τῶν τότε κρατούντων ἐξουσίας ἀρχὴν ἐμπιστεύεται· ὑφ' ὧν διέπειν πάσης γῆς Αἰγύπτου πιστευθεὶς καὶ Ἀλεξανδρέων πόλεως τὸ στρατόπεδον, ἣ μία καὶ αὐτὴ καὶ πρώτη τῆς Αἰγυπτίων χώρας μητρόπολις καταγγέλλεται, τῶν ἐν αὐτῇ πραγμάτων δημοσίων τὴν ἀρχὴν ἐμπεπίστευτο.* Id est: *Hujus autem Phileæ sodalis et æqualis per omnia Philoromus, maxima quadam dignitate ornatus est ab iis qui tunc temporis imperium administrabant. A quibus cum totius Ægypti et Alexandriæ, quæ sola ac prima universæ provinciæ metropolis est, exercitus regendos accepisset, publicorum negotiorum in ea civitate curam gerebat.* Vides ut metaphrastes ad eundem quem ceteri lapidem impegit. Atqui *βασιλικὴ διοίκησις*, est rationalis seu procuratoris Cæsaris officium, ut dixi. Certe diœcetes sub regibus Alexandrinis olim dicebatur, is qui postea sub principibus Romanis dictus est rationalis seu procurator summarum

[u] Strothius vertit: *eines kaiserlichen Kammer-und Justiz-Præsidenten.* HEIN.

Ægypti, ut jampridem notavi ad excerpta Polybii Megalopolitani, pag. 23. Sic apud Dionem Cocceianum in lib. xlii. Photinus διοικητὴς dicitur, quem Cæsar in libro de bello Alexandrino procuratorem regni vocat. Sed et Eusebii quæ sequuntur verba, satis indicant eam Philoromi dignitatem civilem fuisse, non militarem. Addit enim Eusebius: ὑπὸ στρατιώταις δορυφορούμενος ἑκάστης ἀνεκρίνετο ἡμέρας. Id est: *Stipatus militibus seu officialibus, quotidie jus dicebat.* Quæ verba ut in tribunum cadere non possunt, ita egregie conveniunt rationali. Quippe rationales officium seu apparitionem habebant, et jus dicebant. Ammianus Marcellinus in libro xxviii. *Quæsitus in unum impiorum hominum globus, imitatus rationalis officium ipsumque judicem*, etc. ubi vide quæ olim observavi. Quibus adde epistolam Flavii Himerii rationalis Ægypti ad præfectum Mareotæ quam refert Athanasius in apologia, τὴν σύνοψιν ποιησάμενος, εἰς τὴν τάξιν ἀνενεγκεῖν. Sed et acta apud rationalem confecta fuisse ibidem docetur. Habebat ergo officialem ab actis. VALES.

Ib. πολιτείαις *honoribus* Val., *Ehrenstellen* Strothius vertit. Cf. quæ animadverti ad Euseb. H. E. vi. 43. (pag. 516.) HEIN.

9, 8. τῶν ἐπ' ἀξίας ἀρχόντων] Ultima vox delenda esse mihi videtur. Est enim, ut opinor, scholium additum ad explicationem vocum præcedentium. Quamquam οἱ ἐπ' ἀξίας non tam magistratus significant quam *honoratos*, ut Latini vocant, id est, *eos qui honoribus perfuncti sunt.* De honoratis multa olim notavi ad librum xiv. Ammiani Marcellini. Certe vocem ἄρχοντας hic superfluam esse apparet. Nullus enim erat ἄρχων præter ipsum judicem, nisi forte magistratus municipales intelligas. VALES.

Ib. καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ] In actis passionis Phileæ præses hic dicitur Culcianus. Fuit autem Culcianus præses Thebaidis, ut docet Epiphanius. Proinde Phileas passus est in Thebaide, non autem Alexandria, ut quidam putant. Quos in errorem induxit Eusebii locus ex cap. 10. ubi Phileæ epistola refertur, quam ille ad Thmuitas scripsit Alexandria, paulo ante agonem martyrii sui. Verum, ut dixi, Culcianus præses Thebaidis a quo damnatus est, manifesto arguit illum in Thebaide passum fuisse. Ceterum acta illa passionis Phi-

leæ nuper edita sunt Antverpiæ. Quibus plane consentit codex MS. bibliothecæ sancti Victoris. Interpolata sunt autem a quodam Gregorio, qui ex lib. viii. historiæ ecclesiasticæ Rufini multa inseruit. Vera igitur acta incipiunt ab his verbis: *Imposito ergo Philea super ambonem, Culcianus præses dixit,* etc. In fine item quædam addita sunt ex Rufino de Philoromo martyre. Symeon tamen metaphrastes in actis MS. passionis Phileæ et Philoromi, eos Alexandriæ passos esse dicit. Sic enim habet: *Φιλέας γὰρ οὗτος ὁ ἔνδοξος καὶ σὺν αὐτῷ Φιλόρωμος οἱ πανάγιοι μάρτυρες, τότε δὴ τῷ κατ' Αἴγυπτον δικάζοντι ἄρχοντι ἐπ' Ἀλεξανδρείας ὄντι, πλεῖστα ὅσα παρ' αὐτοῦ ζητηθέντες, δέσμιοι προσηνέχθησαν.* Et in fine, postquam sententiam præfecti Augustalis retulit in eos latam, hæc subjungit: *οἱ δὲ ἅγιοι ἄμφω ἐπὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῶν μαρτυρίας ὑπὸ τῶν δημίων ἐσύροντο· καὶ δὴ ἐν τῷ ὡρισμένῳ τόπῳ γενόμενοι, τῷ θεῷ τε δόξαν εἵνεκα τῶν τοιούτων στεφάνων εὐχαριστήριον ἀναπέμψαντες, ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας ὁμοῦ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν, μηνὶ παχὼν κγ' κατ' Αἰγυπτίους, κατὰ δὲ Ῥωμαίους πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων.* Id est: *Ambo igitur sancti ad finem confessionis ipsorum tracti sunt a carnificibus. Cumque ad locum constitutum venissent, actis deo gratiis ob ejusmodi coronas, in urbe Alexandria simul ambo capite truncati sunt die* 29. *mensis Cheac juxta Ægyptios, juxta Romanos vero octavo Calendas Januarias.* In appendice quoque actorum Polyeucti martyris quæ nuper edita est Antverpiæ, Philoromus Alexandriæ passus esse dicitur. Quare si vera sunt acta illa Latina de quibus paulo ante dixi, in quibus Culciani præsidis interrogatio cum Phileæ responsionibus continetur, Culcianus præfectus Augustalis fuerit necesse est, tunc cum Phileas et Philoromus Alexandriæ subiere martyrium. Certe Eusebius in fine lib. ix. diserte affirmat, Culcianum hunc ad omnes honorum gradus a Maximino promotum fuisse. VALES.

10, 1. *Φιλέου πρὸς Θμουΐτας*] Est Thmuis urbs Augustanicæ. Hinc apud Epiphanium in hæresi Semiarian. *Πτολεμαῖος Θμούεως Αὐγουστονίκης.* VALES. Augustamnicæ potius aut scribere debuisse Valesium aut *Αὐγουσταμνικῆς* apud Epiphanium legendum esse, censet Danz. *de Eus.* p. 141. not. 64. Quin etiam ipse Valesius, quod fugit Danzium, *Augustumnicam* scripsit in Ammian. Marcell. xxii. 15. ext. Sed vide sis quæ

ibi annotavit V. D. Ceterum medio e contextu abrepta esse ea, quæ ex Phileæ epistola excerpsit Eusebius, ideoque difficilius intelligi, quivis videt. Cf. quæ monui v. 5. (pag. 347.) v. 16. (pag. 370.) vii. 21. (pag. 581.) vii. 32. (pag. 637.) HEIN.

10, 3. οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες] Id est, *Christo pleni.* Sic Ignatius Antiochenus episcopus dictus est θεοφόρος, id est, *deo plenus.* VALES. Similiter Χριστοφόρος ab Athanasio dictus est Paulus apostolus. Vid. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1560. Plenior locutio fuisse videtur οἱ τὸν Χριστὸν φέροντες ἐν τῇ καρδίᾳ, i. e. qui Christum toto pectore amant, colunt, diligunt, ad ejus præcepta omnes suas cogitationes dirigentes et conformantes. Eodem modo θεοφορεῖν et θεοφόρος dicitur. Cf. Clemens Alex. strom. lib. vii. Θεῖος ἄρα ὁ γνωστικὸς καὶ ἤδη ἅγιος θεοφορῶν καὶ θεοφορούμενος. *Suicer.* l. l. t. i. p. 1389—1392. Gataker. *ad M. Antonin.* xii. 23. p. 430. Θεοφόρητος ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ θεῷ. Ceterum ejusmodi et similibus quibus martyres condecoraverunt veteres Christiani, appellationibus satis ineptas fabulas subinde debere suam originem, licet statuere. Cf. K. G. Vogel. *Versuch einer Geschichte und Würdigung der Legende* in: *Dritte Denkschrift der hist. theol. Gesellschaft zu Leipzig* p. 161. sq. "*Lastly, the ignorance of transcribers is to be considered a fruitful source of the forgeries of legends.——So after the death of Saint Ignatius by a lion, the name of Jesus is said to have been found written in golden letters upon his heart.—Might not this have arisen from some ignorant wonder-seeking transcriber who was at a loss perhaps to explain the expression* τὸ χρυσοῦν ὄνομα—τοῦ Κυρίου ἐν καρδίᾳ ἔφερεν?" Similiter quod de eodem Ignatio affirmare non dubitant Symeon metaphrastes, Nicephorus, alii, eum fuisse infantem illum, quem Jesus in manibus gestans tanquam integritatis et modestiæ exemplar proposuerit, et quod addit Anastasius abbas Romanus, quia Christus Ignatio jam imposuerit manus, hoc in ordinatione Ignatii facere noluisse apostolos, probabiliter ex illo ipso Ignatii nomine cujus Valesius mentionem fecit, ortum est. Cum enim accentus in voce θεοφορος non collocaretur in syllaba penultima (θεοφόρος), sed ante-penultima (θεόφορος), hoc ipsum significabat non eum, qui Deum in animo tulerit, sed qui a Deo, i. e. Christo latus sit. De verbis sequentibus ἁρπαγμὸν ἡγήσατο vid. cap. xi. HEIN.

10, 4. ἕτεροι ῥάβδοις] Virgas illas quibus martyres cæsi sunt, Alexandriæ, e citro et malo punica fuisse, docet Symeon metaphrastes in actis MSS. Phileæ ac Philoromi. Sic enim ait de Philoromo: ταῦτ' ἔφη ἐπεὶ λέγων θρασύνεται τοῖς δημίοις ὁ ἔπαρχος, ῥάβδους ῥοῶν καὶ κιτρίων, τέτταρσιν πεπαρμένοις ἐν γῇ πάλοις, χεῖρας καὶ πόδας αὐτοῦ ἐξαρτήσαντες, τὸν νῶτον μαστίξατε. Atque huc pertinere existimo, quod notat Philo in oratione adversus Flaccum; flagrorum discrimen fuisse Alexandriæ, pro conditione ac dignitate eorum, qui cæderentur. Aliis enim flagris et per alios cædebantur Ægyptii, aliis incolæ civitatis Alexandrinæ. Nam Alexandrini virgis cædebantur ab Alexandrinis lictoribus, quos vocabant Spathephoros. Atque hoc pœnæ discrimen nonnihil habuisse solatii observat Philo; qui quidem Spathas posuisse videtur pro virgis e citro seu malo punica. VALES.

10, 5. περὶ τὸ ξύλον] Eculeum intelligo. Reis enim in eculeo suspensis latera ferreis ungulis exarabantur. VALES.

Ib. ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον] Eadem verba habet Metaphrastes in actis passionis Phileæ. Nicephorus emendat ἀμυντηρίοις τὰς κολάσεις. Recte ut apparet. Ἀμυντήρια autem sunt ungulæ, ut recte Ruf. vertit. Videntur tamen ἀμυντήρια aliquid plus esse quam ungulæ. Nam Hesychius ἀμυντήριον, ξίφος δίστομον interpretatur, id est, *gladium utrinque acutum.* Et in hoc crudelitas judicum notatur, qui non contenti simplicibus ungulis, novaculis ad exaranda martyrum latera utebantur. VALES.

Ib. οὐ βεβηκόσι——δεσμῶν, i. e. interprete Valesio: *pedibus solum non contingentibus, adeo ut vincula gravitate corporum adacta, acrius intenderentur.* HEIN.

10, 6. τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ ὑπηρετουμένους] Apparitores seu officiales intelligit, qui præfecto Augustali obsequebantur. De hoc enim loquitur Phileas in hac epistola, et ἡγεμόνα eum vocat. Porro ἐξουσία fere de majoribus judicibus dicitur, qui habebant jus gladii, quæ Latine *potestas* appellatur, ut ait Ulpianus. Quæ vox eo sensu sæpius occurrit apud Joannem Chrysostomum. Porro præfectus Augustalis, eo quidem tempore erat Hierocles, quemadmodum scribit Epiphanius in hæresi Melitianorum. VALES.

Ib. τοῖς δεσμοῖς προσιέναι] Nova et insolens mihi videtur

hæc locutio. VALES. Valesius vertit *vinculis stringi*. Danzius autem *de Euseb.* p. 141. not. 64. de h. l. "*Corrupta*, inquit, *est lectio. Sensus efflagitat verbum cum præpositione* πρὸ *compositum: fortasse ergo legendum* τοῖς δεσμοῖς προσίνεσθαι, *i. e. antea eos vinculis, ut loquitur Plautus, miserrimos habere, male tractare, et deinde, si hoc modo animum exhalassent, humi abjectos trahere.*" Ego tamen illam locutionem quamvis insolentiorem in Eusebio ferri posse puto. Cf. H. E. vi. 41. ταῖς —θυσίαις προσῄεσαν et ibid. paulo post τοῖς βωμοῖς προσέτρεχον. HEIN.

Ib. ταύτην δευτέραν βάσανον] Raptationem intelligit. Primus enim cruciatus erat verberum ac plagarum et ungularum, secundus ut humi depositi traherentur in carcerem. VALES.

10, 7. ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι] Pessime Langus *catastam* vertit. Hic enim τὸ ξύλον aliter sumitur ac supra. Nam supra quidem ponitur pro eculeo, ut ex Rufino monuimus. Hic vero pro *nervo* ponitur, id est, *compedibus ligneis*. De qua significatione multa jam dixi in superioribus libris. Latini etiam *lignum* eo sensu dixerunt. De his compedibus intelligendus est locus in actis martyrum Tarachi, Probi, et Andronici: *Cum verberatus esset, præses dixit: mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et dimittentes aliquam curam ei apponere.* Et in actis Luciani martyris. Synesius in oratione de regno: ἀλλ' οὔγε μᾶλλον κινήσεται ἐν τῇ ποδοκάκῃ, τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Porro sicut in hac Phileæ epistola ξύλον modo pro eculeo sumitur, modo pro nervo, ita in actis Theodori martyris quæ habentur apud Surium die 9. Novembris, lignum duplici modo accipitur. VALES.

Ib. ποικίλας—ἐπινοίας, i. e. varia, quæ contra eos excogitata sunt, tormenta. Cf. Dorville *ad Chariton.* p. 220. extr. HEIN.

10, 9. τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας] Libertatem vocabant, cum quis vinculis solveretur, et libere quo vellet, abire sineretur. Quæ vox non raro occurrit apud Eusebium, eo sensu quem dixi. Sic Arator in libro i. apostolicæ historiæ:

——damnatio justi
Libertas est facta reis.

Id est, *absolutio* et *relaxatio*. VALES.

10, 10. ἀνατιθέμενος] Metaphora videtur, ut cum Latini dicunt, *ad posteritatis memoriam consecrare.* VALES.

Ib. τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας] Post hæc verba Christophorsonus plura capita inseruit, ex appendice quam ad calcem hujus libri ediderat Rob. Stephanus. Verum appendix illa liber est integer, et ab opere historiæ ecclesiasticæ separatus, in quo Eusebius passiones martyrum Palæstinæ, ac præsertim Pamphili sui descripsit. Hunc librum studiosus quidam huic octavo historiæ ecclesiasticæ volumini subjecerat propter argumenti similitudinem, ex cujus codice ceteri postea exscriptores illum in sua exemplaria transfuderunt. Certe in omnibus manuscriptis quos vidimus libris post finem hujus octavi libri reperitur, sicut a Rob. Stephano est editus. Male igitur fecit Christophorsonus, qui eum librum contra fidem omnium exemplarium in octavum historiæ ecclesiasticæ volumen, quasi ejusdem partem a suo corpore male divulsam, intrusit et lectoribus fucum fecit. Nemo enim ante nos de hoc Christophorsoni facinore ne leviter quidem suspicatus est. Longe prudentius Musculus, qui Rob. Stephani exemplar secutus, librum octavum prout repererat, in Latinum sermonem convertit, appendicem autem totam prætermisit, quam nec Rufinus nec Nicephorus legisse mihi videntur. Sed et capita libri octavi, quæ ipsi libro ex more præfixa sunt, satis admonere potuerant Christophorsonum, appendicem illam nihil ad librum octavum pertinere. VALES.

11, 1. Ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν] Eandem rem narrat Lactantius in lib. v. institutionum divinarum cap. 11. ubi agit de injustitia judicum, seu rectorum provinciæ, qui Christianos suppliciis affecerant: *Alii ad occidendum præcipites extiterunt, sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit.* VALES.

Ib. λογιστής τε ἅμα καὶ στρατηγός] Recte Rufinus *curatorem* et *magistratum* vertit. De logistis seu curatoribus civitatum, vide quæ notavi ad Amm. Marcellini librum xiv. pag. 36. Hinc λογιστεύειν dicitur curatoris officio fungi apud Philostratum in lib. i. de vita Sophistarum, ubi de Nicete loquitur. De strategis quos Latini *magistratus* vocabant, multa item notavi ad librum ultimum Amm. Marcellini, quæ nemo ante

nos observaverat. De his magistratibus municipalibus intelligendæ sunt literæ senatus, quas refert Capitolinus in Maximino: *Senatus populusque Rom. proconsulibus, præsidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, ac singulis civitatibus et municipiis et oppidis, et vicis et castellis S.* VALES. Curatores, λογισταὶ, erant ii, qui pecuniam rei publicæ et quidquid ad eam pertinebat, administrabant. Cf. cod. de modo multandi leg. 3. Στρατηγοὶ summi magistratus in omnibus Græciæ civitatibus erant, ut docuit ad Ammian. Marc. xxxi. 6. Valesius. cf. Euseb. H. E. ix. 1. Harpocrat. Lexic. p. 232. ed. Blancard. HEIN.

11, 2. Ἄδαυκος] Rectius scribitur Ἄδαυκτος. Ejus mentio fit in menæis Græcorum die 3. Octobris. Fuit et alter Adauctus eodem tempore martyrium Romæ passus, cujus mentio fit 7. Februarii. Huic Damasus papa cœmeterium Romæ fecit, ut docet vetus epigramma apud Gruterum pag. 1172. VALES.

Ib. τὰς καθόλου διοικήσεις] Rationalem summarum intelligit. Sic supra de Philoromo cap. 9. ἀρχήν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως ἐγκεχειρισμένος. Recte igitur Rufinus hunc locum vertit: *Rationes summarum partium administrans.* Et rursus infra. VALES. De rationalibus præter ea quæ vii. 10. (pag. 564.) et cap. 9. lib. viii. annotata sunt, vid. Vales. ad Ammian. Marcell. xv. 5. ubi ad verba *adscitoque Rationali* cum alia tum hæc animadvertit V. D.: "Rationales in provinciis bona caduca et vacantia fisco vindicabant. Horum duo genera fuere, alii Rationales rerum privatarum, alii largitionum sacrarum, ut patet ex lege 4. cod. Theod. de appellationibus, lege 6. de diversis officiis et apparitionibus. Hi sub dispositione comitis largitionum: illi sub comite rei privatæ, ut declarat Imperii Notitia." Præterea vid. idem Valesius ad eundem Ammian. M. xxviii. 2. p. 523. ex edit. posteriori Hadriani Vales.: "Rationales ipsi, ut arbitror, judices non erant, ne in causa quidem pecuniaria inter fiscum et privatos, sed comites rerum privatarum soli jurisdictionem in causis fiscalibus habebant. Ac licet concederem Rationales jurisdictionem eo tempore habuisse, perinde ac olim procuratores fisci, quod innuit Symachus in lib. x. epist. 55. * et Eusebius in libri viii. capite 9. certum est nihilominus

in criminali causa Rationalem judicem esse non potuisse." Cf. Euseb. H. E. x. 6. HEIN.

Ib. *τοῖς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστρότητος*] Male Rufinus magisterium officiorum hic intellexit. Intelliguntur enim magistri rei privatæ, ut declarat vox proxime sequens *καθολικότητος*. Nam magistri rei privatæ cum rationalibus jungi solent in codice Theodosii, ut jampridem notavi ad librum xv. Amm. Marcellini pag. 78. VALES.

Ib. *ἐπ' αὐτῆς—πράξεως*, i. e. *dum* adhuc rationalis officium administraret, interprete Val. HEIN.

12. 1. *Μαλθακοῦ πυρός*] Talis est ignis qui ex paleis aut virgultis accenditur. Dicitur autem *μαλθακὸν πῦρ* ad differentiam *ἀσβέστου πυρὸς*, de quo supra notavi ad librum vii. Accendebatur autem ignis ille ex longinquo, ita ut martyres suffocarentur potius quam cremarentur. Hujusmodi igne necatus videtur Pionius martyr, ut ejus acta testantur. Hoc supplicium intelligere videtur Seneca in libro iii. de ira, his verbis: *Et circumdati defixis corporibus ignes*. Tertull. in apol. cap. 30. et in libro de pudic. cap. ultimo: *puta nunc sub gladio jam capite librato, puta in axe jam incendio adstructo*. Idem in fine apologetici: *Licet nunc sarmenticios et semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti, sarmentorum ambitu exurimur*. Ergo *μαλθακὸν πῦρ* est ignis sarmenticius, qui martyres lambendo paulatim cremabat. VALES. Cf. quæ monui ad Euseb. H. E. vi. 41. (pag. 506.) HEIN.

12, 2. *ἐσχάραις πυρός*] Recte Rufinus *craticulam* vertit; glossæ veteres *ἐσχάρα* craticula. VALES.

Ib. *τὸν θάνατον ἅρπαγμα θέμενοι τῆς τῶν δυσσεβῶν μοχθηρίας* proprie interpretandum puto: mortem præ malitia impiorum aliquid esse rati quod ipsis sit rapiendum, quo ipsis sit potiundum, i. e. *bonum aliquod et commodum*. Eodem modo vertit Strothius: "*Andre——hielten den Tod, gegen die Bosheit ihrer Feinde gerechnet, für Gewinn.*" Neque aliter Valesius *ἅρπαγμα θέμενοι* explicat. Vertit enim: *mortem lucro deputantes*. Sed minus bene ut puto, ille reddidit *τῆς δ. μοχθηρίας* *propter* impiorum malitiam. Cf. Matthiæ *ausfuhrl. griech. Grammatik* §. 342. §. 366. d. et not. 1. Jam vero recte nos esse interpretatos locutionem *ἅρπαγμα θέμενοι*, non solum inde intelligi potest, quod illa interpretatio usui linguæ haud repugnat, sed

etiam quod orationis contextu et alio loco ipsius Euseb. V. C. ii. 31. maxime confirmatur, ubi leguntur hæc: *οἷον ἅρπαγμά τι τὴν ἐπάνοδον ποιησάμενοι.* Insolentius nostro loco junctus est illi *ἅρπαγμα τίθεσθαι* genitivus. Ipsum vero *ἅρπαγμα* unice et apprime respondet voci *εὕρημα*, de qua vide quæ docte exposuit Toupius *ad Longin. de subl.* iv. 5. p. 251. ed. Weisk. Contra *ἅρπαγμα* quo noster uti maluit, procul dubio fluxit ex loco Pauli Phil. ii. 6., quem usurpasse vidimus Eusebium supra cap. x. Quid? quod Toupius l. l. "Ceterum," inquit, "ut Lysias *μὴ εὕρημα ἡγεῖσθαι,* sic D. Paulus ad Philipp. ii. 6. *οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο. Quod perinde est.*" Quamquam prorsus eadem ratione Pauli locum esse interpretandum haud affirmaverim. Sed ut in transcursu istud moneam, de illo *ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαι* Pauli equidem sic statuo. Primum *ἁρπαγμὸν* positum esse puto pro *ἅρπαγμα,* atque inde minime discedendum nisi contortas et ineptas explicationes malimus amplecti. Ac ne *ἁρπαγμὸν* pro *ἅρπαγμα* dici posse neges, quamvis alias sane reapse non dictum sit, cogites, quæso, de simili usu verbi *φωρίον.* De quo Morus *ad Longin.* l. l. "Est *τὸ φωρίον* primo idem, quod *κλέμμα*; (i. e. furtum, actio furandi) deinde rem furto ablatam—significat." Deinde contexta loci Paulini oratio docere mihi videtur, in illo *ἁρπαγμὸν* quod pro *ἅρπαγμα* dictum sit, inesse simul hoc, ut significetur aliquod quod rapiendum et usurpandum, quo potiundum credatur, *cupidius* et *omni tempore,* i. e. bonum aliquod maximum ac semper concupiscendum, usurpandum, tenendum. Ita non inepte *εὕρημα ἡγεῖσθαί τι* illi *ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἴσα εἶναι τῷ θεῷ* suadente Toupio comparari posse, neque tamen utrumque loco Paulino plane perinde esse existimo. HEIN.

12, 3. *ξυνωρίδα παρθένων,* i. e. *par virginum.* Eodem modo Chrysostom. t. xii. p. 273. C. Paulum et Timotheum vocat *τὴν ξυνωρίδα τῶν ἀποστόλων.* Vid. ad h. l. Matthæi homm. Chrysostom. vol. ii. p. 99. sq. Similiter Chrysostom. t. xii. p. 398. C. Timotheum vocat *μόσχον τῷ ταύρῳ* (i. e. Paulo) *συμβεβλημένον.* Neque aliter sæpius *ζεῦγος* dicitur (vid. Plutarch. Tib. Gracchus c. i. *ζεῦγος δρακόντων.* Straton. lxxxv.), ac *συζυγία.* Vid. Euripid. Hercul. Fur. v. 661. sqq. ed. Matthiæ:

οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας
Μούσαις συγκαταμιγνὺς,
ἡδίσταν συζυγίαν.

Cf. Valckenar. *ad Eurip. Hippol.* v. 1131. p. 285. Dion Chrysostom. orat. xxxii. p. 393. C. Paulus Silent. xiv. 2. Denique ita usurpatum invenitur etiam ζυγὴ, vox veteribus inaudita, in scholio Græco ad 1 Reg. xiv. 42. et apud Epiphanium teste Valesio in epistola ad Jacobum Usserium de versione septuaginta interpretum p. 311. Præterea vid. Fischer. *ad Plat. Apol.* p. 143. Hemsterhuis. *ad Luc. dial. sel.* p. 106. Valckenar. *ad Eurip. Phœn.* v. 331. p. 115. sqq. ex cujus nominatim V. D. docta annotatione lapsum esse patet Gesnerum in dissertat. de ætate et auctore Philopatridis p. 52. sq. præmissa editioni illius dialogi hæc scribentem: "ξυνωρὶς *apud antiquos —tantum de biga equorum vel mulorum adhibetur*; apud nostrum in fine dialogi ὦ καλὴ ξυνωρὶς de amicorum pari dicitur, quomodo etiam apud eum, qui vitam Gregorii Nazianzeni scripsit ζηλωτὴ ξυνωρὶς de Gregorii et Basilii amicitia et sæpius deinde apud sequiores dictum reperio." Adde Seidler. *ad Euripid. Troad.* v. 553. cf. Euripid. Androm. v. 702. Phœniss. v. 1085. Similiter etiam Latini omnia paria *sorores* et *fratres* haud ineleganti metaphora vocant. Vid. Taubmann. *ad Plaut. Pœn.* i. 3. Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dextram, *perque hanc sororem lævam.* Solin. c. xxvii. "*Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellantur.*" Similiter dicitur etiam *triga* ac *quadriga* apud Arnob. adversus gentes iv. 15. aiunt iidem Theologi quatuor esse Vulcanos, et tres Dianas, Æsculapios totidem, et Dionysios quinque, ter binos Hercules, ut quatuor Veneres, tria genera Castorum, totidemque Musarum, *pinnatorum Cupidinum trigas, et quadrigas Apollinarium nominum* etc. Cf. Heraldus et Orellius ad h. l. p. ii. p. 212. ed. Orell. HEIN.

Ib. πάντων θανάτων—χεῖρον] Ita Æschin. diall. iii. 12. θανάτων μυρίων χείρων ἀπότευξις. cf. Senec. de clem. i. 18. *mille mortibus* dignus: et quæ monui ad cap. vi. (p. 661. sq.) Apparet *morte gravius* dici, quidquid est gravissimum, atrocissimum et unum omnium maxime timendum. Cf. Plat. Apolog. c. xvii. ext. xxxii. ubi τεθνάναι πολλάκις similiter dicitur. Aristoph.

Plut. v. 483. ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα θανάτους εἴκοσιν; Cic. de offic. ii. 20. clientes appellari *mortis instar* putant, i. e. rem unam omnium maxime horribilem, quæ unquam iis possit accidere: pro Sext. 54. plausum *immortalitatem*, sibilum *mortem videri* necesse est. Ovid. her. xx. 167. *gravior* mihi *morte* repulsa est, de amante dicitur. HEIN.

12, 4. ἐπ' αὐτῆς μέσης γενόμεναι τῆς ὁδοῦ] Duplex horum verborum sensus esse potest. Aut enim intelligere possumus mulieres illas jam ad dimidium itineris pervenisse, quomodo Nicephorus accepit, aut certe in medio viæ publicæ aggere constitisse. Porro de hujusmodi Christianarum mulierum martyrio quæ se ipsas pudoris simul ac religionis servandæ causa præcipitarunt, vide Augustinum in lib. i. de civitate Dei c. 26. Extat encomium harum mulierum in tomo primo Joannis Chrysostomi, ubi mater Domnina, filiæ vero Bernice et Prosdoce dicuntur. Earum natalem Antiocheni celebrabant die 20. post festum s. crucis, ut in ipso orationis exordio scribit Chrysostomus. Proinde Græci natalem illarum mulierum contulerunt in diem 4. Octobris, ut videre est in menologio. VALES.

Ib. ὡς ἂν μὴ φερούσης—βαστάζειν vertit Val. *perinde ac si terra tantum decus ferre non posset.* Sed satis insolenter profecto h. l. locutus est Eus. Vid. quæ disserui ad Eus. H. E. vi. 14. p. 451. sq. HEIN.

12, 5. μολύβδου scripsit præeunte Steph. Zimmermannus. Sed Val. lectionem deserere nolui, cum, si ille in suis libris invenit μολίβδου, hoc alteri formæ præferre non dubitem. Μόλυβδος tamen habet ipse Euseb. demonstr. evang. iv. 6. Vid. Sallier. et Pierson. *ad Mær.* p. 256. Fischer. *ad Weller. Gr. Gr.* tom. i. p. 167. Lehmann. *ad Lucian. Charon.* p. 32. not. 79. Sturz. *Lexic. Xenoph.* vol. iii. p. 169. Lobeck. *ad Phrynich.* p. 148. HEIN.

12, 5. τὰ ἀναγκαιότατα τοῦ σώματος] Rufinus eleganter vertit: *Usque ad loca pudenda quibus naturalis egestio procurari solet.* Sane Græci ἀνάγκην vocant eam corporis partem, quam pudor nominari vetat. VALES. Adde Orell. *ad Arnob. adversus gentes* iii. 10. p. ii. p. 127. "Habent ergo Dii sexus, et *genitalium membrorum* circumferunt *fœditates quas etiam ex oribus verecundis infame est suis appellationibus promere.*" Ad quæ

V. D. hæc annotavit: "Solebant enim veteres, quas res pudor nominare vetaret, vel aliis vocabulis honestis, v. c. *loca* (Arnob. l. l. c. 9. "si obscœnitas coeundi, ita ut decet, ab diis abest, cur insigniti sunt his *locis*, quibus sexus se solent libidinum propriarum admonitionibus recognoscere?" vid. Heraldus et Elmenhorstius ad h. l.), *partes* (Arnob. ibid.: "Neque enim veri est simile haberi hæc frustra aut improvidam in illis suave ludere voluisse naturam: ut eos his *partibus* aggeraret, quibus utendum non est." Et statim post: "convenit credere in sui muneris functionem comparatas esse has *partes*"), *res*, vel venusta quadam circumlocutione significare. *Ita partes illas vocaverunt Græci τὰ ἀναγκαῖα.* (Vide Artemidor. Oneirocrit. lib. i. cap. xlvii.) Latini *necessaria*. Jul. Firmicus lib. iv. Mathes. cap. xii.: *vitia facit circa naturalia et necessaria* et cap. xviii.: *At ex necessariis et muliebribus locis grave valetudinis discrimen indicit.* Vide infra lib. v. cap. xxvii. et, qui hac de re multus est, Ruhnken. V. Cl. ad Rutil. Lup. de Figuris Sentent. lib. i. cap. xviii. pag. 61." Cf. 1 Corinth. xii. 22. sq. HEIN.

12, 7. Τὰ δ' οὖν τῶν συμφορῶν ἔσχατα] Hunc locum non infeliciter vertisse mihi videor. VALES. Vertit Val. τὰ δ' οὖν ——ἀποκαμόντες: Ceterum hæ calamitates *non prius finem* acceperunt, quam judices *tot ærumnis quidquam adjicere* (se) *posse desperantes*, jamque cædibus fessi, *etc.* HEIN.

Ib. ὡς—περιεργάζεσθαι, i. e. ut nihil sævi *temere* contra nos in posterum *patrare* viderentur. Valesius contra et Strothius ita verterunt, quasi περιεργάζεσθαι h. l. idem esse putandum sit quod simplex ἐργάζεσθαι ab Steph. vere exhibitum. Cf. vi. 2. (p. 429. sq.). Valesius enim vertit: ut in posterum nulla adversus nos *sævitia uti* viderentur, Strothius: *die Qualen höher treiben.* Sed non opus puto περιεργάζεσθαι h. l. ita accipere, quod lectioni Steph. præferendum esse facile intelligitur. HEIN.

12, 8. ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι] Hæc cum aliis scriptoribus ad Maximinum refert Lactantius in libro de mortt. persec. c. 36. cf. c. 32. et Euseb. de martyr. Pal. c. 8. Inter illos autem confessores, quibus oculi et crura lædebantur, celebres fuere Paphnutius Ægyptius et Maximus Hierosolymorum antistes, de quibus passim agunt Rufinus, Sozomenus, Socrates,

Theodoretus, alii. Hæc ex Ruinarti *actis martyrum* p. 275. sq. animadvertit Reading. ad h. l. HEIN.

Ib. προσετάττετο] Rufinus edictum imperatoris propositum esse scribit, quo hujusmodi supplicium adversus Christianos deinceps præscriberetur. Quod tamen verum non puto. Ipsi enim magistratus superati Christianorum constantia, ad id tandem sua sponte conversi sunt. VALES.

12, 10. Ἐν δὴ τούτοις, supple ἀγῶσι. De his enim locutus est paulo supra. Pessime Christophorsonus vertit *his temporibus*, et ab his verbis novum caput inchoavit. VALES.

Ib. ἀπορρήτου] Positum esse videtur pro ἀρρήτου, quomodo Eusebius interdum usurpare solet. Si quis tamen *arcanam* velit vertere, per me licet. VALES. Val. vertit *inexplicabilis*, Stroth. *unsichtbaren*. HEIN.

13, 1. Ἐν εὐσεβῶν στήλαις] Rufinus vertit: *In memoriis piorum primus a nobis scribatur Anthimus.* VALES. Vid. *Excurs.* xvi. HEIN.

13, 2. Τῶν δ' ἐπ' Ἀντιοχείας] Apud Nicephorum legitur τῶν δ' ἀπ' Ἀντιοχείας, rectius sine dubio. Neque enim Lucianus Antiochiæ passus est, sed Nicomediæ, ut testatur Eusebius hoc loco, et Hieronymus in catalogo, et Rufinus ac Nicephorus. Quod etiam testatur ipse Lucianus in epistola quam scripsit ad Antiochenses, cum esset in carcere una cum aliis martyribus Nicomediæ. Hujus epistolæ extrema verba referuntur in chronico Alexandrino ad annum primum persecutionis: ἀσπάζεται ὑμᾶς χορὸς ἅπας ὁμοῦ μαρτύρων, εὐαγγελίζομαι δὲ ὑμᾶς, ὡς Ἄνθιμος ὁ πάπας τῷ τοῦ μαρτυρίου δρόμῳ ἐτελειώθη. VALES. Inferius verba χοροῖς μαρτύρων non satis recte vertit Valesius *in martyrum numerum*, Stroth. *in die Zahl der Märtyrer.* Erat potius Valesio ipsum verbum *chorus* usurpandum, et Strothio vertendum: *in die Versammlungen der Märtyrer.* Similiter iv. 22. οὐ μόνον δὲ οὗτος, ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος, καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς, ubi iterum minus apte vertit Valesius *omnes antiqui* pro *totus antiquorum chorus.* Nam ut Græci, ita Romani voce chorus utuntur de quovis cœtu, et tum de hominum tum de rerum quadam universitate s. collectione. Quod ad Græcos attinet, vid. Lennep. *post Coluth.* p. 88. Jacobs. *ad Achill. Tat.* p. 469. sqq. cf. Lucian.

in amoribus: πολὺς ὀρχηστρίδων—χορὸς pro quo Alciphron. epist. p. 50. ed. Bergler. πλῆθος dicit, χορὸς tamen eodem modo dicens p. 448. Chrysostom. tom. vi. p. 274. A. t. xii. p. 389. A. ποικιλὸς ἀστέρων χορός. ibid. p. 388. A. χορῷ θεριζόντων ἑαυτὸν ἐγκαθίσαι. Vid. Matthæi ad h. l. (Chrysost. homm. vol. ii. p. 8. not. 15.), qui vero temere sollicitat ex mea sententia ἐγκαθίσαι. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1528. sq. i. De Romanis, vid. Cicer. pro Muren. c. xxiv. stipatus *choro juventutis.* de finib. i. 8. Epicurum pæne *e philosophorum choro* sustulisti. de offic. iii. 33. *chorus virtutum.* Horat. epist. ii. 2. 77. *scriptorum chorus omnis.* Arnob. adv. gentt. ii. 34. ed. Orell. Plato in Phædone—aliusve in hoc *choro.* Sed tenendum illud quoque est, apud patres χορὸς etiam cognata priori significatione dici de iis, qui amice inter se consentiunt ac quasi conspirant in doctrina evangelica. vid. Suicer. l. l. p. 1529. ii. Quæ notio haud scio an sit potior apud Euseb. H. E. iii. 32. ext. ὡς δ' ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων χορὸς διαφόρον εἰλήφει τοῦ βίου τέλος, παρεληλύθει τε ἡ γενεὰ ἐκείνη τῶν αὐταῖς ἀκοαῖς τῆς ἐνθέου σοφίας ἐπακοῦσαι κατηξιωμένων κ. λ. Cf. præcedentia. Valesius vero vertit vel. h. l. certe melius quam alibi: *sacer apostolorum cœtus,* Strothius: *die heilige Gesellschaft des Apostel.* Melius hic vertisset: *der heilige Verein der Apostel.* Cf. Euseb. demonstrat. evangel. ii. 4. p. 64. ed. Montac. ἀλλ' ἐπεὶ τούτων περὶ αὐτοὺς συμβεβηκότων ὁ τῶν ἀποστόλων χορὸς, οἵ τε ἐξ Ἑβραίων εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότες γονίμου δίκην σπέρματος ἐξ αὐτῶν ἐκείνων διεφυλάχθησαν, κ. λ. HEIN.

13, 5. κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀναγράψομεν] In libro scilicet de martyribus Palæstinæ, qui huic octavo libro subjectus est. In eo enim martyrium Pamphili fuse narrat Eusebius, ut illic videre est. Porro ex hoc loco apparet, librum illum de martyribus Palæstinæ post historiam ecclesiasticam et post libros de vita Pamphili martyris ab Eusebio scriptum fuisse. At Christophorsonus qui ante hoc caput totam appendicem jam descripserat, coactus est hæc Eusebii verba resecare, ne Eusebius sui ipsius oblitus videretur. Non dissimulabo tamen, in scriptis codicibus Maz. Med. Fuk. et Savilii legi ἀνεγράψαμεν. Quæ si vera est lectio, intelligit Eusebius libros de vita Pamphili martyris. Hos enim libros scripserat ante historiam ecclesiasticam, ut jam antea observavimus. VALES.

Ib. Πέτρος. Cf. Eus. ix. 6. Athanas. contra Arianos lib. ii. Sozom. ii. 6. Vinc. Lir. Comm. 2. Martyr factus est a. 311. vid. Ruinart. *acta martyr.* p. 276. not. 26—29. De sequentibus τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας vide quæ annotavi ad Eus. H. E. vii. 32. (pag. 633.) Adde vii. 30. πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν quod recte vertit Strothius: "*so dass er also die Religion für ein Erwerbmittel hält,*" male Val.: "et *pietatem* quæstum esse existimans." Quamvis enim in loco 1 Timoth. vi. 5. quo utuntur patres Antiocheni, εὐσέβειαν nolim cum Jaspisio interpretari *doctrinam de pietate*, tamen θεοσέβειαν sensu objectivo dici l. l. Eusebii, facile intelligitur. Cf. viii. 3. (pag. 660.) HEIN.

13, 6. Φιλέας——Θεόδωρος] Hi quatuor episcopi simul in carcerem conjecti fuerant Alexandriæ ob fidem Christi, una cum 660 [?] aliis tam clericis quam laicis, ut scribitur in actis passionis Petri Alexandrini, ubi Petrus Achillam et Alexandrum ita alloquitur: *οὐχ ἥκιστα δὲ περὶ τῶν μακαρίων ἐφρόντιζον ἐπισκόπων, Φιλέου φημὶ καὶ Ἡσυχίου, Παχωμίου τε καὶ Θεοδώρου, οἳ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐγκλεισθέντες ἐταλαιπώρουν, ἕως αὐτοὺς τὸ μακάριον διεδέξατο τέλος, καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὸν βίον κατέθεντο.* Quamquam in actis Latinis passionis ejusdem Petri, quæ ex Græco translata sunt ab Anastasio bibliothecario, nulla fit mentio Phileæ nec Pachomii. Sic enim ibi legitur: *Nec unquam cessavi suggerendo beato episcopo Hesychio atque Theodoro in custodia pro Christi fide reclusis* etc. Certe Eusebius diserte profitetur referre se præcipuos Dei martyres qui tum Alexandriæ tum in Thebaïde et reliqua Ægypto subiere martyrium. Cum ergo Petrus una cum presbyteris Dio ac Fausto passus sit Alexandriæ, quatuor isti, vel certe aliquot ex illis, in Thebaïde passi sint necesse est. VALES. Cf. Ruinart. *acta martyr.* p. 434. sqq. HEIN.

13, 7. δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς] Intelligit procul dubio librum de martyribus Palæstinæ. Neque enim alium librum invenire quis possit, in quo Eusebius martyrum agones ab se visos commemoraverit, quam hunc quem dixi. Ex quo insuper refellitur Christophorsoni sententia, qui librum illum de martyribus Palæstinæ putavit partem esse libri octavi, et qui

post hæc verba quæ posui, multa resecuit atque intrusit contra fidem omnium codicum. Vidit hoc ante nos Turnebus, qui in suo codice ad hæc verba Græcum hoc scholium adscripserat: *σημείωσον ὅτι ταύτην ἔχεις τὴν γραφὴν εὐθὺς μετὰ τοῦτο τὸ βιβλίον.* VALES. Idem scholium teste Readingo in Corrigendis exstat in Jon., unde merito aliquem suspicari posse putat V. D., vel hinc a Turnebo, vel inde in Jon. fuisse descriptum. Ceterum Eusebium esse testem *αὐτόπτην* certe plerorumque, quæ in libro de martyr. Pal. retulit, docent profecto præter ipsam narrationum ejus in illo libro indolem ipsius Eusebii verba quæ h. l. legimus: *Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς*, i. e. per librum de martyr. P. Contra bene cavendum est, ne ex hoc Eusebii loco et ex verbis *ὧν ἀνὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην——ἴδιον ἂν γένοιτο* colligamus, Eusebium in lib. viii. nihil plane narrare de martyribus tanquam testem *αὐτόπτην.* Nam ne ita premamus verba Eusebii, impediunt loci viii. 7. 9. 12. Cf. quæ monui ad Vales. *de vita scriptisque Euseb. diat.* p. xxxix. not. 35. Quare ita potius interpretandus est Eusebius, ut eum h. l. dicere censeamus nonnisi hoc, se adhuc non data opera et ex professo de martyribus agere, ideoque pleraque non accuratius et quibus ipse interfuerit, enarrare, contra hoc se facturum in libro de martyribus Pal. In universum pleraque quæ Eusebius enarravit historiæ suæ lib. viii—x., vel ei sunt visa vel audita, quo accedunt fontes scripti quibus in lib. ix. et x. noster usus est. Vid. Kestner. *de Euseb.* p. 38—45. Reuterdahl. *de fontt. hist. Eus.* p. 86. sq. "*Multos Christianos in judiciis Deum suum intimide profiteri audiverat* (Eusebius); *multos diris cruciatibus torqueri viderat; multos mortem crudelissimam tranquille subire conspexerat.* (*H. E. viii.* 2, 7, 9.) *Et quæ non ipse viderat, facile potuit audire. Multa in regionibus, ubi commorabatur, facta erant: multa in ecclesiis gesta, quibuscum Eusebio erat commercium: multa viris acciderant, qui Eusebio vel familiares vel saltim noti erant. Hæc igitur Eusebio citissime communicata fore, facile intelligitur. Præterea res illæ in omnium oribus versabantur.——Quamobrem Eusebio de iis scribere volenti materia non potuit deesse.*" Et rectius idem Reuterdahl. l. l. p. 86.

vel in conscribendo libro de mart. P. Eusebio *visa etiam et audita* fontes fuisse dicit. Contra Kestner. l. l. p. 41. "*Contra vero*, inquit, *omnium, quæ in libro de Mart. Palæst. narrantur, Eusebium testem oculatum fuisse, extra omnem positum est controversiam.*" Sed hoc haud dubie affirmandum est, in illo libro pleraque eorum quæ narrat de martyribus, suis oculis vidisse Eusebium, in lib. viii. longe plura ab aliis audivisse. Cf. viii. 6. 9. Contra neque illud video quomodo Kestner l. l. p. 38. not. 78. affirmare potuerit, Eusebium in narrationibus quoque de martyribus *libros* de iis hic illic conscriptos usurpasse. Nam quomodo hoc inde sequatur quod Eusebius in fine cap. 12. lib. viii. de martyribus loquens: Ἑκάστου μὲν οὖν, inquit, ἐπ' ὀνόματος μνημονεύειν, μακρὸν ἂν εἴη, μή τι γε τῶν ἀδυνάτων, et quod Eusebius viii. 2. profitetur, se historiam martyrum in lib. viii. nonnisi ἐν ἐπιτομῇ velle attingere (τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες), hoc vero ego non potui assequi. Singulos martyres nominatim commemorare noluit Eusebius, quia illud esset longum. Addit, hoc etiam vix ac ne vix quidem fieri a se posse. Jam vero hujus rei causas cogitare equidem possum præcipue, quod aut ipse Eusebius omnium ac singulorum martyrum cruciatibus non interfuerat, aut ab aliis de omnibus martyribus non audiverat, aut non habebat scripta aliorum quæ de martyribus omnibus accurate et fuse agebant. Denique cur ἀδύνατον esse crederet Eusebius omnium martyrum facere mentionem, causam significavit ipse viii. 12. paulo ante potissimum hanc: νικᾷ γὰρ πάντα λόγον τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνδραγαθήματα. Itaque dicendi facultatem omnem et suam superare putabat Eusebius præclara martyrum facinora et propterea certe simul illud quod dixi, fieri a se non posse putabat. Sed tanquam hujus rei causa certe cogitari potest simul illa, quod nec aliorum libros habebat, qui omnium martyrum res gestas exponebant. Quomodo igitur contrarium potius inde colligi possit, quod Kestnerus collegit? Quod vero viii. 2. nonnisi compendiose de martyribus se expositurum esse dicit Eusebius, inde quamvis liceat conjicere, *plura* in promptu eum habuisse, tamen neque *omnia* quæ de martyribus dici poterant, ei parata fuisse, neque libros eum usurpasse sequitur. Sed neque hoc inde quod quis breviter tantum de

aliqua re tradere velle sese significat, certo potest concludi, eum plura potuisse afferre. HEIN.

13, 8. ὁπόσης ἀγαθῶν εὐπορίας καὶ εὐετηρίας] Quanta fuerit felicitas in orbe Romano Diocletiano et Maximiano regnantibus, testatur Mamertinus in genethliaco sub finem, ubi Maximianum alloquitur his verbis: *Revera, sacratissime imp., scimus omnes, antequam vos salutem reipublicæ redderetis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame passim morbisque grassantibus. Ut vero lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus jugiter manant, nullus ager fallit agricolam*, etc. Jam vero quod ad bella spectat, nunquam felicius adversus barbaros Romani pugnarunt. Cæsi ubique barbari, et imperii Romani limites promoti. Legamus eorum temporum historias. Inveniemus profecto id quod dixi, nunquam in meliore statu fuisse rem Romanam, cum quatuor principes, duo scilicet Augusti ac totidem Cæsares, seorsum singuli barbaros propulsarent. Adeo ut verissimum sit quod ait Mamertinus in genethliaco: *Mitto etiam dies festos victoriis triumphisque celebratos.* Auctor panegyrici dicti Maximiano et Constantino: *Sed profecto exegit hoc ipsa varietas et natura fortunæ, cui nihil mutare licuerat dum imperium teneretis, ut illa viginti annorum continua felicitas intervallo aliquo distingueretur.* Porro tametsi Diocletianus et Maximianus tot victorias de barbaris retulerint, unum duntaxat de omnibus triumphum Romæ egerunt, paulo antequam imperio decederent, ut testatur Eutropius et Zonaras. Verba Eutropii sunt: *Uterque una die privato habitu imperii insigne mutavit, Nicomediæ Diocletianus, Herculius Mediolani, post triumphum inclitum quem Romæ ex numerosis gentibus egerant, pompa ferculorum illustri*, etc. Hieronymus in chronico, hunc Diocletiani et Maximiani triumphum retulit anno 18. Diocletiani. Ad quem locum Scaliger in animadversionibus notat, commissum esse ab Hieronymo anachronismum. Hunc enim triumphum actum esse anno Diocletiani vicesimo, aliquot mensibus antequam purpuram deponeret. Sed fallitur potius ipse Scaliger, qui Hieronymum temere reprehendit. Nam si Diocletianus 20. imperii anno, paucis antequam abdicaret mensibus triumphavit, mense circiter Januario eum triumphasse dicendum est, anno Christi 304. cum purpuram deposuerit Kalendis Aprilis ejusdem anni,

ut docet Idatius in fastis. Ex quo sequitur, cum hiberno tempore triumphasse, et media adhuc hyeme ab urbe Roma profectum Nicomediam venisse, quorum neutrum probabile est, cum nec triumphi per hyemem agi solerent ab imperatoribus Romanis, nec Diocletiani ætas ac valetudo tam longi itineris laborem hibernis mensibus sustinere valuerit. Quid quod Diocletianus anno imperii 19. mense Martio atque Aprili agebat Nicomediæ, eo tempore quo cœpta est Christianorum persecutio, ut testatur Eusebius in lib. viii. cap. 5. Sed et tunc cum Nicomediense palatium conflagravit, Diocletianum in eo egisse testis est omni exceptione major Constantinus in oratione ad sanctorum cœtum capite penultimo. Id autem contigit aliquot mensibus post inchoatam persecutionem. Ponamus igitur id evenisse mense Maio. Quis credat, intra decem mensium spatium Diocletianum Nicomedia venisse Romam, ibique insignem illum triumphum egisse, ac deinde Roma rediisse Nicomediam, atque ibi purpuram posuisse, moxque in Dalmatiam concessisse, ut reliquum vitæ tempus ibi degeret? Huc accedit, quod morbus ille quo Diocletianus de statu mentis paululum deturbatus est, primum Nicomediæ eum corripuit paulo post excitatam ab eo persecutionem, ut refert Constantinus. Quare parum probabile est, Diocletianum eo tentatum morbo, tantum iter suscepisse. Deinde auctor panegyrici dicti Maximiano et Constantino, diserte testatur Diocletianum et Maximianum aliquot annis ante 20. imperii annum Romæ triumphasse. His enim verbis Maximianum alloquitur: *Te primo ingressu tuo tanta lætitia, tanta frequentia populus Romanus excepit, ut cum te ad Capitolini Jovis gremium vel oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas urbis admitteret. Te rursus vicesimo anno imperatorem, octavo consulem ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam et timere quod factum est.* Vides ut Maximianum diu ante octavum ipsius consulatum Romæ triumphasse dicit. Nam quin priora illa verba de triumpho accipienda sint, dubitare non licet. Certe Sigonius, vir diligentissimus, in libris de occidentali imperio non aliter hunc locum intellexit. Graviter itaque hallucinatur Scaliger, qui Diocletianum et Maximianum triumphasse dicit anno imperii vicesimo. Rectius Hieronymus id retulit anno 18. Diocletiani. Quo quidem anno

Idatius in fastis notat imperatores vilitatem annonæ edicto suo constituisse. Id enim post triumphum ab eis constitutum videtur in gratiam præcipue populi Romani. At Cedrenus anno Diocletiani decimo septimo hunc triumphum adscribit. VALES.

13, 9. οὔπω δ' αὐτοῖς τῆς τοιασδὶ κινήσεως δεύτερον ἔτος] Melius dixisset Eusebius: *Vix dum primus annus expletus fuerat.* Nam sub initium secundi anni persecutionis, contigit abdicatio Diocletiani et Maximiani, Kalendis scilicet Aprilibus anno Christi 304. cum persecutio cœpta fuisset mense Martio præcedentis anni. Cum igitur ait Eusebius οὔπω δεύτερον ἔτος πεπλήρωτο, idem est ac si dixisset, secundus agebatur persecutionis annus. Ita intelligendus est alter locus Eusebii in libro de martyribus Palæstinæ cap. iii. in fine. VALES.

13, 10. Νόσου γὰρ οὐκ αἰσίας] Cf. Lactant. de mortt. persec. c. xvii. Ex hoc et sequentibus Lactantii capitibus concludit Pagi teste Read., Diocletianum et Maximianum a. 305. imperio sese abdicasse, et male Eusebium a. 304. hoc factum esse dicere. HEIN.

Ib. τῷ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημένων] Male Christophorsonus vertit: *Nam qui primus nostrarum ærumnarum auctor erat.* In quo secutus esse videtur Nicephorum, qui in cap. 16. lib. vii. Eusebium exscribens, pro Eusebianis illis posuit τῷ ἀρχηγῷ τῆς κακίας. VALES.

Ib. διχῇ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαιρεῖται] Constantius enim et Galerius imperium Romanum quasi hæreditatem quandam inter se partiti sunt. Quæ prima fuit imperii Romani divisio, ut hoc loco tradit Eusebius. Antea enim licet plures Augusti simul fuissent, tamen imperium Romanum solidum atque indivisum gubernabant, ut contigit Marco et Vero imperantibus. Sed et sub Diocletiano et Herculio Maximiano nulla facta fuerat imperii divisio, cum nec provincias nec legiones Augusti inter se partiti essent. Recte ergo Eutropius in lib. x. ita scribit: *His igitur abeuntibus ab administratione reipublicæ Constantius et Galerius Augusti creati sunt, divisusque inter eos Romanus orbis.* Idem observat Orosius in lib. vii. his verbis: *Galerius et Constantius Augusti primi imperium Romanum in duas partes determinaverunt.* De hac imperii divisione quam urbs Roma præ ceteris ægerrime tulit, loquitur Porphyrius

in panegyrico carmine ad Constantinum, quod scripsit anno imperii Constantini quinto decimo, quinquennalibus Cæsarum Crispi et Constantini :

——— *lacerata cruentis*
Imperiis pars fessa poli, divisa gemebat
Sceptra et Ausoniæ mærebat perdita jura.

Et aliquanto post, ita Constantinum alloquitur :

Et reparata jugans mæsti divortia mundi
Orbes junge pares, det leges Roma volentes
Principe te in populos.

Hæc paulo accuratius notavi, tum quia nondum satis observata sunt, tum quia Christophorsonus ea non intellexit, qui pro *partitione dissensionem* interpretatus est. VALES. Recte autem monuit Stroth. *deutsche Uebersetz.* t. ii. p. 38. not. 12. " *The division at this time was not so complete, but that the names of all the Cæsars were set together at the head of certain edicts, as may be seen below in the 17th chapter of this book.*" HEIN.

13, 11. πρῶτός τε ἐν θεοῖς] Non quod primo omnium imperatori Constantio hic honos contigerit, ut inter divos referretur. Multi enim imperatores ante Constantium inter divos a senatu relati fuerant. Sed quod ex quatuor imperatoribus qui imperium simul gubernaverant, Diocletiano scilicet et Maximiano, Constantio atque Galerio, primus Constantius hunc honorem adeptus est, quippe qui primus obiisset. VALES.

13, 12. καὶ μήτε—καθελών] Cf. Lactant. l. l. xv. 7. " *Constantius, ne dissentire a majorum præceptis videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est, verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume servavit.*" HEIN.

Ib. τέλος εὐδόκιμον] Quod h. l. tam insigni præconio ornat Eusebius Constantium Chlorum, hominem gentilem, non tam ex ejus humanitate, qua vel gentiles pios ad beatitatem cœlestem et æternam pervenire posse crediderit, quam ex ejus in Constantinum M. maxima gratia fluxisse, ego quidem certius etiam credo quam Mœller. *de fide Eus. C.* p. 54. cf. Stroth. *deutsche Uebers. des Eus.* t. ii. p. 39. not. 1. HEIN.

13, 13. πρὸς τῶν στρατοπέδων] A Constantio nuncupatum

fuisse imperatorem et Augustum Constantinum, antea Eusebius dixerat verbis: βασιλεὺς Κωνστάντιος——παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν κ. λ. cf. Vit. Const. i. 21. 22. Neque igitur premenda sunt, quæ refert idem Euseb. Vit. Const. i. 24. ὡς μηδένα ἀνθρώπων μόνον τοῦδε (Constantini) τὴν προσαγωγὴν αὐχῆσαι, τῶν ἄλλων ἐξ ἐπικρίσεως ἑτέρων τῆς τιμῆς ἠξιωμένων. cf. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 45. HEIN.

Ib. Λικίνιος—ἀναπέφηνε] Cf. Lactant. de mortt. persecutt. c. xx. xxxii. Legitimum Licinii imperium nonnisi propterea haud agnoscit Julian. orat. i. p. 8. A., quod illud flagitioso ac turpi administrationis suæ genere in tyrannidem converterit Licinius, quocum conveniunt verba ipsius Euseb. H. E. x. 9., ubi a Constantino dicitur τυραννὶς ἐκκαθαρθεῖσα. vid. Spanhem. ad l. l. Julian. p. 65. Cf. Eus. H. E. ix. 9. HEIN.

13, 14. μόνον Καίσαρα παρὰ πάντων] In codd. Maz. Med. et Fuk. legitur παρὰ πάντας recte, id est, aliter ac reliqui omnes. Quatuor enim Augusti ea tempestate rempublicam Romanam administrabant, Galerius scilicet, Constantinus, Maxentius atque Licinius. Maximinus vero jampridem Cæsar a Galerio factus, usque ad Galerii obitum in ea dignitate permansit. Quare verissimum est, quod hic ait Eusebius, ægre tulisse Maximinum, quod inter tot Augustos solus ipse tantum Cæsar diceretur, cum tamen Cæsaris dignitatem ante tres illos superius memoratos principes accepisset. VALES. Statim post pro ὃς δὴ οὖν τὰ μάλιστα quod habent Val. et Zimmerm., non dubitavi scribere cum Stephano ἐς δὴ οὖν τὰ μάλιστα. Quamvis enim ὅς in suis libris fortasse invenerit Val., tamen ἐς quod probabiliter ex Reg. dedit Stephanus, ut lectio difficilior, erit unice tenendum. Accedit quod alibi similiter loquitur Eusebius. Vid. iii. 32. εἰς τὰ μέγιστα, plane ut nos: *aufs höchste.* vi. 3. 32. εἰς τὰ μάλιστα. Quin etiam ipsum ἐς τὰ μάλιστα usurpat noster infra cap. 14. vi. 23. init. Eodem modo εἰς usurpant in ejusmodi locutionibus veteres, exprimentes eo rei modum, ad quem usque illa progreditur. Vid. Thucydid. viii. 6. ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν. Arrian. de expeditione Alexandri ii. 11. 12. Exemplorum nubem vide sis apud Fischer. *ad Weller. Gr. Gr.* tom. ii. p. 221. sq. cf. Lobeck. *ad Phrynich.* p. 48. Nostro loco

autem notabile illud est, quod inter ἐς τὰ μάλιστα duo alia vocabula noster inseruit, quod vero longe magis poterat inducere male sedulos librarios ut ἐς mutarent in ὅς. HEIN.

Ib. ὁ μετὰ ἀπόθεσιν ἐπανῃρῆσθαι δεδηλωμένος] Cum Eusebius dicat se supra retulisse, qualiter Maximianus Herculius purpuram resumpserit, id quo loco dixerit Eusebius, adhuc quæro. VALES.

Ib. πρώτου δὲ τούτου] Hæc verba eodem modo exponenda sunt, quo illa superius a nobis exposita πρωτός τε ἐν θεοῖς. At Christophorsonus hunc locum ita interpretatus est, quasi legeretur πρὸ δὲ τούτου. VALES.

Ib. ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου] Idem de Maximiano refert non solum Lactant. de mortt. pers. cap. viii. sed etiam Eutrop. ix. 16. x. 2. Zosim. ii. 11. Eumenius in Constantini panegyrico cap. xiv. xv. cf. Eus. Vit. C. ii. 49. At contraria plane tradit de Maximiano non minus quam de Constantio Chloro Julian. orat. I. p. 7. ubi de illis dicitur: οὕτω δὲ διακείμενοι τὰς ψυχὰς τῶν ἔργων ἔδρων τὰ κάλλιστα, σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κρείττονα φύσιν τὸν τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς παρασχόντα, τοῖς ὑπηκόοις δὲ ὁσίως καὶ φιλανθρώπως χρώμενοι κ. λ. cf. Spanhem. ad h. l. p. 61. sq. HEIN.

14, 1. Μαξέντιος] Cf. Lactant. de mortt. persec. c. xviii. HEIN.

Ib. ὁ—συστησάμενος, i. e. *qui Romæ tyrannidem arripuit*, interprete Valesio. Cf. Euseb. V. C. i. 33. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 46. Ad sequentia τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο. Stroth. *Uebers.* tom. ii. p. 41. not. 6. "*These words are important, as proving that the Christians were even then more than equal in point of number to the heathen, and that Maxentius consequently found himself more secure by pretending to be a Christian. Those who contend that Constantine embraced Christianity from political motives, are wont to draw an argument from this also.*" Sed vid. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet*, tom. iii. p. 232. sqq. HEIN.

Ib. ὀκείλας, i. e. delapsus. Cf. quæ observavi ad ii. 25. (pag. 125. sq.) Adde Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* xxvii. 41. p. 841. sq. HEIN.

Ib. μοιχείας—ἀπέπεμπε] Cf. Socrat. H. E. i. 2. Μαξέντιος δὲ κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ

τρόπῳ χρώμενος κατ' αὐτῶν, μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Arnob. adversus gentes, i. 64. ed. Orell. Tyrannos ac reges vestros——*qui matronarum pudorem ac virginum vi subruunt atque eripiunt licentiosa*, appellatis indigenas atque divos. Atque hoc flagitii genus Maxentius dicitur auxisse ab Eusebio quod nobilissimorum quorumque uxoribus præcipue ad libidinem suam exsatiandam abuteretur. Quod more tyrannis solenni fecisse Maxentium, docent plura exempla quæ attulit Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 285. cf. Euseb. H. E. i. 7. HEIN.

14, 3. *τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι*] Idem refert Aurelius Victor in Maxentio: *Adeo sævus, uti prætorianis cædem vulgi quondam annuerit.* Constantinus vero victo postea Maxentio, prætorianas cohortes abolevit, specie quidem ob eam vulgi cædem, sed re ipsa, ne res novas molirentur, neve imperatores crearent, prout Maxentium Augustum renuntiaverant. Porro Zosimus eandem quoque rem, licet paulo aliter narrat. Scribit enim, cum Romæ templum genii fortuito incendio conflagraret, cunctique ad restinguendum ignem accurrissent, militem quendam qui numen illud gentilium deridebat, a plebe interemptum fuisse. Ex quo tantam subito seditionem militum exarsisse, ut tota pæne urbs peritura fuerit, ni Maxentius subvenisset. VALES.

14, 4. *μαγικαῖς ἐπινοίαις*] Post hæc verba in editionibus, et in Regio ac Medicæo codice punctum ponitur, quod Christophorsonum fefellit. Verum in codice Mazarino ante has voces media distinctio ponitur optime. Eandem distinctionem reperi in codice Fuketii. VALES. De horrendis quæ magica ars Maxentium docuit, flagitiis vid. Lindenbrogii *observv. in Ammian. Marcellin.* p. 73. adjectæ edit. posteriori Amm. Valesianæ quam curavit Hadrian. Vales. HEIN.

Ib. *ἀνασχίζοντος*] Exspectes haud dubie aut *ἀνασχίζοντι* scribi debuisse præcedente dativo *τυράννῳ*, aut ad *ἀνασχίζοντος* addi *αὐτοῦ*. Cf. Plat. Gorg. 492. B. *οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι, ἢ αὐτοὺς μὴ φύσει ἱκανοὺς κ.λ.* Actor. xxii. 17. *ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι—καὶ προσευχομένου μου—γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει.* Sed satis temere ageret, qui *ἀνασχίζοντος* sollicitandum opinaretur. Sæpissime enim ejusmodi vel negligentia vel *ἀνακολουθίᾳ* orationis noster utitur. Ita

H. E. ii. 20. *ἔπειτα πεσόντων* scil. *αὐτῶν*. iii. 6. *πολλάκις ἱκετευόντων καὶ ἐπικαλουμένων ὄνομα τοῦ θεοῦ μεταδιδόναι τι μέρος αὐτοῖς, οὐδοτιοῦν μετέδοσαν* iv. 15. vi. 40. vi. 42. *Τοῦτον—προεπηλάκιζεν· ὑφισταμένου,——ἀπέκτεινε.* Et infra cap. 16. *αὐτοῖς—ἐπικαινουργούντων.* Locus autem maxime insignis est apud eundem Euseb. H. E. iii. 23. *ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν,——ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας, ἐν μετάλλοις δὲ—ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες κ. λ.* Adde vii. 30. *ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς—ἀφικόμενος—ἐπαγγειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι* scil. *Παύλου.* Neque ejusmodi loquendi ratio veteribus est infrequens. Vid. Thucydid. iv. 10. *μενόντων ἡμῶν—ὑποχωρήσασι.* Xenoph. Memorr. ii. 1. 8. 13. Plat. Men. 15. ed. Buttmann. *ᾧ ἐγὼ πιστεύω ἀληθῆ εἶναι.* Nihil autem frequentius quam hoc apud Homerum. Vid. Odyss. vi. 155. sqq.—*σφίσι θυμὸς—ἰαίνεται—λευσσόντων κ. λ.* vi. 60. *σοι—ἐόντα.* Iliad. xvi. 531. cf. ii. 350. sqq. Thiersch. *Grammatik, vorzüglich des homerischen Dialekts* §. 258. 3. Vid. Eustathius ad Hom. Odyss. ix. 257., ubi ad verba *ἡμῖν—δεισάντων* bene observat hæc: *Ὅρα τὸ, ἡμῖν δὲ κατεκλάσθη ἦτορ δεισάντων, ὅπερ εἰ καὶ σολοικοφανὲς δοκεῖ, ἀλλ' ὅμως πέφρασται καὶ αὐτὸ καταλλήλως τῷ καιρῷ καὶ τῇ δειλίᾳ, ἐπεὶ μὴ δύνανται τῆς φράσεως κρατεῖν οἱ δεδιότες. Καὶ νῦν μὲν ἡ ἐναλλαγὴ ἀπὸ δοτικῆς γέγονεν εἰς γενικὴν, ἀλλαχοῦ δὲ ἀνάπαλιν ἀπὸ γενικῆς εἰς δοτικήν* (vid. Iliad. x. 187. sq. xiv. 139. sq. Odyss. xxiii. 205. sq.). *Τὸ τοίνυν δεισάντων οὐκ ἂν εἴη, ὡς ἐρρέθη, σόλοικον, οὐ μόνον διὰ τὸ καὶ μιμητικῶς φρασθῆναι καὶ ἀντιπτωτικῶς, ἀλλὰ καὶ διότι ἀσφαλεῖς οἱ πλαγιασμοὶ πρὸς σύνταξιν καὶ ἀσόλοικοι.* Præterea vid. Dio Chrysostom. orat. liii. *παρ' Ἰνδοῖς—μεταβαλόντων.* Plutarch. Alexander c. xxx. Heindorf. *ad Platon. Hipp. maj.* 283. E. Schäfer. *ad Lamb. B. ellips.* p. 51. cf. Sylburg. *ad Pausan.* p. 931. Erfurdt. *ad Sophocl. Œdip. T.* v. 159. p. 30. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 1110. sq. §. 563. p. 1054. not. p. 1079. not. 4. p. 1095. sq. p. 1121—1123. Scriptores etiam N. T. hac dicendi *ἀνωμαλίᾳ* haud alienos esse, si quis alius, docet locus Actor. xv. 22. *ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις—ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι* quo loco falso interpretatus erat Winer. *neutestam. Grammatik* p. 82. sq. ed. i. *ἐκλεξαμένους*: *die sich*

haben erwählen lassen, cum ad nihil pertineat ἐκλεξαμένους nisi ad præcedentia τοῖς ἀποστόλοις et πρεσβυτέροις. Statim enim post l. l. γράψαντες pro γράψασι legitur. cf. v. 25. Hinc rectissime retractavit sententiam suam V. D. in Grammaticæ edit. ii. p. 110., male autem refragatur Kuinoelius ad locum Actor. Vid. Mori *versio et explicatio Actt. Apostoll.* p. 384. ed Dindorf. Actor. xxvi. 20. τοῖς ἐν Δαμάσκῳ πρῶτον καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπήγγελλον μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας, quo loco simul confirmatur lectio, quam exhibui Euseb. H. E. i. 11. τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσι, καὶ—χρωμένους, βαπτισμῷ συνιέναι. Cf. Actor. xi. 12. xxv. 27. Rom. ix. 11. 13. Quare nec 1 Petr. iv. 3. a Knappio et aliis VV. DD. ἡμῖν recte uncis inclusum puto quamvis sequatur πεπορευμένους. Cf. 1 Petr. iii. 7. ubi pro συγκληρόνομοι aut dici debebat συγκληρονόμοις aut plenius etiam scribi: αὐτῶν συγκληρονόμων οὐσῶν. Zeune *ad Viger.* p. 201. Bœhme *Commentar. in epist. ad Hebr.* ii. 10. p. 108. sq. qui tamen non video cur anacoluthis eximere velit talia omnia. Cf. Bœhme l. l. ad Hebr. ix. 19. p. 422. Denique vero vel Romani quamvis longe rarius ita loquuntur. Vid. Sueton. Tiberius c. xxxi. Iterum *censente*,—obtinere non potuit *etc.*, ubi jam Ernestius hanc omnium codd. lectionem veram esse judicat, præsertim cum præcedat: Negante *eo*. Adde locum ejusdem Sueton. Vespas. c. v. *Cœnante* rursus, ubi paulo ante legitur: *Prandente eo.* Neque tamen plane ejusdem generis hos locos esse facile patebit, neque recte puto Ernestium hanc rationem comparare cum ea qua dicitur: *audito*, *cognito*, ad Sueton. Claud. c. xv. Cf. Baumgarten-Crusius ad ll. ll. Sed optime huc quadrat locus perinsignis Cæsar. B. C. i. 30. Caralitani, simul ad se mitti Valerium audierunt, nondum *profecto* etc. Vid. Oudendorp. et Held. ad h. l. HEIN.

14, 7. παρ' αὐτῷ τιμῆς] Scribendum est αὐτοῦ, ut ad oram codicis Turnebi ac Moræi emendatur. Sequitur enim ψοφοδεοῦς, etc. VALES. Ne παρ' αὐτοῦ præferamus, præsertim cum illud ad solam marginem illorum codd. legatur, satis, credo, impediunt ea quæ not. præced. animadverti. Nihilominus Zimmermannus παρ' αὐτοῦ scripsit. Male quidem. Similiter,

ut illud h. l. addam, non dubito, quin ii. 22. extr. scribendum sit ἐπιχειρῆσαι pro ἐγχειρισθῆναι, non solum quia illud tenent meliores libri, sed etiam nudum προελθόντος deinde longe minus ferri posse videbatur librariis, ut ipse Valesius et Strothius, quamvis temere, si legatur ἐπιχειρῆσαι, προελθόντα scribendum esse existimant. Sed vel nunc cum legitur ἐγχειρισθῆναι, ad προελθόντος supplendum αὐτοῦ. Quare optime cum MSt. etiam Cph. ἐπιχειρῆσαι dedit, quem sequi debebam. Ut autem ad nostrum locum redeam, αὐτῷ in αὐτοῦ mutandum videri poterat non solum propter sequens ψοφοδεοῦς etc., sed quia per se genitivo h. l. rectius jungendum crederetur παρὰ, quamvis non sequente ψοφοδεοῦς. At vid. ii. 6. παρεῖναι εἰς Ἱεροσόλυμα. ii. 10. iii. 5. 36. εἰς τόπον εἰσί. Fischer. *ad Platon. Phæd.* p. 318. sq. Schäfer. *melett. crit.* p. 74. De verbo ψοφοδεοῦς, i. e. *meticulosus* quod mox legitur, vid. Plutarch. Nicias c. ii. τὸ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ ψοφοδεὲς καὶ πρὸς τοὺς συκοφάντας εὐθορύβητον αὐτοῦ. Maximi Tyr. dissert. i. 4. p. 15. ed. Reisk. ἀνδρὸς γὰρ βίος πρὸς ἡδονὴν νενευκότος καὶ λύπην ἐπτοημένου, κοῦφος καὶ ψοφοδεὴς καὶ ἄπιστος καὶ θαλάσσης πάσης ἀδηλότερος. Gataker. *ad Anton.* vi. 30. p. 242. Meinecke *ad Menandr.* p. 183. cf. Valckenar. *ad Eurip. Phœniss.* v. 277. p. 97. sq. Valesius in *nott. in Harpocrat. Lexic.* p. 60. "An ψοφοδεεῖ? Sic Suidas in ὄνος λύρας, Μένανδρος ψοφοδεεῖ. ὄνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὗς. Est autem ψοφοδεὴς, teste Hesychio, *is qui ad quemvis strepitum contremiscit*, qua voce utitur Plutarchus περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τοὺς φιλοσόφους διαλέγεσθαι. Quintilianus lib. x. cap. 1. inter Menandri fabulas *Psophodea* recenset: *Nisi forte aut illa mala judicia, quæ Epitrepontes, epicleros, lochos habent, aut meditationes in Psophodea, et nomothete hypobolimæo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ.*" HEIN.

Ib. οὐδὲ μέχρις ὄνυχος—οἷος τε ἦν, i. e. sine vaticiniis et oraculis nec prima rei facere audebat initia, de quadam re suscipienda et exsequenda ne levissime quidem cogitare. Non male vertit Valesius: Nihil certe *aggredi*, nihil summo, quod aiunt, digito commovere absque vaticiniis et oraculis audebat. Haud dissimilia sunt, quæ de Pharisæis dicit Jesus apud Matth. xxiii. 4. Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα,

καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά, i. e. ne levissime quidem ipsi conantur præceptis suis difficilioribus satisfacere. Cf. interprett. ad h. l. et Maxim. Tyr. dissertt. vi. 7. tom. i. p. 94. ed. Reisk. *κολάκων ἐσμοὶ καὶ θίασοι σεσηρότων, καὶ σαινόντων, καὶ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ γλώττῃ τὸ φιλεῖν ἐχόντων.* Sed meticulosa illa Maximini superstitio optime h. l. simul exprimitur additis verbis *τολμᾷν οἷός τε ἦν*, id quod longe minus foret, si simpliciter scriptum esset: *οὐδὲ μέχρις ὄνυχος, ὡς εἰπεῖν, τι ἐκίνει.* Nam illa quidem *τολμᾷν οἷός τε ἦν* hanc vim habent, ut cogitetur Maximinus sine vaticiniis et oraculis quidquam aggredi *ne conari quidem potuisse.* Vide Euseb. H. E. ii. 1. *οὔπω μὲν ἔθνεσιν οἷοί τε ἦσαν τοῦ τῆς πίστεως μεταδιδόναι λόγου τολμᾷν.* ibid. ix. 16. init. *τολμᾷν ὥρμητο θρασύνεσθαι,* ubi minime abundare credendum est *τολμᾷν* neque recte vertit Strothius: *fing er an übermüthig zu werden*, et Vales.: *confidentia atque insolentia cœpit extolli.* Imo *τολμᾷν* addidit Eusebius, ut non sine magna audacia Licinium *θρασύνεσθαι* potuisse significaret. Cf. præcedentia. Similiter Paulus in epist. ad Roman. ii. 7. aptissime scripsit: *τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ*, non simpliciter *κατὰ ἔργον ἀγαθὸν* (cf. v. 6. *ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ*), ut simul significaret bene facta non facili negotio et quasi ludibundum hominem posse et debere patrare, sed sudore constare omnem virtutem. Quare vertenda sunt illa verba: aliis quatenus *fortiter* bona facinora fecerint. HEIN.

14, 8. *ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα*] Sacerdotes vocabantur a gentilibus, qui totius provinciæ templa ac delubra sub dispositione sua habebant, flamines vero, qui in singulis oppidis ac municipiis deorum sacra procurabant, ut jampridem notavi ad lib. xxviii. Amm. Marcellini [w]. Cave porro existimes, Maximinum primum sacerdotes provinciæ instituisse. Diu enim ante illum fuerunt. Sed Maximinus eorum honorem auxit, addito illis satellitio, id est, lictoribus et apparitoribus [x]. Crea-

[w] Cap. 6. p. 542. xxix. 5. p. 571. ed. poster. Hadr. Val. HEIN.

[x] Lact. l. l. c. xxxvi. *Novo,* inquit, *more* (Maximinus) *sacerdotes maximos per singulas civitates singulos ex primoribus fecit.* Quæ verba sane non evincunt, primum instituisse Maximinum illos sacerdotes, ut dixit Lowth. HEIN.

bantur autem sacerdotes ex corpore curialium, ii qui omnibus muneribus publicis cum summa laude ante perfuncti essent. Tantaque hæc dignitas habebatur ut ipsos magistratus seu duumviros in gradu antecederent. Certe in gestis purgationis Cæciliani, ea dignitas ante duumviratum nominatur. Sic enim legitur: *In jure apud Aurelium Didymum Sperecium sacerdotem Jovis optimi max. duumvirum splendidæ coloniæ Carthaginiensium.* Vid. cap. 4. lib. ix. Hi sacerdotes in secretaria judicum ingrediendi et cum iis sedendi jus habebant, ut patet ex actis Theodori martyris die 9. Novembris. VALES. De verbo præcedenti ἀνανεοῦσθαι vid. Irmisch. *ad Herodian.* viii. 2, 12. tom. iii. p. 941. cf. ibid. ii. 6. 15. iv. 15. 16. vi. 2. 6. 17. v. 3. 22. iv. 8. 2. In sequentibus an pro ἀναίδην legendum ἀνέδην? Vid. Irmisch. ibid. iv. 1. tom. ii. p. 805. Heindorf. *ad Platon. Gorg.* p. 523. Cf. Davisius *ad Maxim. Tyr.* dissertt. xxviii. 2. tom. ii. p. 55. ed. Reisk., ubi ad verba Maximi εἰκῇ καὶ ἀνέδην hæc observat V. D. "Vulgo ἀναίδην. Sed Heinsius et Schottus merito reponunt ἀνέδην, id enim postulat oratio. Vide Suidam. Dion. Chrysostomus orat. xxxi. p. 322. Ἐπειδὴ λίαν κατακόρως καὶ [ἀναίδην] αὐτῷ κέχρηνται τινές. Scribe λίαν κατακόρως καὶ [ἀνέδην] αὐτῷ κέχρηνται τινές. Pariter ἀναίδην male pro ἀνέδην legitur apud Eusebium H. E. viii. 14. ix. 8. et de Vita Constantini iii. 58." In Eusebio tamen haud scio an possit ferri ἀναίδην. Cf. Passow. *Lexic.* s. v. ἀνέδην. Quare ἀνέδην quamvis jubente Davisio l. l., scribere non ausus sum. Cf. Zosim. hist. ii. 29. p. 181. ed. Cellar. Socrat. H. E. i. 2. μοιχεύων ἀναίδην. HEIN.

14, 10. ἐπισκήψεσι] Musculus vertit *statutis*, Christophorsonus *mandatis gravissimis* [y]. Eadem voce utitur Eus. in lib. x. historiæ ecclesiasticæ cap. 8. de Licinio loquens: ἐπισκήψεις τε μυρίας κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν ἐπενόει. VALES.

14, 13. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες] Vide panegyricum ab Eusebio scriptum in tricennalibus Constantini pag. 622. ubi hæc iisdem fere verbis repetuntur. VALES.

14, 15. Μόνη—Χριστιανή] Hanc esse ex quorundam opinione martyrem Catharinam, seu, ut Græci scribant, Hæca-

y Val. *indictionibus* Stroth. male *Urtheilen.* HEIN.

therinam, Rufinum vero lib. viii. histor. c. 17. Dorotheam illam dicere, animadvertit Ruinartus in *actt. martyr.* p. 277. n. 32., qui vero simul monet, rem sine antiquis monumentis non posse definiri. Similiter mulierem illam in urbe Roma, cujus paulo post mentionem facit Eusebius, Sophroniam vocat Rufinus l. l. HEIN.

14, 17. *ἐς βραχὺν*] Deesse videntur aliquot verba, quæ ita suppleri possunt: *ἐς ἀποχώρησιν χρόνον βραχὺν ὑποπαραιτησαμένη*, etc. Sic loquitur Eusebius supra, ubi de muliere Antiochena, quæ cum duabus virginibus se in flumen præcipitavit. VALES.

Ib. *ξίφος καθ' ἑαυτῆς πήγνυσι*] In vetustissimo codice Mazarino scholium legitur in ima pagina adscriptum ad horum verborum expositionem: *πῶς ἐν πολλοῖς οὗτος ἀποδέχεται τὰς ἑαυτὰς διαχρησαμένας; Καί τοί γε ἡ τῆς ἐκκλησίας κρίσις οὐχὶ τὰς εἰς ἑαυτὰς τὰ τῶν δημίων ἐπιδειξαμένας ἐν μάρτυσιν ἀναγράφει· δειλίας γὰρ μᾶλλον ἢ ἀνδρείας, φόβῳ κολάσεως τὸν θάνατον προαρπάζειν· ἀλλὰ τὰς μηδὲν φοβερὸν ἕνεκα τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἡγουμένας, ἀλλὰ πάντα προθύμως πάσχειν, ἅπερ ἂν ἡ τύραννος καὶ δαιμονιώδης ἐπίνοια κολαστήρια ἐπάγει.* Id est: *Quomodo iste miratur mulieres, quæ sibimet ipsis mortem consciverunt? Et tamen ecclesiæ judicium in martyrum numero non reponit eas, quæ sui ipsarum carnifices exstiterunt. Ignaviæ enim potius est quam fortitudinis, suppliciorum metu mortem prævertere. Verum eas in album martyrum refert, quæ ob confessionem Christi nihil formidandum esse existimarunt, alacri animo perpeti paratæ, quæcumque ipsis tormenta tyrannorum ac dæmonum ingeniosa solertia irrogasset.* Recte quidem observavit quisquis est auctor hujus scholii, *αὐτοχειρίαν* ab ecclesia non probari; cum homines mortis metu, aut per desperationem manus sibi violentas afferunt. Sed quoties divini spiritus instinctu ad id impelluntur, quod rarissime accidit, tunc id facinus approbat quidem ac miratur ecclesia, quippe quæ divino spiritu semper regitur et afflatur, non tamen imitandum proponit. Vide quæ de hac re senserit Augustinus in libro i. de civitate Dei cap. 26. Porro idem scholium legitur etiam in libro Saviliano. VALES. Ad bellam hanc, si diis placet, opinionem Valesii qui cum Eusebio (vide verba sequentia *τὸν μὲν νεκρὸν*

τοῖς προαγωγοῖς καταλιμπάνει, ἔργοις δ' αὐτοῖς ἁπάσης φωνῆς γεγωνοτέροις, etc. supra c. xii. cf. quæ annotavi iv. 15. p. 263. sq. vii. 12. pag. 573.) vel *αὐτοχειρίαν* religionis scilicet Christianæ nomine et spiritus divini instinctu factam admiratur, utpote satis notabilem lectores jam attentos reddidit Strothius *Uebersetzung* tom. ii. p. 47. not. 8. In quem vero errorem incidit Eusebius per immoderatam et effusam martyrum venerationem, in eundem incidisse censendus esse videtur Valesius non tam propterea quod sententiam de *αὐτοχειρίας* perversitate Augustini auctoritati adversari V. D. crederet, ut opinatur Strothius, quam quia in Eusebii verba jurandum sibi duceret. Certe Augustinus eo loco, quem laudavit Valesius, tantum abest, ut *αὐτοχειρίαν* certe interdum probandam et admirandam credat, ut eam nunquam a Christiano suscipiendam esse acriter defendat. Hoc vero Valesium qui in patrum scriptis haud dubie habitabat, ignorasse veri simile sit? Itaque verba illa: "*Vide quæ de hac re senserit Augustinus in libro i. de civitate Dei cap.* 26." eo potius consilio adscripsisse videtur V. D., ut inde intelligerent lectores, alias et plerumque non approbare ecclesiam *αὐτοχειρίαν*, sed nihilominus Eusebii dignitatem et auctoritatem eo non imminui, modo teneatur ea ratio, quam ipse antea proposuerat verbis: "*Sed quoties divini Spiritus instinctu*," etc. Ne quis vero dubitet, quin Augustinus simpliciter et semper damnandam putaverit *αὐτοχειρίαν*, ille loco laudato: "*Hoc dicimus*, inquit, *hoc asserimus, hoc modis omnibus comprobamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, ut possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur, quia reos suæ mortis post mortem vita non suscipit. Restat una causa, propter quam se quis occidat, ne in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel sæviente dolore. Hanc si admittimus, cur non baptizatis suademus, se illico interimant? Tunc enim tempus est cavendi omnia futura peccata, cum omnia sint deleta præterita. Porro hoc si quis putat, non dico desipit, sed insanit. Hoc ergo quia nefas*

est dicere, nefas est profecto se occidere. Nam si hoc sponte faciendi ulla justa causa esse posset, procul dubio justior quam illa non esset. Quia vero nec illa est, ergo nulla est." Videndus idem Augustin. epist. lxi. et sub ejusdem nomine ut Erasmus judicat, Hugo Victor. de patientia c. xiii. "*Si parricida eo sceleratior, quam quilibet homicida, quia non tantum hominem, verum etiam propinquum necat, et in ipsis parricidis, quanto propinquiorem quisque peremerit, tanto judicatur immanior, sine dubio pejor est, qui se occidit, quia nemo est homini se ipso propinquior. Et quomodo innocens judicabitur, cui dictum est: Diliges proximum tuum, tanquam te, si homicidium committit in se ipso, quod prohibetur in proximo?*" Adde Lactant. institt. divin. iii. 18. 6. sqq. "*Si homicida nefarius est, quia hominis exstinctor est, eidem sceleri obstrictus est, qui se necat, quia hominem necat. Imo vero majus esse id facinus existimandum est, cujus ultio Deo soli subjacet. Nam sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus, ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, ejusdem jussu recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tam diu habitaturos, donec jubeat emitti.*" HEIN.

14, 18. ἔργοις—γεγωνοτέροις bene vertit Valesius: ipso autem facto, quod profecto *omni vocis sono clarius intonat*, i. e. ipso facto, quod longe efficacius est ac potentius ad persuadendum quavis oratione. Hesychius γεγωνεῖν· μεγαλοφωνεῖν, φθέγγεσθαι, ἐξάκουστον βοᾶν. Et Eustathius ad Hom. Iliad. xii. 337. γεγωνεῖν οὐκ ἐπι τοῦ βοᾶν ἁπλῶς Ὅμηρος τάσσει, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἀκούεσθαι ἢ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ μέγα καὶ ἐξάκουστον βοᾶν. cf. Iliad. viii. 223. 227. xi. 6. xiv. 409. Od. ix. 47. Pierson. *ad Mœrid.* p. 114. sq. Dorville *vannus critic.* p. 150. sq. De verbi forma vid. Thiersch. *Grammatik, vorzüglich des homerischen Dialekts* p. 510. 8. ed. iii. Præterea Mœris γεγωνεῖν καὶ γεγωνίσκειν Θουκυδίδης Ἀττικῶς· βοᾶν καὶ κράζειν Ἑλληνικῶς. Vid. Pierson. ad h. l. et Schäfer. *ad Gregor. C.* p. 492. cf. Abresch. *dilucc. Thucyd.* p. 732. Valcken. *ad Euripid. Hippol.* v. 584. p. 228. sq. Lobeck. *ad Phryn.* p. 120. Sed nihilominus βοᾶν quoque et κράζειν similiter noster usurpat. Vid. de martyr. Pal. c. iv. τῆς ἐνθέου δυνάμεως βοώσης διὰ τοῦ γενομένου demonst. evang. iii. p. 95. ed. Montacut. βοᾷ τε καὶ κέκραγεν ἡ

ἀλήθεια ἐπὶ μόνου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν præparat. evangel. iii. 3. p. 91. ed. Viger. *ἀλλ' εἰ καὶ αὐτοί μοι λέγοιεν, ὅ γέ τοι ἀληθὴς λόγος βοᾷ καὶ κέκραγε, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς, θνητοὺς ἄνδρας μαρτυρῶν γεγονέναι τοὺς δηλουμένους.* Cf. interprett. ad Hebr. xi. 4. xii. 24. sq. Similiter Arnob. advers. gentes i. 3. p. i. p. 6. ed. Orell. "nonne ipsa nomina, quibus censentur hæc mala, *testificantur et clamant*, nullum ab his unquam immunem abiisse mortalium?" Cicer. pro Milon. c. xx. "Res ipsa *loquitur*." HEIN.

15, 1. *Τοῦ κατὰ τὸν διωγμὸν δεκαέτους χρόνου*] Persecutio cœpit anno Christi 303. Diocletiano octies et Maximiano septies coss. Desiit vero anno Christi 312. tunc cum Constantinus victo Maxentio, literas ad Maximinum orientis imperatorem dedit pro Christianorum libertate, ut scribit Eusebius in libro ix. Duravit igitur persecutio per decem annos, ut hic dicitur. Atque ita in manuscriptis Eusebii chronicis notantur anni persecutionis, ut monuit Pontacus. Non recte igitur Epiphanius in libro de ponderibus et mensuris hanc persecutionem 12. annis durasse scribit. Vide cap. 16. ubi decimo anno sedata esse dicitur persecutio. VALES.

Ib. *τὰ κατὰ θάλατταν*] Vide *Excurs.* iv. HEIN.

16, 1. *Τοιαῦτ' ἦν τά*] Ab his verbis inchoavimus caput 16. Maz. et Fuket. codicem secuti. At in codice Medicæo quem in distinguendis capitibus sequitur Rob. Stephanus, omissa hic est capitum distinctio. VALES.

16, 2. *τῷ αὐθέντῃ κακῶν*, i. e. *auctori* malorum. Cf. 1 Timoth. ii. 12. vid. Valckenar. *diatribe in Eurip. perditt. dramatt. reliqq.* xviii. p. 188. sq. "*Domini*, *δεσπόται*, et *αὐτονόμοι*, quibus licebat *αὐτοδικεῖν*, *auctores* etiam, recentioribus *αὐθένται* dicebantur et *αὐθεντεῖν*, veteribus istis Atticis, qui florente republica Græcorum viguerunt, ut equidem puto, nusquam: his vel sui vel aliorum *interfectores αὐθένται* vocabantur.——Recte Thomas M. in v. *Δεσποτεία*——*Αὐθεντία*, inquit, *παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος— τὸ γὰρ Αὐθέντης οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ φονέως τάττουσιν.*" *etc.* Harpocration. Lexic. p. 87. ed. Blancard. Lobeck. *ad Phryn.* p. 120. cf. Wahl. *Clav. N. T.* s. v. *αὐθεντέω*. HEIN.

Ib. *πρωτοστάτῃ τῆς τῶν παντὸς διωγμοῦ κακίας*] Maximianum

Galerium intelligit, ut ex sequentibus apparet. Hic enim auctor et antesignanus fuerat persecutionis Christianorum. Rufinus in cap. 15. hujus libri de Galerio loquens: *Ille vero,* inquit, *qui ei secundus in honore, postmodum etiam in primis successor fuit, qui et incentor ac signifer nostræ persecutionis exstiterat,* etc. Idem scribit etiam Cedrenus. VALES.

16, 4. περὶ τὰ μέσα τῶν ἀπορρήτων] Rufinus vertit: *In profundioribus dehinc pectoris partibus obortum vulnus totos intrinsecus viscerum secessus tabo serpente depascitur.* Magis tamen probo versionem Christophorsoni, qui *genitalia* interpretatur. Id enim confirmat Victoris epitome. *Galerius,* inquit, *Maximianus consumptis genitalibus defecit.* VALES. Adde quod semper de pudendis corporis partibus τὰ ἀπόρρητα usurpat Eusebius. Vid. supra c. xii. cf. not. (pag. 681. sq.) Adde Achill. Tat. iii. p. 193. ed. Salmas. ubi Clitophon hoc unum omnium maxime sibi esse tristissimum profitetur quod (Leucippes) τῆς γαστρὸς τὰ μυστήρια ἐμέρισαν, i. e. quod pudenda Leucippes dissecuerint. Quem verbi μυστήριον usum ignorat ipse Passow. in *Lex.* HEIN.

Ib. τῶν σωμάτων quomodo dicere potuerit Eusebius, nisi memineris eorum, quæ disputavi supra c. vi. (p. 661. sqq.) difficilius intelligas. Nam si aliquo loco, hoc τοῦ σώματος necessario scribendum videatur, et Val. vertit *corporis* Stroth. *seines Körpers.* Cf. supra τῶν ἀπορρήτων τοῦ σώματος—αὐτῷ. Sed indicare Eusebius numero plurali σωμάτων probabiliter voluit: *quidquid erat corporis ejus* et ita hic locus quæ de Chrysostomi loco supra p. 661. sq. dixi, unice comprobat. HEIN.

17, 1. Ἀνθωμολογεῖτο, i. e. *errorem suum confessus est,* interprete Val. Ad rem vid. Moshem. *Commentt. de rebus Christ.* a. C. M. p. 956. sq. HEIN.

Ib. τοὺς ἀμφ' αὐτόν] Recte Rufinus hæc verba interpretatus est: *Convocatis his qui in officio publico parebant.* Sic Eusebius vocare solet palatii proceres, quos Amm. Marcellinus vocare consuevit *aulæ summates* et *imperatoris proximos,* ut ad Amm. Marcellinum notavi. Ita in libro de martyribus Palæstinæ cap. vii. in fine. VALES.

17, 2. πεντάκις Περσῶν μέγιστος] Semel tantum victos a Galerio Persas invenimus, anno Christi 297. ut legitur in

fastis Idatii, et in chronico Alexandrino. Quod confirmat etiam Libanius in oratione quæ βασιλικὸς inscribitur, ubi scribit Persas, post ingentem illam cladem a Romanis duce Galerio acceptam, quadraginta annos in apparatu consumpsisse, ut illam cladem resarcirent, et paulo ante Constantini magni obitum arma ultro intulisse Romanis. Ab illo certe anno quem dixi, Christi 297. usque ad annum illum quo Constantinus excessit e vita, anni sunt 40[z]. Itaque corrigendum est Eusebii chronicon, in quo Persica hæc victoria refertur anno Diocletiani septimo et decimo, cum adscribenda sit anno ejus 13. ut refert editio Arnaldi Pontaci. Cum igitur nullam aliam reperiamus Maximiani victoriam de Persis, melius videtur hic locus interpungi apud Nicephorum, Σαρματικὸς μέγιστος πεντάκις· Περσῶν μέγιστος. In vetustissimo codice Rufini, totus hic locus absque ulla distinctione legitur, hoc modo: *Sarmaticus quinquies Persicus bis Carpicus sexies Armenicus Medorum et Adiabenorum victor*. VALES.

Ib. δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστόν] Rufinus vertit: *tribuniciæ potestatis vicies*. Sic enim legitur in manuscriptis. Ceterum ex hoc loco discimus, Galerium Cæsarem simul et consortem tribuniciæ potestatis factum fuisse, cum in hoc edicto annos tribuniciæ potestatis ab eo tempore numeret, quo Cæsar fuerat renuntiatus. Creatus est autem Cæsar anno Christi 291. Calendis Martii. Edictum porro istud pro Christianis emisit anno Christi 311. cum esset consul octavum, ut ipsius edicti præfert inscriptio. Ex quo sequitur, edictum illud scriptum fuisse ante Calendas Martias. Inde enim tribunicia Galerii potestas sumpsit exordium. VALES.

Ib. αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον] Id est, *imperator decemnovies*. Sic enim habet vetustissimus codex Rufini. Pessime Christophorsonus *dictatorem* vertit. Ignoravit scilicet, quid vox imperator hic significaret. Aliud enim in titulis imperatorum significat vox *imperator*, quæ primo loco ponitur instar pronominis, aliud vox imperator quæ subjungitur cæteris titulis. Nam vox imperator quæ secundo loco ponitur, designat victoriam imperatorum, et quoties post partam victoriam imperatores ab exercitu appellati sint, ostendit, ut docet Dio.

[z] Cf. Pagi *crit.* Baron. ad a. 297. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 152. HEIN.

VALES. Ad sequentia πατὴρ πατρίδος vid. Scholiast. ad Homer. Odyss. ii. 46. sq

——— πατέρ' ἐσθλὸν ἀπώλεσα, ὅς ποτ' ἐν ὑμῖν
τοίσδεσσιν βασίλευε, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν·

qui hæc observat: Οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν βασιλείαν ἐμέριζον εἰς τρία ἐπίθετα. Τὸν μὲν πρᾷον βασιλέα ὠνόμαζον πατέρα, τὸν ἀπηνῆ καὶ θυμώδη δεσπότην, τὸν φειδωλὸν καὶ φιλόχρυσον κάπηλον. Cf. Nitzsch. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Odyssee* t. i. p. 72. sq. *Ceterum*, ut utar verbis Gatakeri *ad M. Anton.* i. 9. p. 15., *frustra vocantur splendidis ejusmodi titulis reges et principes, nisi nomini suo reapse respondeant.* Adde Senec. de clement. §. 14. Arist. eth. viii. 10. Plutarch. Fab. Maximus c. xiii. πατέρα δή σε χρηστὸν προσαγορεύω τιμιωτέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν, ἐπεὶ τῆς γε τοῦ τέκοντος χάριτος μείζων ἡ παρὰ σοῦ χάρις αὕτη· ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ' ἐκείνου μόνος, σώζομαι δ' ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων. Maxim. Tyr. dissertt. vi. 1. tom. 1. p. 85. ed. Reisk. προσεῖπεν πατέρα τῶν ἐν φιλίᾳ ὀνομάτων τὸ πρεσβύτατον. HEIN.

Ib. Κωνσταντῖνος—ἀνίκητος] Vid. Spanhem. *ad Jul. orat.* i. p. 216. Sed pro Κωνσταντῖνος Jon. habet Κωνστάντιος quod recepit in text. Zimmerm., male ut puto. Vid. infr. pag. 707. sq. Vocabulum εὐσεβὴς perperam vertit Stroth. *der Fromme*, recte Valesius *Pius*. Vid. Heraldus *ad Arnob. adversus gentes* i. 49. p. 336. ed. Orell., ubi ad verba Arnobii *pietatis exspectatione triverunt* hæc annotat V. D. "i. e. *pietatem* ac misericordiam Deorum exspectantes. Sic enim *pietas* non solum apud inferioris ævi scriptores, sed etiam apud alios. Hinc Antoninus Imperator *Pius* appellatus, quod natura *clementissimus* esset, inquit Spartianus. *Atque hæc appellatio ad alios postea imperatores derivata.* Quare Themistius Euphrades Orat. ix. Augustos ait appellatos εὐσεβεῖς, id est, φιλανθρώπους. *Pius* igitur *clemens* et *pietas* clementia, *Gnade*, etiam ap. politos scriptores. Claudian. Panegyr. de iv. Consulatu Honorii:

——— *Mitis precibus, pietatis abundans,*
Pœnæ parcus erat.

et:

Sis pius imprimis: nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis."

Addo Herald. *ad Arnob. adv. gentt.* vii. 4. p. 401. ed. Orell. HEIN.

Ib. *δημαρχικῆς ἐξουσίας*] Omissus est in omnibus libris numerus tribuniciæ potestatis Constantini. Ego quinquies addidi certissima conjectura. VALES.

Ib. *ἀνθύπατος*] Post hæc verba in vetustissimo codice Mazarino, Medicæo, Fuketiano et Saviliano, nec non apud Nicephorum hæc leguntur: *καὶ αὐτοκράτωρ* Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικινιανὸς, *εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος· δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν.* Quæ licet apud Rufinum non legantur, sunt tamen optimæ notæ. Ac primo quod ad tribuniciam Licinii potestatem attinet, idem de ea sentiendum quod de Galerii tribunicia potestate, eam scilicet deduci ab eo tempore, quo Cæsar est creatus. Porro Licinius Cæsar factus est anno Christi 308. tertio Idus Novembris, ut legitur in optimis illis fastis Idatii. Quartus igitur annus tribuniciæ potestatis Licinii cœpit anno Christi 311. tertio Idus Novembris. Ex quo efficitur, edictum illud a Maximiano datum fuisse sub exitum anni 311. Quod tamen pugnat cum iis quæ paulo ante observavi, ubi de tribunicia Galerii potestate actum est. Quare necesse est, ut horum duorum locorum alteruter mendosus sit. Nam si annus tunc quartus fuit tribuniciæ potestatis Licinii, erat vicesimus primus tribuniciæ potestatis Galerii. Contra vero si vicesimus hic annus fuit trib. potestatis Galerii, tertius tantum fuit Licinii. Quod vero ad consulatum Licinii attinet, ejus mentio fit in fastis Prosperi, Cassiodori et Victorii, in quibus consul ponitur cum Maximiano Aug. octies consule, hoc ipso anno quo scriptum est edictum. Olim quidem in annotationibus ad Amm. Marcellinum observaveram, Licinium a Galerio Augustum factum fuisse, paulo ante mortem Galerii, idque ex eo potissimum colligebam, quod Galerius in edicto illo de quo nunc sermo est, nullam Licinii collegæ sui mentionem fecisset. Sed cum in manuscriptis codicibus, et apud Nicephorum Licinius Augustus in edicto illo Galerii nominetur, ruit nostra illa conjectura. VALES. Præterea Stroth. *Uebersetzung* tom. ii. p. 53. sq. not. 5. observavit hæc: " *The name of Licinius with the whole of his titles, is wanting in one of the*

MSS. made known in the edition of Stephanus, and by Rufinus. Christophorson wishes to read Constantius, but he certainly does not coincide with the twentieth year of Galerius. Besides, from the names of the emperors all being placed together, it is clear, that strictly speaking, no complete division of the empire had yet taken place. It is also worthy of remark, that the name of the emperor Maximinus is not set at the head of this edict." Cf. Lactant. de mortt. persecc. c. xxxiv. HEIN.

17, 4. τινὶ λογισμῷ ad sensum optime vertit Valesius: *veluti ex consensu.* Proprie: quasi quodam consilio, non fortuito. Itaque non possum concedere, ineptam esse illam locutionem h. l., quod contendit Stroth. *deutsche Uebersetzung* t. ii. p. 56. not. 7., quamvis verissimum sit, quod idem affirmat, interpretem Eusebianum sæpe pessime vertisse. HEIN.

App. 1. Τὸ—λόγῳ] Vid. *Excurs.* xv.

Ib. ἀνακεκινηκότα διωγμόν] In codice Mazarino et Medicæo scriptum inveni διωγμένων, in Fuketiano vero δεδιωγμένων. Quæ tametsi depravata lectio, viam mihi ad hujus loci emendationem aperuit. Totus igitur locus ita legendus est: τοὺς τῆς βασιλείας κοινωνοὺς ἐπὶ τὸν κατὰ πάντων ἀνακεκινηκότα διωγμόν· ὧν καὶ αὐτῶν οὐκ ἄξιον τὸ τοῦ βίου τέλος παραδοῦναι σιωπῇ. Vides quantam habeat elegantiam vox ὧν, quam nos ex vestigiis scriptæ lectionis supplevimus. VALES.

4. τέλος εὔδαιμον] Hæc ad verbum descripta sunt ex cap. 13. lib. viii. VALES. Paucula tantum immutata sunt. Ita pro verbis quæ paulo ante leguntur, ἀτὰρ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς πολέμου ἔξω γενόμενος in lib. viii. c. 13. dicitur: τοῦ δὲ καθ' ἡμῶν πολέμου μηδαμῶς ἐπικοινωνήσας, quod vero ad sensum idem est. Cf. Sophocl. Electr. v. 1448. sq. Œdip. T. v. 1390. HEIN.

5. Τοιαύτη—ἔκβασις] Constantius a. 306. in Anglia, Maximianus Herculius obiit a. 310. Massiliæ ut habet Idatius in fastis, Maximianus Galerius Serdicæ a. 311., ut refert Pagi ad h. ann. n. xv., Diocletianus a. 313. de cujus morbo et morte cf. Lactant. l. l. c. xlii. De genere mortis non consentiunt veteres. Hæc Read. HEIN.

ANNOTATIONES

AD

EUSEBII DE MART. PALÆST.

CAP. I.

In Tit. Καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ] Antequam MSS. codices inspexissem, existimabam hæc verba addita esse a Rob. Stephano, qui hæc duo supplementa octavi libri in quibusdam codicibus reperisset. Sed cum in omnibus manuscriptis exemplaribus eadem verba deprehenderim, facile adducor ut credam, omnes illos codices ex uno eodemque exemplari descriptos fuisse. Porro hoc secundum supplementum nihil aliud esse quam librum Eusebii de martyribus Palæstinæ, apparet ex verbis quæ ad calcem hujus supplementi leguntur in scriptis exemplaribus. Sic enim habent codex Mazarinus et Medicæus: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων τέλος. VALES. Librum de martyribus Palæstinæ confectum esse ab Eusebio a. 313. p. C. n. eidemque non minorem quam reliquis Eusebii scriptis tribuendam esse fidem, ostendit Kestner. *Excurs.* iii. p. 48. sq. De tempore, quo illud opusculum sit conscriptum, ex ejusdem sententia ibid. §. 40. 1. ambigi nequit, modo quando historiæ eccles. libri viii. et ix. compositi fuerint, constitutum sit. *Nam*, inquit V.D., *viii.* 13. *med. libellus ille tanquam mox perficiendus indicatur et Mart. Pal. c.* 7. *narratio, libro ix. nunc exhibita ut nondum litteris mandata commemoratur. Itaque historia eccles. nondum ad umbilicum quidem, sed ad librum tantum ix. usque adducta, vel—Maximino jamjam morte perfuncto* [*anno* 313. *p. Chr.*], *martyrum illa funebris quasi laudatio confecta est.*

Incepta autem vel primis certe lineamentis descripta erat multo maturius, paulo post res ipsas gestas fortasse; quod frequens rerum minutarum, quarum memoria facile obliteratur, commemoratio, et martyrum descriptio, quæ non nisi ex animo, admiratione, caritate et commiseratione modo defunctorum affecto, talis qualem nunc legimus, proficisci poterat, satis ostendunt. Aliam plane de tempore, quo liber iste conscriptus sit, opinionem sequitur Danzius. Vid. Valesii *de vita scriptisque Eusebii diatriben* p. xli. not. 39. Idem Danzius *de Eus.* p. 67. conferri jubet Eus. H. E. viii. 13. et Valesium ibid. Sed facile patet rei cardinem verti in recta temporis quo historia ecclesiastica Eusebii est absoluta, constitutione, præsertim cum probabilior adeo sit viii. 13. lectio ἀνεγράψαμεν, qua adscita ille liber de martyribus Palæstinæ illo loco prorsus non significatur. Vid. pag. 684. HEIN.

Ib. Ante verba καὶ ταῦτα—εὕρομεν ut testatur Readingus (Variantt. Lectt. p. 796. col. 2.), in cod. Cast. sunt hæc: Εὐσεβίου σύγγραμμα περὶ τῶν κατ' αὐτὸν μαρτυρησάντων ἐν τῷ ὀκταέτει Διοκλητιανοῦ καὶ ἐφεξῆς Γαλερίου τοῦ Μαξιμίνου διωγμῷ. Et statim sequuntur: Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων κατὰ τὸν ὀκταέτη διωγμὸν, ἀπὸ Διοκλητιανοῦ ἄρξαντα, εἰς Γαλέριον τὸν Μαξιμῖνον. Hinc equidem ante Καὶ —εὕρομεν illa ΕΥΣΕΒΙΟΥ—μαρτυρησάντων certe collocanda putavi. Contra Zimmermannus pro iis scripsit: Προσθήκη β'. ἢ περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρήσαντων. Apud Steph. Val. Read. nihil plane ante καὶ—εὕρομεν ejusmodi scriptum. HEIN.

Ib. Ξανθικός] Cf. supra viii. 2. ubi mense Dystro, i. e. Martio prolatum legitur edictum. Sed recte. Prius enim Nicomediæ, ubi degebat imperator, quam in Palæstina illud promulgatum esse, animadvertit Ruinart. in *actt. martyr.* p. 278. n. 1. addens: "Porro non adeo certum est, quod iste prologus ab Eusebio scriptus fuerit." HEIN.

1, 1. Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος] Idem legitur in actis passionis Procopii martyris, quæ sic incipiunt: *Primus martyrum qui sunt in Palæstina, apparuit Procopius,* etc. Ex quo apparet, acta illa de Græco Eusebii in Latinum sermonem esse translata. Quod ut manifestius appareat, integra hic apponere haudquaquam inutile fuerit. Multa enim scitu digna in iis actis continentur, quæ

nec Baronio nec Molano videre contigit. Descripsimus autem illa ex antiquissimo codice monasterii Musciacensis, qui nunc est penes virum doctissimum Claudium Joly, canonicum Parisiensis ecclesiæ. Sic autem habent:

Passio sancti Procopii martyris, qui passus est sub Fabiano judice 4. Nonas Augusti.

Primus martyrum qui sunt in Palæstina apparuit Procopius, vir cælestis gratiæ, qui et ante martyrium sic suam vitam disposuit, ut etiam a parva ætate castitati semper et morum virtutibus studeret. Corpus quidem suum sic confecit, ut pæne mortuum putaretur, animam vero ejus sic verbis confortabat divinis, ut etiam corpori virtutem ex hujus refectione ministraret. Cibus et potus ei panis et aqua fuit. Solis his utebatur, cum post biduum triduumque, diem interdum etiam post septimam ad cibum rediret. Sacrorum quoque meditatio sermonum ita mentem ejus obstrinxerat, ut nocte ac die in hac infatigabilis permaneret. Clementiæ autem et mansuetudinis tanquam ceteris inferior documentum, sui præbebat copiam. In verbis divinis ei tantum studium erat. Illa vero quæ extrinsecus sunt, mediocriter attigerat. Igitur genere quidem Æliensis, conversatione autem vel habitatione Scythopolitanus erat. Ibi ecclesiæ tria ministeria præbebat, unum in legendi officio, alterum in Syri interpretatione sermonis, et tertium adversus dæmones manus impositione consummans. Cumque ab Scythopoli una cum sociis in Cæsaream transmissus fuisset, ab ipsis portis ad præsidem ducitur, et priusquam carceris vel vinculorum experiretur angustias, in ipso ingressu suo a judice Flaviano, ut diis sacrificaret impellitur. At ille magna voce non esse deos multos, sed unum factorem omnium opificemque testatus est. Judex autem plaga sermonis ictus et conscientia saucius, consensit ejus sermoni. Atque ad alia se rursum argumenta constituit, ut vel regibus sacrificaret. Sanctus autem Dei martyr sermonem ejus despiciens, Homeri, inquit, versum dicens: non est bonum multos dominos esse. Unus dominus est, unus rex. Itaque hoc verbo ejus audito, quasi qui infausta in regibus deprompsisset, jussu judicis ducitur ad mortem, et capite amputato ingressum vitæ cælestis, vel compendium beatus invenit: Desii septima Julii mensis, quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno quo adversus nos fuit persecutio. Hoc

primum in Cæsarea martyrium consummatum est, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui honor et gloria in sæcula sæculorum, amen. Exstant etiam hæc acta in duobus MSS. codicibus bibliothecæ sancti Germani. VALES. Vid. Ruinart. *actt. martyr.* p. 310. "Henricus Valesius——in notis ad caput i. libri Eusebii de martyribus Palæstinæ refert passionem sancti Procopii martyris, quam librariorum incuria, ex Eusebii textu incaute detractam existimavit. Et quidem nemo potest inficiari hanc ab auctore coæquali descriptam fuisse, ut ex his verbis, *primo anno quo adversus nos persecutio fuit*, manifestum est. Cætera quoque Eusebii venam et ingenium spirant. Hanc autem ad tres codd. mss. primum scilicet ex nostra sancti Germani bibliotheca, alterum Corbeiensis monasterii, tertium vero bibliothecæ Colbertinæ collatam, hic exhibere visum est." Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. iii. p. 641. "*The Syrians, according to Epiphanius* (hær. xxx.), *appear to have been very early in possession of a translation of the Bible, which perhaps might be attributed to a martyr Procopius, if the acts of his martyrdom were genuine.* Denique ad verba Eusebii: Πρῶτος—ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων vid. Ruinart. l. l. p. 278. n. 2. "primus in Palæstina martyr dicitur (Procopius), in hac Diocletiani scilicet persecutione. Nam martyres sub Valeriano Cæsareæ passos ex ipsomet Eusebio laudavimus supra pag. 212." HEIN.

Ib. πρὶν ἢ φυλακῆς πεῖραν λαβεῖν] Acta passionis b. Procopii pæne ad verbum ita reddunt: *priusquam carceris vel vinculorum experiretur angustias.* Quibus verbis notatur judicis atrocitas. Solebant enim præsides Romani reos qui comprehensi fuerant et conspectui ipsorum exhibiti, prius carceri mancipare, ac deinde per otium interrogare. Sic in actis sancti Fructuosi legitur: *Et ut venerunt, mox præcepit eos præses recipi in carcerem.* Idem habetur in passione Felicis Tubizacensis episcopi: *Cumque Felix episcopus ibidem advenisset, et eidem præfecto oblatus fuisset, jussit eum in carcerem recipi.* VALES.

Ib. εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου] Acta passionis: *In ipso ingressu suo a judice Flaviano, ut diis sacrificaret impellitur.* Multa porro hic omissa sunt in Græco Eusebii textu, quæ ex actis illis Latinis suppleri oportet. Nam cum Eusebius hic

diserte dicat, Procopium statim a primo ingressu oblatum esse judici, non addit unde venerit, ubi captus et quo perductus sit. Quod tamen minime omittendum erat. Præterea aliorum quidem martyrum qui in hoc libro commemorantur, genus et patriam accurate refert Eusebius. Ac si quis forte illorum ecclesiastici honoris gradum aliquem obtinuerit, id distincte notare solet. In hoc vero qui omnium Palæstinæ martyrum princeps atque antesignanus fuit, nihil horum hic ab Eusebio observatum videmus. Quod tamen non Eusebii, sed librariorum culpa factum esse credibile est. Nam in actis illis Latinis quæ ex Eusebio translata esse superius ostendimus, cuncta hæc manifestissime declarantur. Primo enim ex actis illis discimus, Procopium domo fuisse Æliensem sive Hierosolymitanum, habitasse vero Scythopoli et in ea urbe lectorem atque exorcistam fuisse, et sacras scripturas quæ Græco sermone in ecclesia legebantur, plebi quæ Græce nesciret, vernacula, id est, Syra lingua interpretatum fuisse. Deinde quibus moribus, quanta vitæ severitate jam inde a puero fuerit, in iisdem actis studiose refertur. Postremo captus quidem dicitur Scythopoli, adductus vero in urbem Cæsaream, et ab ipsis portis recta ad tribunal judicis tractus. Hoc quidem ultimum legitur etiam in martyrologio Bedæ, Usuardi, Adonis, Rabani et Notkeri his verbis: 8 *Iduum Julii. Natale Procopii in Palæstina, qui ab Scythopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionis suæ confidentiam irato judice Flaviano, capite cæsus est.* VALES.

1, 2. Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ, πρὸ ἑπτὰ Εἰδῶν Ἰουνίων λέγοιτ᾽ ἂν παρὰ Ῥωμαίοις] Acta Latina paululum hic variant; sic enim habent: *Desii septima Julii mensis, quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos.* In duobus autem MSS. codicibus bibliothecæ sancti Germani Parisiensis scriptum est: *dies erat septima Julii mensis, quæ* 7. *Idus Julii dicitur apud Latinos.* Ex quibus corrigenda est eorundem actorum inscriptio, ubi dicitur passus esse Procopius quarto Nonas Augusti. In omnibus tamen martyrologiis natalis b. Procopii consignatus est die 8. Idus Julias. Græci quoque eodem die memoriam celebrant magni martyris Procopii, ut videre est in illorum Menæo. Verum iste Procopius longe diversus est a nostro, licet Æliensis fuerit, et eodem fere tempore eademque in civitate

passus sit qua noster Procopius. Nam hic quidem noster, lector atque exorcistes fuit, ut testatur Eusebius. Alter vero ille, dux fuit Ægypti. Prior Christianus e puero, alter initio fuit dæmonum cultor. Noster nullis vexatus tormentis gladio vitam amisit, brevissimo ac facillimo mortis genere coronam martyrii promeritus. Alter vero ille diuturno ac difficillimo martyrio perfunctus, sub duobus Palæstinæ præsidibus, Justo et Flaviano, gravissima tormenta sustinuit. Quare a Græcis inter præcipuos ac illustres martyres, quos illi vocant μεγαλομάρτυρας, recensetur [a]. Noster denique captus est Scythopoli, atque inde Cæsaream Palæstinæ perductus, ibidem capite cæsus est. Alter vero in Ægypto comprehensus, in urbe Phœnices Cæsarea quæ et Paneas dicta est, martyrium consummavit, si credimus Symeoni metaphrastæ. VALES.

Ib. Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ] Syromacedonum menses mere Julianos fuisse, ex quo Julius Cæsar annum suum publicavit, vulgo inter omnes constare video. Id enim et Scaliger et Petavius noster passim affirmant, solumque hoc discrimen esse aiunt, quod Syromacedones annum ab Hyperberetæo, id est, Octobri auspicabantur. Sed multa sunt, quæ me ab illorum sententia abducunt. Primum enim Beda in ephemeride, et in libro de ratione temporum, Græcorum menses auspicari dicit ab Apellæo qui Decembri respondet. Marcus vero in vita Porphyrii Gazensis episcopi, testatur Gazæos annum inchoasse a mense Dio. Sic enim habet pag. 1090. *Primo mense qui ab eis vocatur Dios, deinde etiam secundo, qui dicitur Apellæos.* Idque plane confirmat Julianus imperator in Antiochico, ubi diserte affirmat Loum apud Syros mensem decimum fuisse. Quod si ab Hyperberetæo annum inchoassent, tum Lous qui Augusto respondet, non decimus, sed undecimus fuisset. Idem subin-

[a] Vid. Ruinart. l. l. p. 310. "Ejus acta, quæ fortassis Symeon Metaphrastes pro more suo interpolavit, in actione quarta septimæ Synodi generalis laudantur adversus Iconoclastas.—Unicus tamen Procopius, tum in Latinorum Martyrologiis, tum in Menæis Græcorum memoratur, die scilicet octava Julii: et Latini quidem hunc ipsum, quem Eusebius laudant, Græci vero alterum celebrant. Quod qua ratione factum sit, aliis divinandum relinquimus. Sub alterutrius nomine Constantinopoli ecclesia exstabat, de qua Cangius in CP. Christiana lib. iv. sect. 6. num. 83. et 84. De eadem Chronicon Paschale pag. 327. Passus est autem Procopius lector anno CCCIII. primo scilicet Maximiani persecutionis in Palæstina, die 7. Julii, ut ex actis patet, quamvis martyrologia ejus festum ad sequentem diem referant. Cyrillus in vita S. Sabæ meminit ecclesiæ S. martyris Procopii apud Scythopolin constructæ." HEIN.

dicat Julianus in Misopogone pag. 70. his verbis: *ἡ Σύρων ἥκει νουμηνία, καὶ ὁ Καῖσαρ αὖθις εἰς Φιλίου Διός· εἶτα ἡ πάγκοινος ἑορτὴ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς τύχης ἔρχεται τέμενος, etc.* Jampridem in animadversionibus ad librum xxiii. Amm. Marcellini demonstravimus, *πάγκοινον ἑορτὴν* esse Calendas Januarii. Cum ergo testetur Julianus, neomeniam anni Syrorum aliquantisper præcessisse Calendas Januarii, perspicuum fit, non idem fuisse principium anni Syrorum ac Romanorum. Dium vero apud Antiochenos annum aperuisse, ex eodem Juliani loco non obscure colligitur. Scribit enim Julianus se Calendis primi mensis Syrorum templum Jovis adiisse sacrificandi causa, eo quod scilicet primus illorum mensis Jovi sacer esset, et a Jove nomen accepisset. Dius enim dicitur *ἀπὸ τοῦ Διὸς*, et recte primus anni mensis, a Jove, quem principem atque initium rerum putabant, cognominatus est. Quod si Hyperberetæus anni Syrorum caput fuisset, frigide prorsus id diceretur apud Julianum. Cum enim Antiochenses Julianum irriderent, quod nimis assiduus esset cultor deorum, et perpetuo sacrificaret, exemplum et specimen hoc afferunt: *Venerunt Calendæ Syrorum. Rursus Cæsar ad Jovis Philii. Posthæc Calendæ Januarii, Cæsar ad templum Genii publici procedit*, etc. Modicum igitur temporis spatium interfuisse oportet inter Syrorum et Romanorum Calendas, ad hoc ut Julianus ab Antiochensibus merito irrideri potuerit ob nimiam frequentiam sacrificiorum. Proinde necesse est, ut vel Apellæus primus fuerit mensis Syrorum, quæ est Bedæ sententia, vel certe Dius. Hactenus de initio anni Syromacedonum, quod diversum esse ab initio anni Juliani demonstravimus. Nunc de mensibus eorundem Syromacedonum, an cum Romanis mensibus simul cœperint ac desierint, inquirendum est. Hic certe Eusebii locus aperte indicat, non idem fuisse initium mensium apud Syros et Romanos. Quippe qui mensis Desii diem octavum cum 7. die mensis Junii componit. Cœperat igitur Desius apud Syros uno die ante Junium mensem. Sed et Marcus in vita Porphyrii affirmat menses Gazæorum quinque diebus antevertere menses Romanos. Sic enim scribit: *Pluit autem dominus noster assidue ab octava Audynæi usque ad decimum. Est autem Audynæus apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses Roma-*

nos. Undecimo vero die peregimus diem Theophaniorum deum laudantes. Ex quibus verbis apparet, idem fere initium fuisse mensium apud Gazæos, quod apud Ægyptios. Sed et Epiphanius in libro de ponderibus cap. 20. diem 16. Maii componit cum vicesimo tertio mensis Græcorum Artemisii. Alia fuit mensium ratio apud Tyrios, qui et ipsi Macedonum mensibus utebantur. Nam in actis apud Tyrum, quæ referuntur in actione nona concilii Chalcedonensis, decimus dies mensis Peritii componitur cum die 25. Februarii, et in actione 5. concilii Constantinopolitani sub Mena, dies 28. mensis Loi apud Tyrios, dicitur fuisse 16. Septembris apud Romanos. Ex his colligi potest, non uniusmodi fuisse anni totius ac mensium rationem apnd Syros. Aliter enim Gazenses, aliter Tyrii, aliter Cæsarienses computabant. Ac Cæsarienses quidem mensibus ad Julianorum formam prorsus compositis et aptatis usos fuisse, persuasum habeo. Etenim in omnibus locis hujus libelli (sunt autem quamplurimi) ubicumque mentio fit Macedonicorum mensium apud Cæsarienses, semper dies illorum conveniunt cum diebus mensium Romanorum, si unum hunc locum excipias capitis primi. Itaque rescribendum hic puto *Δεσίου μηνὸς ἑβδόμῃ*. VALES. Versus Homeri legitur in Iliad. ii. 204. sq. Sæpenumero autem non solum Græci et profani scriptores sed etiam Christiani illo Homeri dicto usi sunt. Vid. Justin. M. cohortat. ad Græcos, c. xvi. p. 82. sq. ed. Hutchin., ubi ad Dei *μοναρχίαν* ostendendam versus illi afferuntur. Cf. Kœppen. et Ruhkopf. ad l. l. Iliad. Adde Maxim. Tyr. dissertt. iv. 3. p. 51. sq. ed. Reisk. *ἡγείσθω τὸ καλὸν πανταχοῦ.*

Εἷς κοίρανος ἔστω
Εἷς βασιλεὺς,

ᾧ ἔδωκεν ἄρχειν ὁ Ζεύς. Ἐὰν δὲ μεταθῇς τὴν τάξιν, καὶ ἄρχῃ μὲν ἡδονὴ, ἕπηται δὲ λόγος, δίδως τῇ ψυχῇ τύραννον πικρὸν καὶ ἀπαραίτητον, ᾧ δουλεύειν ἀνάγκη, καὶ ὑπηρετεῖν ὑπηρεσίας ἀνεπιτιμήτους καὶ παντοδαποὺς, κἂν αἰσχρὰ προστάττῃ, κἂν ἄδικα προστάττῃ. HEIN.

Ib. *ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου*] Id est, *quarta feria*, seu ad verbum *die 4. sabbati seu hebdomadis.* Veteres enim Christiani cum laterculum septem dierum a Judæis accepissent, dies quoque hebdomadis a sabbato cognominabant, ut Judæi.

Dicebant igitur primam sabbati, secundam sabbati, tertiam sabbati et sic deinceps, ut docet Tertullianus in libro de jejuniis: *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicatis?* Interdum etiam ferias vocabant, teste Tertulliano in eodem libro, ubi dicit: *Proinde nec stationum, quæ et ipsæ suos quidem dies habeant quartæ feriæ et sextæ*, etc. Apparet igitur cur Christiani dies hebdomadis ferias appellaverint. Feria quippe idem est ac sabbatum. Quemadmodum ergo Judæi primam, secundam, tertiam sabbati dicebant, et sic deinceps usque ad septimum diem quem sabbatum dicebant, ita veteres Christiani primam, secundam ac tertiam feriam nominarunt, hoc unum mutantes, quod non sabbato feriari instituerunt ut Judæi, sed die prima sabbati, quam et *dominicam* vocarunt. Ita fere Isidorus in libro de natura rerum cap. 3. *Inde dies solis prima feria nuncupatur, quia primus est a feria*[b]. *Item dies lunæ perinde secunda feria, quia secundus est a sabbato*, etc. Beda vero in libro de ratione temporum, ferias ex eo dictas esse scribit, quod clerici quotidie feriarentur ex decreto Silvestri papæ. Sed hæc sententia ferri non potest, cum diu ante Silvestrum papam dies hebdomadis feriæ dicerentur, ut docet Tertullianus. Porro non soli Christiani, verum etiam gentiles, usum septimanæ a Judæis acceperant, ut docet Josephus in fine libri ii. contra Apionem. Sed gentiles septem planetarum nominibus dies hebdomadis appellarunt, manentque adhuc apud plerasque gentes hæc nomina, veluti quædam prisci gentilium erroris reliquiæ. Tertullianus in libro ad nationes: *Vos certe estis qui etiam in laterculum septem dierum solem recepistis.* Et paulo post: *Exorbitantes et ipsi a vestris ad alienas religiones. Judæi enim festi, sabbata*, etc. VALES.

Ib. τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης] Acta Latina: *Hoc primum in Cæsarea martyrium consummatum est*, ex quo apparet horum actorum interpretem legisse ἀπετελέσθη μαρτύριον. VALES.

1, 4. Ὁ μὲν γὰρ κ. λ.] Cf. viii. 3. HEIN.

1, 6. Ζακχαῖος] Hic diaconus erat Gadarensis ecclesiæ. De quo in menologio die 18. Novembris hæc leguntur: *Commemoratio SS. martyrum Michææ, Zacchæi, diaconi Gadarensis*

[b] *Sabbato* legendum esse suspicatur Reading. in corrigg. HEIN.

ecclesiæ, et Alphæi. Ductus est b. Zacchæus ad tribunal, ferreum et grave in collo habens vinculum, etc, VALES. Cf. Ruinart. *acta martyrum* p. 279. n. 4. HEIN.

2, 1. Περὶ Ῥωμανόν] Græci quidem in menæo duos distinguunt Romanos martyres, alterum qui ab Asclepiade præfecto damnatus est Antiochiæ sub Galerio, alterum diaconum Cæsariensem, de quo Eusebius hic loquitur, quem sub Diocletiano passum esse dicunt. Sed cum uno eodemque die ambos esse passos, eodemque martyrii genere perfunctos fateantur (utrique enim præcisam linguam affirmant, utrumque post abscissionem linguæ locutum, tandemque in carcere strangulatum esse consentiunt), quis non videt frustra ab illis distingui duos Romanos? Miror tamen sententiam hanc placuisse Baronio in notis ad martyrologium. Certe si duo ejusdem nominis fuere Romani martyres, et si ambo eodem die martyrium passi sunt Antiochiæ, cur Eusebius hoc loco unius duntaxat mentionem fecit? Dicet fortasse aliquis, Eusebium in hoc libro de solis Palæstinæ martyribus loqui instituisse, atque idcirco solius Romani diaconi meminisse, quippe qui Palæstinus esset. Verum Eusebius alibi quoque hujus martyris mentionem fecit, in secundo scilicet libro de resurrectione et ascensione Christi, ubi Romani martyrium luculente et oratorie describit his verbis: *In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exstitit martyr*, etc. Vides hic etiam unum duntaxat Romanum ab Eusebio agnosci, qui martyrium Antiochiæ perpessus sit. VALES. Plura de Romano martyre et de quæstione an duo fuerint, vide apud Ruinartum in *actis martyr.* p. 310. sqq., qui simul martyrium ejus ex Euseb. de resurrectione lib. ii., quem cum aliis aliquot nostri opusculis e MS. cod. edidit Jacobus Sirmondus, et ex Prudentii hymn. x. περὶ στεφάνων inde a. p. 315. sqq. fusius descriptum exhibuit. HEIN.

Ib. διακονός τε καὶ ἐπορκιστής] Apud veteres Christianos, ac præcipue in minoribus oppidis, cum exiguus esset numerus clericorum, unus idemque clericus duorum aut trium munere fungebatur. Hinc est quod in actis Procopii martyris quæ superius retuli, Procopius in ecclesia Scythopolitana tribus simul officiis perfunctus esse dicitur, lectoris scilicet, interpretis et exorcistæ. Eodem igitur modo Romanus in Cæsariensi ecclesia diaconi simul et exorcistæ partibus fungebatur.

Vetus auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti, cap. 101. de hoc more loquitur his verbis: *Quamquam Rom. ecclesiæ diaconi modice inverecundiores videantur, sedendi tamen dignitatem in ecclesia non præsumunt, ut autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam utique et altare portarent et vasa ejus, et aquam in manus funderent sacerdoti, sicut videmus per omnes ecclesias.* Et paulo post: *Major enim ordo intra se et apud se habet et minorem. Presbyter enim et diaconi agit officium et exorcistæ et lectoris.* VALES.

Ib. *ἐπορκιστής*] Exorcistarum duplex olim usus fuit in ecclesia. Nam et ad purgandos dæmoniacos, et ad catechumenos adhibebantur. Nec vero semel duntaxat exsufflabantur atque exorcizabantur catechumeni. Sed post singulas catecheses discincti et excalceati deducebantur ad exorcistam, ut ab eo purgarentur. Cyrillus Hierosolymitanus in procatechesi ad illuminandos: *τοὺς ἐπορκισμοὺς δέχου μετὰ σπουδῆς, κἂν ἐμφυσηθῇς, κἂν ἐπορκισθῇς, etc.* Chrysostomus in hom. I. ad illuminandos, tomo i. de hoc more ita scribit: *καὶ τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν παρ᾽ ἡμῶν διδασκαλίαν ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν ἐξορκιζόντων παραπέμπουσι φωνάς.* VALES. Cf. Eus. H. E. vi. 43. Basnage *annall. polit. eccl.* ad a. 233. Elmenhorst. *ad Gennad. Mass. de dogmatt. eccless.* c. xxxi. Suicer. *Thes.* t. i. p. 1150. sqq. De *διττογραφίᾳ, ἐξορκιστὴς* et *ἐπορκιστὴς, ἐξορκίζειν* et *ἐπορκίζειν* vid. Sylburg. *ad Justin. M. apolog.* ii. c. 6. p. 15. ed. Hutchin. "Quod ad ista vocabula *ἐπορκιστῶν,* et *ἐπορκίζοντες,* attinet, vix credit Steph. Justinum ita potius, quam *ἐξορκιστῶν,* aut *ἐξορκίζοντες* scripsisse, aut certe *ἐφορκιστῶν* et *ἐφορκίζοντες,* quum vocem *ὅρκος,* unde illa derivantur, asperari constet. Quia tamen ex concilio quodam *ἐπορκίζειν* et *ἐπορκιστὴς* afferuntur, scripturam illam, licet rationi omnino repugnantem, retinere voluit. Repetitur eadem etiam infra pag. 243. 21. ubi tamen et *ἐξορκίζειν* usurpatum ter." Similiter Cornelius in epistola ad Fabianum apud Eus. H. E. vi. 43. *ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνωστὰς* habet sed mox l. l. *ὃς,* inquit, *βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν.* Ad quæ verba Strothius in edit. Græca Euseb. not. 49.: "*forsan quis legendum putat ἐξορκιστῶν, sed ἐπορκιστῶν apud Syncellum quoque*

ac Nicephorum legitur." Adde viii. 6. ἀναγνωστῶν τε καὶ ἐπορκιστῶν. HEIN.

Ib. ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις] Ex iis multos fuisse qui Christum abnegaverant, docet Eusebius in sermone 2. de resurrectione his verbis: *In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exstitit martyr. Iste peregrinus advenerat illo. Cum autem jactari a tempestatibus illam tunc videret civitatem* (*invenerat enim jam multos milites cecidisse ecclesiæ*), *non est passus dare diabolo ut exultaret. Sed exultantem judicem de his qui fuerant superati, adgreditur vim faciens, regno vero capto, et dicit: non recedes lætus. Habet enim Deus milites qui superari non possunt. Judex autem ebrius in victoria eorum qui fuerant superati, ex illorum imbecillitate æstimans sancti constantiam, præcipit eum induci. Non oportebat enim Dominum Jesum sine victore recedere. Introducens autem eum omnia tormenta movebat, et tanta uni vincenti, quanta omnibus his qui fuerant superati. Contendens enim ne solveretur victoria sua per unius istius victoriam, et reputans apud se, quia et in stadiis finis currentium quæritur, et quia si iste vicerit, nec ut victi erunt qui fuerunt superati, universa ei tormenta admoveri jubet. Volens enim flectere juvenem, et oculis torquebat, et dentibus minabatur, et manibus torquentium suas protendebat manus, et ab ipsa ira etiam de sede movebatur sua*, etc. Hæc ideo hic adduxi, quia Eusebius noster hoc in libro qui est de martyribus Palæstinæ, de tormentis Romano illatis nihil dixit. VALES.

2, 2. βασιλέως ἐπιπαρόντος] Galerium Cæsarem intelligi puto [c]. Nam Diocletianus quidem Nicomediæ morabatur. Cæsares autem, velut apparitores quidam ac ministri, per limitem discurrebant. Certe hoc anno quo cœpta est persecutio, mense Aprili Diocletianus una cum Galerio degebat Nicomediæ, ut testatur Eusebius in libro octavo. Sed et aliquanto post cœptam persecutionem, tunc cum Nicomediense palatium de cælo tactum conflagravit, Diocletianus ibidem versabatur, ut docet Constantinus in oratione ad sanctorum cœtum. Quare Antiochiæ adesse non potuit, tunc cum Romanus ignis supplicio condemnatus est. Id enim contigit

c Confirmat hoc Prudentius in hymno x. v. 31. *Galerius urbis forte Romanæ statum* etc. HEIN.

circa initium persecutionis. Occisus quippe est Romanus decimo quinto Calendas Decembris, cum aliquot mensibus in carcere detentus fuisset, quemadmodum testatur Eusebius. VALES.

Ib. πού μοι τὸ πῦρ] Miror nullam ignis cælitus extincti fieri mentionem, tum hic tum in menologio. Quod tamen miraculum eleganter exaggerat Eusebius noster in sermone 2. de resurrectione his verbis: *Cum autem adunarentur sarmenta et cannæ, ad velocitatem utpote flammæ, vel quod igni apta videntur ad incensionem, imponebatur autem vivens immolatio in igne. Hæc cum ita agerentur, non autem longe abesset civitas, ut testaretur veritati, et forte quia quidam de Judæis, aut alii homines dicebant, ubi est horum Deus? forte proferentibus Judæis tres pueros, et dicentibus quia sub nobis salvabantur a flamma fornacis ardentis: isti autem ardent. Atqui cæli Dominus jubet nubibus coronari cælum. Adimplens autem sinus nubium grandine et imbre admodum vehementi, et addens ventos ad velocem emissionem eorum. Neque enim accendi flammam permittit, vehementiorem ostendens hanc virtutem quam apud Babyloniam.* Idem canit etiam Prudentius in agone Romani. VALES.

Ib. ἀνάκλητος πρὸς βασιλέα γίγνεται] In Græcorum menologio, die 18. Novembris ista supplicii commutatio sic refertur: *Itaque sponte judicem adiens, statim ignis supplicio condemnatur. Quod cum cognovisset Diocletianus, ignis quidem pœnam removit, sed linguam excidi jussit.* Eusebius vero noster in sermone supra citato rem ita narrat: *Fit turbela non levis. Nuntiatur tyranno, quia martyre tradito igni cælum indignatum est, et quia cælestis rex suos qui in terra habentur defendit. Hæc cum audisset tyrannus, et cum valde injuriam defenderet suam factam per linguam, jubet judici jam non debere jurgari eum ad Deum, sed istum quem liberavit Deus dimitti debere. Et noster igitur Ananias velut ex igne dimittitur. Judex autem blandiens tyranno, invenit nescio quid novum adversus sanctum, addens admirationem admirationi. Quid enim facit? præcipit linguam qua fuerat locutus in hominem, eo quod non negaverat Deum, incidi.* Dissentit igitur ab Eusebio auctor menologii. Nam Eusebius ait Romanum imperatoris sententia dimissum fuisse, sed judicem in gratiam imperatoris jussisse ut Romano lingua præcideretur. Auctor vero menologii ait, imp. ignis quidem

supplicium a martyre removisse, sed linguam ei abscindi præcepisse. Quod mihi verisimilius videtur. VALES.

2, 4. Μεθ' ἣν τιμωρίαν] Et hic mirari subit, omissum esse ab Eusebio ingens illud miraculum, hominis post linguæ præcisionem adhuc loquentis. De quo Prudentius in agone b. Romani, Chrysostomus in duobus sermonibus de Romano martyre, quorum tamen sermonum posterior non est b. Chrysostomi, ut ex stilo apparet. Denique Eusebius ipse in sermone 2. de resurrectione: *Abducebatur Romanus ad carcerem (addebat autem et hoc blandus ad tyrannum judex) qui istam corporalem linguam non habebat. Lectum est autem nobis, quia in apostolos Spiritus linguas ut ignem divisit et donavit. Sed illud non vidimus, sed audivimus et credimus. Quod autem dicturus sum, multi vultus sunt testes. Dicitur quia beatus iste Romanus, dum adhuc carneam habebat linguam, similia Mosi loquebatur, hoc est balbutiens, et non composite loquens. Dum adhuc haberet totam linguam erat balbus. Cum autem carcerem ingrediebatur, custos carceris interrogavit eum, quod ei esset nomen. Et certe litera R. etiam his qui valde compositi recte loquuntur, impedit ad loquendum. Nunc autem Romanus et incisa lingua, quam cum haberet, recte loqui non poterat, spiritu linguæ loquitur, et valde rectissime, et dicit: Romanus dicor.* Et paulo post: *Non enim semel locutus tacuit, sed conferebat cum aliis de cruce et victoria Christi, et hoc multis mensibus in carcere constitutus.* VALES.

Ib. τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος] Hic locus inprimis notandus est, quippe qui annum quo cœpta est persecutio Diocletiani, apertissime designat. Ait enim Eusebius anno 1. persecutionis acta esse imperatoris vicennalia. Quod cadere non potest nisi in eum annum, quo Diocletianus octies et Maximianus septies consules fuerunt. Hoc enim anno qui fuit Christi 303. iniit annus 20. Diocletiani a die 15. Calendas Octobris. Quippe hic primus fuit imperii dies Diocletiani, Carino ii. et Numeriano coss. Christi 284. ut scribitur in chronico Alexandrino. Porro non levis nascitur difficultas ex eo quod dicit Eusebius, Romanum die 17. Novembris martyrium consummasse, cum Diocletiani vicennalia agerentur. Ex quo sequi videtur, primum diem imperii Diocletiani cadere in mensem Novembrem, non autem in Septembrem, ut tradit auctor

chronici Alexandrini. Quare necesse est, ut vel apud Eusebium, vel in chronico Alexandrino error sit admissus in mensis nomine. Nisi forte dicamus Diocletiani vicennalia acta fuisse Antiochiæ, non eo ipso die qui erat natalis imperii, sed paulo serius. Sic Eusebius in chronico tradit, vicennalia Constantini acta esse Nicomediæ, et sequenti anno Romæ edita. VALES.

Ib. *νομιζομένην δωρεάν*] Moris erat apud Romanos, ut in quinquennalibus ac decennalibus imperatorum, leviorum criminum rei vinculis solverentur, missa ad hoc imperatoris lege, quam *indulgentiam* vocabant. Vide titulum in codice Theodosiano de indulgentiis criminum. Græci hanc indulgentiam vocant *δωρεάν*. Glossæ veteres: *θεία δωρεὰ indulgentia*. Exstat apud Cassiodorum in libro x. sub finem, formula indulgentiæ, quam emittebat præfectus prætorio. VALES.

2, 5. *εἰ καὶ* recte scriptum esse patet. Vere enim conceditur illum *ὑπερόριον*, i. e. extra patriam passum fuisse. Cf. quæ monui ad vii. 30. (pag. 622.). HEIN.

Ib. *ἔτει πρώτῳ*] Cf. Dodwell. *dissert. Cyprian.* xi. n. 73. Pagi ad a. 304. n. xv. xvi. Ruinart. *act. mart.* p. 279. n. 10. HEIN.

3, 1. *Ἡ καθ' ἡμᾶς Θέκλα*] Non sine causa hæc verba Eusebius addidit *ἡ καθ' ἡμᾶς*. His enim verbis indicare voluit, Theclam hanc ab illa vetere Thecla quæ comes fuit Pauli apostoli, distinguendam esse. In menæo ad diem 19. Augusti hæc Thecla vocatur *ἡ Βυζιῆτις*, quod quid sibi velit nescio. Nam Thecla de qua hic agitur, Palæstinensis fuit, non ex Bizua urbe Thraciæ. Fieri tamen potest, ut Thecla cujus hoc loco meminit Eusebius, e Thracia fuerit oriunda. Neque enim omnes quorum hic martyria ab Eusebio referuntur, Palæstini fuere. Neque in hoc libro de Palæstinis martyribus agit Eusebius, sed de iis qui in Palæstina martyrium pertulerunt. VALES.

3, 2. *μετὰ τῶν ἄλλως αὐτοῖς σπουδαζομένων*] Christophorsonus legit *τῶν ἄλλων*, et in neutro genere accepit. Sic enim vertit: *Inter alia quæ magnopere ipsis in optatis erant ad contemplandum.* Ego vero in masculino genere hæc dici existimo, de bestiariis scilicet nobilioribus, quos populus summo favore prosequi solebat. Cujusmodi erat ille quem populus Constantinopoli his acclamationibus poscebat: *Crudeli bestiæ*

artifex parabolus componatur ut legitur in historia ecclesiastica. VALES.

3, 4. ἐν τούτῳ——σχῆμα γίνεται] Vid. Ruinart. *acta martyrum* p. 280. not. 15. "Diocletianus scilicet prope Nicomediam, Herculius Mediolani, cogente Galerio Maximiano, non autem sponte, uti hactenus putabatur." Cf. Lactant. de mortt. persecutt. c. xviii. sqq. HEIN.

Ib. νοσεῖν—κοινὰ vertit Valesius: et male *iterum* habere cœpit respublica. Hinc Zimmermannus ad h. l. Valesius, inquit, *legisse videtur* αὖθις. Sed quod addit V. D.: "*quod rectius procul dubio*," equidem an verum sit, dubito. HEIN.

4, 1. Μαξιμῖνος Καῖσαρ αὐτόθεν] Male Christophorsonus vertit: *Maximinus Cæsar qui suis ipsius viribus ac manu imperium occupaverat.* Quasi αὐτόθεν significaret, *per se ac suis viribus* [d]. Maximinus quidem Augustum se ipse renuntiavit, ut scribit Eusebius in lib. viii. cap. 13., Cæsar autem factus fuerat a Galerio Maximiano. Porro Eusebius hic loquitur de Maximino adhuc Cæsare, et de ejus initio, cum secundus annus persecutionis ageretur, statim post abdicationem Diocletiani et Herculii. Ait igitur Eusebius Maximinum simul atque Cæsar factus est, impietatis suæ specimen edidisse, Christianos acerbissime persequendo. Ergo αὐτόθεν idem valet atque *illico, exinde, ex eo tempore.* Ceterum Maximinus Cæsar factus est anno Christi 304. Calendis Aprilis, ut est in fastis Idatii [e]. Quod quidem cum Eusebii nostri rationibus optime consentit. Nam Eusebius scribit Maximinum post abdicationem Diocletiani Cæsarem esse factum anno secundo persecutionis, statimque quasi potentiæ suæ ostentandæ causa, Christianorum persecutionem velut de novo instaurasse. Quod tamen non de ipso anno accipiendum est, quo Cæsar factus est Maximinus. Hoc enim anno utpote rebus adhuc turbatis, nec satis

[d] Hoc loco αὐτόθεν non commode verti posse *suis viribus*, *suapte vi*, illud quidem largior Valesio. Sed si nunquam αὐτόθεν illud significare crediderit V. D., tunc errasse dicendus est. Vid. Viger. *ad Euseb. præparat. evangel.* i. 3. p. 6. C. 6. et Passow. in *Lexic.* s. v. cf. Hoogeven. et Zeunius *ad Viger. de idiott.* p. 395. Weiske *ad Longin. de subl.* xxxii. 8. p. 398. HEIN.

[e] Contra vid. Ruinart. l. l. p. 280. n. 16., qui cum Baluzio et Pagio ad a. 304. contigisse hoc putat a. 305. quo Calend. Maii Galerius Maximianus Armentarius a Diocletiano Jovio, Constantius Chlorus a Maximiano Herculio imperatores, et Severus ac Daza, qui deinde Galerius Maximinus dictus, Cæsares sint creati, quæ omnia Galerio Maximiano cogente acciderint. HEIN.

confirmato Galerii imperio, parumper quievit Maximinus. Itaque anno illo nullus in Palæstina martyr ab Eusebio memoratur. Sequenti autem anno, qui tertius fuit persecutionis, Maximinus propositis adversus Christianos edictis persecutionem instauravit, ut in hoc capite diserte testatur Eusebius. VALES. De sequenti *ἐμφύτου* vide quæ annotavi x. 9. De verbo *θεοεχθρία* cf. i. 2. (pag. 12.) Adde ii. 25. iii. 17. *θεοεχθρίας τε καὶ θεομαχίας*. Schleusner. *Lexicon N. T.* tom. i. p. 920. Lobeck. *ad Phryn.* p. 652. sq. Schäfer. *ad Dionys. H. de comp. verbor.* p. 236. sqq. HEIN.

Ib. *ἐπαπεδύετο διωγμῷ* vertit Valesius: *persecutioni—incubuit* i. e. navavit operam. Vide quæ monuit Vales. ad Eus. H. E. v. 21. (pag. 386.) Adde viii. 4. viii. 14. Ælian. V. H. ii. 30. *ἀπεδύσατο ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν*, philosophiæ studio se tradidit. ibid. xii. 1. *Ἀποδύεσθαι πρὸς ἀγῶνας* dixit Chrysostom. t. xii. p. 388. B. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 16. sqq. *ἐς θέατρα παντοδαπὰ οὐ τολμῶν ἀποδύεσθαι*. Similiter *συναποδύεσθαι* apud Athen. i. 12. *διὰ τὴν σφαιρικὴν αὐτῷ συναπεδύοντο*, cum eo certarunt. HEIN.

Ib. *τῶν προπύλων ἐπὶ θεωρίαν*] Undenam Christophorsonus interpretationem suam exsculpserit, ignoro. Sic enim vertit: *Qui quidem in festo, quo gentiles Hecatæ sacrificare solent, omnibus Cæsareæ civibus admirabile suæ in Deum pietatis exemplar proposuit contemplandum.* Græca quidem verba corrupta esse satis apparet. Sed levi mutatione locus restitui potest hoc modo: *πρὸ τῶν πυλῶν ἐπὶ θεωρίαν ἅπασι*, etc. Quam scripturam in versione nostra secuti sumus. Confirmat hanc emendationem ipse Eusebius infra, ubi dicit cadaver Apphiani martyris, quod in mare projectum fuerat, ad ipsum littus Cæsariensium appulisse juxta ipsas civitatis portas. Nec aliter scribitur in duobus MSS. Vaticanis. Nam in altero qui numero 473. prænotatur, legitur *τοῦ πρὸ πυλῶν etc.* in altero vero, qui e Scoriacensi bibliotheca descriptus est, *Ἀπφιανὸν φημὶ, τὸν πρὸ πυλῶν*. VALES. De Apphiano vid. Valesii *de vita scriptisque Euseb. Cæs. diatrib.* p. xxxviii. not. 31. HEIN.

4, 2. *Ἑλλήνων παιδείας ἕνεκα κοσμικῆς*] Jurisprudentiam et Latinæ linguæ peritiam intelligit, quæ ad honores et magi-

stratus gerendos necessariæ erant. Erat autem Beryti schola juris civilis, ut multi jam pridem observarunt ex Gregorio Thaumaturgo, Eunapio, Nonno et aliis. Hinc est igitur quod Eusebius addidit vocem κοσμικῆς. Id est, *sæcularis literaturæ.* Gregorius Nazianzenus in carmine Nicobuli ad filium, Berytum vocat:

Φοινίκης κλυτὸν ἄστυ, νόμων ἕδος Αὐσονιήων.

In Græcorum menologiis die 2. Aprilis, Amphianus cum Ædesio fratre apud Berytum a. b. Pamphilo martyre ad pietatem instructus esse memoratur. VALES.

Ib. κατὰ τὸν αἱροῦντα Χριστιανισμῷ λόγον] Hoc loco αἱροῦντα positum videtur pro πρέποντα vel προσήκοντα. Quæ locutio familiaris est Eusebio. Sic enim in fine hujus capitis, et in lib. vii. cap. 24. ex Dionysii Alexandrini libro adversus Nepotem. VALES.

4, 6. εἴ τις ἄρα Παγὰς ἐπίσταται τῆς Λυκίας] De Aragis urbe Lyciæ nihil uspiam legi. Araxa quidem Lyciæ urbs commemoratur a Ptolemæo et Stephano. Et in concilio Constantinopolitano inter episcopos provinciæ Lyciæ qui synodo subscripserunt, ultimus recensetur Theanthinus Araxenus. In synodo quoque Chalcedonensi Leontius nominatur Araxorum episcopus. In menæo Græcorum Amphianus e Lydia oriundus fuisse dicitur. VALES. Adde Ruinartum in *actt. martyrum* p. 281. n. 18. "Alias ἀρπαγὰς vel ἀραπαγὰς aut tandem ἀραγάς. Sed hæc erudito Valesio ignota (?). Forte Araxas legendum. Est quippe ejus nominis civitas episcopalis in Lycia. An Patara urbs Lyciæ celebris? Est etiam in Syria oppidum *Pagra* dictum." Et Zimmermannus ad h. l. scripsit: "Num intelligendum de *Pagris*, Cœlesyriæ oppido? v. Plin. H. N. v. 23. Dissident saltem etiam in provinciæ nomine; cf. Vales." HEIN.

4, 4. Πνεύματι θείῳ κατισχημένος] Sic in omnibus libris constantissime exaratum est, nec tamen dubito quin legendum sit κατεσχημένος, quomodo et Savilius in suo codice emendavit. VALES.

Ib. κατὰ—φιλοσοφίαν non recte puto vertisse Valesium: *præ innato philosophiæ studio seu potius cœlestis ac veræ sapien-*

tiæ amore. Est potius: secundum studium quoddam vitæ sanctæ, quo a natura ipsa, magis autem a Deo ferebatur et quod propterea erat verum. HEIN.

4, 5. Γενόμενος δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα] Symeon metaphrastes, qui Apphiani, vel ut ipse vocat, Amphiani martyrium ex Eusebio Pamphilo se descripsisse profitetur, hunc locum ita interpolavit: *Cumque nobiscum in divinarum rerum studiis versaretur, et in sacris litteris a magno martyre Pamphilo exerceretur, non vulgarem ad virtutem habitum adeptus est, ex quo sibi ad martyrii palmam aditum patefecit.* Atqui Eusebius non a Pamphilo martyre, sed a se ipso Apphianum in sacris literis institutum esse testatur. Idque verius existimo. Nam Eusebius noster longe doctior fuit quam Pamphilus. Græcorum tamen menæa et menologium a Canisio editum, cum Symeone metaphrasta consentiunt, nisi quod metaphrastes quidem Apphianum post reditum a Berytensibus studiis, cum venisset Cæsaream, illic a Pamphilo eruditum esse scribit. In menæis vero et in menologio idem Apphianus cum fratre Ædesio, Beryti a Pamphilo institutus esse dicitur, nulla Eusebii mentione facta. Adeo recentiores Græci sollicite caverunt, ne beatissimus martyr ab Eusebio Pamphilo, quem hæreticum fuisse sibi persuadebant, eruditus esse diceretur. VALES. *Apphianus*, non *Amphianus* scribendum esse, quamvis *Amphianus* scribat etiam Lippmannus in *vitis sanctorum* t. ii. p. 318., monet Danz. *de Euseb.* p. 54. not. 12. HEIN.

Ib. παρέχοντα τεκμήρια] Scribendum puto disjunctis vocibus παρέχον τὰ τεκμήρια. Refertur enim ad vocem τὸ ἐγχείρημα, quæ præcessit. VALES. Quidni παρέχοντα referri possit ad omnia quæ præcesserunt? Recte vertit ipse Valesius: *Quæ quidem* (scil. τὸ θάρσος, ἡ παρρησία, ἡ ἔνστασις, ἡ τόλμα, αὐτὸ τὸ ἐγχείρημα) *zeli divinæ religionis—argumenta sunt certissima.* Quare justo citius puto obsecutum esse Valesio Zimmermannum, παρέχον τὰ scribentem, Val. ipso παρέχοντα exhibente. HEIN.

4, 8. λίνοις—καλύψαντες] Vid. Ruinart. *acta mart.* p. 282. n. 19. "Ejusmodi tela si totum corpus operiret, dicebatur *Tunica molesta*, de qua passim antiqui. Vid. Martial. lib. x. epigr. 25." HEIN.

4, 11. τῆς παραδόξου ταύτης—θέας] Eusebium non dubitasse de veritate hujus, quod paulo post tradit, miraculi, satis, credo, docent præcedentia verba: Τὰ δ' ἐπὶ τούτοις παραχρῆμα γενόμενα——οἰκοῦντας. Nihilominus repugnat Kestner. p. 68. sq. quia Eusebius *a lectoribus certe non pro tali* (miraculo) *habitum iri*, *ipse iterum* (cf. infra c. 8.) *cauto judicio prædixerit. Nam sane*, pergit V. D., *si nexum caussalem tollis inter cædem Apphiani martyris terræque tremorem, illam mox secutum, tollis miraculum. Poterat igitur, ut narrationis suæ fidem probaret, ad totius Cæsareæ testimonium lectores provocare, neque tamen cum illum nexum caussalem nusquam concedat remque tam dubitanter enarret, illam reapse pro miraculo habuisse putandus est.*" At quomodo, quæso, inde, quod Eusebius putavit miraculum illud ingens ac stupendum non facile esse credituros, qui illud non suis ipsi oculis viderint, sequitur nexum illum caussalem, quo solo admisso manet miraculum, haud credidisse? An hoc vel leviter significat, et non potius ad ipsum finem capitis vere hunc fuisse exitum Apphiani, clare dicit? Et num de iis, quæ ante verba τὰ δ' ἐπὶ τούτοις κ. λ. miraculosa retulit, se dubitasse Eusebius indicavit? Neque vero nobis refragatur Danz. p. 55. not. 12. qui verbis: "*De rei veritate dubium movere temerarium esset: sed non minus temerarium miraculum ei adjicere: Ingeniosa enim natura, ut scribit Plinius H. N.* x. 52., *fecit miraculum*" profecto nihil sibi voluit, nisi *nos* de miraculo non recte esse cogitaturos, quia, ut statim observat V. D., *notum sit in illis oris frequentes oriri tempestates et terræ motus, eosque repentinos.* Cf. Eus. Chron. ad a. 306. HEIN.

Ib. καὶ τὸ περιέχον ἅπαν] Metaphrastes his verbis littus designari existimavit. Sic enim habet Latina ejus versio apud Lipomanum tomo vi. *Cum enim in pelagi profundum sanctum Dei hominem, lapidibus ad pedes ejus suspensis, projecissent, ingens confestim fragor et commotio atque æstus, tum ipsum mare, tum circumstans littus perturbavit, motusque maximus urbem concussit universam.* Græci tamen ea voce designare solent aërem, qui terras ambit. VALES. Metaphrastæ assensus est Danz. *de Eus.* p. 54. not. 12. Sed recte vertisse puto Valesium τὸ περιέχον *cælum.* Neque enim causa apparet, cur a consueta illius significatione recedatur. Vid. Schäfer. *melett. critt.* p. 38. cf. infra c. ix., ubi eodem modo

legitur: τοῦ περιέχοντος κατάστασις ἐνδιεινοτάτη. cf. Euseb. V. C. ii. 52. ubi plenius legitur: ὁ δὲ τὰ σύμπαντα περιέχων κόσμος i. e. *cœlum vero quod universa suo ambitu complectitur*, interprete Valesio. HEIN.

4, 12. Ξανθικοῦ—'Απριλλίων] Vid. Ruinart. l. l. n. 20.

5, 1. Διὸ μοὶ δοκεῖ ἐν τοῖς, *etc.*] Id est: *quamvis Ulpianus non in Palæstina passus sit, sed in Phœnice, tamen quia eodem tempore eodemque supplicio quo Apphianus exstinctus est, non absurde hoc loco mentionem ejus fecimus.* Apparet igitur ex his verbis, Eusebium in hoc libro solos provinciæ Palæstinæ martyres retulisse. VALES.

Ib. ὁμοπάτριος ἀδελφός] In menæo Græcorum ad diem secundum Aprilis, Ædesius frater uterinus Apphiani martyris appellatur. VALES. Cf. Ruinart. l. l. p. 336. sq. HEIN.

Ib. ἐν τρίβωνος σχήματι] Constat eos Christianos qui severiorem quandam vitæ disciplinam sectabantur, pallio philosophico indui esse solitos. Vid. Salmasius *ad Tertullian. de pallio* p. 65. sq. "In primis sciendum est, pallium illud, quod quidam ex Christianis tunc gessere, et propter quod γραικοὶ ἐπιθέται per convitium vulgo dicebantur, non fuisse Græcorum commune pallium, sed proprium ac peculiare philosophorum. Τρίβων et τριβώνιον vocabatur, quæ vox vilem usuque detritam vestem sonat. Unde et τριβωνοφόροι philosophi dicti. Quemadmodum autem Græci generis haud alii ferme τρίβωνα sive pallium soliti erant usurpare, quam qui philosophos profiterentur, sic inter Christianos habitum illum philosophicum, hoc est pallium, nemo tunc temporis usurpavit, nisi qui Christianum vere philosophum agere vellet. Nam qui disciplinæ Christianæ diligentissimos et exactissimos cultores præstare volebant in omnibus, hi Christiani philosophi erant, et dicebantur." Ibid. p. 75. "Euseb. lib. iv. hist. eccl. cap. xi. de Justino martyre hæc scribit: Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε 'Ιουστῖνος ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν. Hoc peculiare in illo notat, quod sub philosophi habitu verbum Dei prædicaverit, et scriptis defenderit; non omnes igitur eo habitu Christiani. Hieronymus similiter de Aristide philosopho ad Christi fidem converso, in catalogo virorum illustrium: *Aristides philosophus Atheniensis, et sub*

pristino habitu discipulus Christi.——qui locus etiam manifesto indicio est, vulgus Christianorum non fuisse palliatum. Ex his omnibus facile constat, peculiarem et proprium Christianorum omnium habitum non fuisse pallium, sed tantum ascetarum." Neque vero, ut ipse Salmasius l. l. statim addit, soli clerici sed etiam laici propter ἄσκησιν pallium gestarunt. Tenendum etiam, non omnes ἀσκητὰς vestem mutasse et pallium induisse. Vid. Salmasius ibid. p. 77. "Ut victu, sic et vestitu durissimam, ut ait ille, viam commeabant. Atque hi sunt qui nudipedalia sibi omni tempore indicebant, ut de Heracla presbytero narrat Eusebius (H. E. vi. 3.) quique humillima et vilissima veste, qualis erat τρίβων philosophorum, contecti contentique agebant. Sed totum hoc ut diximus arbitrarium erat, nec idem mos omnium, præsertim circa vestitum, ascetarum. Nam tametsi ut plurimum, parem cum Græcis philosophum amictum gererent, scribit tam Socrates (H. E. vii. 37.) Silvanum Rhetorem licet ἀσκητὴν καὶ ἀκριβῶς Χριστιανίζειν ἐσπουδακότα, minime vestem mutasse, nec τρίβωνα sumpsisse. Apud Eusebium lib. vi. cap. xx. hist. Eccles. verbis Origenis scriptum habetur, Heraclam presbyterum, unum ex omnibus ἀσκητικώτατον, diu in veste communi durasse, nec nisi admodum sero eam posuisse, assumpto philosophi habitu, præ studio Græcarum literarum, quibus impense deditus et addictus erat. Verba Origenis: διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος ἀποδυσάμενος, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ, βιβλία τε ἑλλήνων κατὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν." De voce τρίβων vide quæ præterea monuit idem Salmasius l. l. p. 90. Ad rem adde Euseb. H. E. vi. 19. (p. 474.) de martyr. Palæstin. c. xi. HEIN.

5, 2. καὶ αὐτὸ παρθένους] In codice Medic. Fuket. et Mazar. legitur una voce αὐτοπαρθένους, optime ut equidem judico. Sic enim vocat Eusebius Christianas virgines, quæ sponte virginitatem suam Deo devoverant, quas Latini *devotas* vocabant. Ita enim Ausonius aliique eas appellant. VALES.

Ib. τὸν δικαστὴν αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ περιβαλών] Hujus loci explicatio ex menæo Græcorum petenda est, in quo Ædesius Hieroclem præfectum Ægypti in Christianos sævientem, pugno dicitur percussisse. Ὁ δὲ Αἰδέσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον, τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις ταλαιπωρούμενος, ἐπειδὴ τὸν

ἄρχοντα Ἱεροκλέα τιμωρούμενον τοὺς Χριστιανοὺς ἐθεάσατο, ἑαυτοῦ ἀφειδήσας, αὐτοχείρως τὸν ἄρχοντα ἔτυψεν. Quare in hoc Eusebii loco ἀτιμία quidem designat verbera quibus judex affectus est ab Ædesio, αἰσχύνη vero denotat convicia, quibus Ædesius judicem ipsum appetiit. Utrumque autem indicat Eusebius his verbis: λόγοις τε καὶ ἔργοις τὸν δικαστὴν etc. De Hierocle autem præfecto Ægypti qui innumeris Christianorum cædibus nobilitatus est, loquuntur Epiphanius et Lactantius. Hic est Hierocles adversus quem Eusebius noster librum scripsit. Porro hunc Eusebii nostri locum metaphrastes eodem prorsus modo explicuit: *Post hanc*, inquit, *calamitatem, incidit in Hieroclem, qui totam Ægyptum administrabat. Hunc cum in Dei martyres injuria sævientem animadvertisset, sanctasque Dei virgines tradentem lenonibus, nec tantam iniquitatem perferre posset, simile fraterno facinus aggreditur. Namque divino repletus zelo procedit, et verbis ac factis Hieroclem confundit. Manu enim sua plagas illi in os infligit, humique supinum prosternit et cædit, ac monet, ne audeat contra naturæ leges, Dei servos offendere.* VALES.

6, 1. Κατὰ—ἡμέραν] Dodwell. *dissert. Cyp.* xi. n. 78. existimat Maximinum, utpote a Diocletiano Cæsarem constitutum, hujus natalem tanquam suum celebrasse. Diocletiani enim natalis imperii, ut dicitur, erat xii. Cal. Decembr. teste Lactant. de mort. persecc. xvii. 1. HEIN.

6, 2. ἐντέχνοις τισὶ σωμασκίαις] Pantomimos intelligit et pegmatarios, et contigeros, et funambulos, aliorumque id genus miraculorum artifices, qui a magnificis quibusque editoribus populo exhibebantur, ut docet Claudianus in libro de consulatu Theodori. VALES.

Ib. ψυχαγωγίας gravius ac fortius vocabulum, quam quod paulo ante legitur, θυμηδίας. De illo vide quæ docte disputarunt Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 20. sq. τοὺς ἀκούοντας ψυχαγωγήσαντες Valckenar. *ad Euripid. Hippol.* p. 222. Krebs. *ad Plutarch. de audiendd. poëtt.* p. 115. 119. ed. ii. cf. Cuper. *observ.* ii. 14. Eustathius ad Homer. Odyss. iv. 567. ἐν τῷ ἀναψύχειν σημείωσαι, ὅτι οὐ μόνον γόνιμον οἴεταί που τὸν Ζέφυρον ὁ ποιητὴς καὶ πολύκαρπον (scripsit enim Homerus: ἀεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας Ὠκέανος ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. cf. Odyss. vii. 119.),——ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπίπνοιαν ζωτι-

κὴν συντελεῖ. Οὕτω δὲ καὶ βορρᾶς ἐζώγρει που τὸν Ἕκτορα λειποθυμοῦντα (Iliad. v. 698.), ἐπανάγων αὐτῷ τὴν ψυχὴν, ὅπερ ἐστὶν, ἀναψύχων, ταὐτὸν δέ πως εἰπεῖν, ψυχαγωγῶν. Xenoph. Memorr. iii. 10. 6. ὃ δὲ μάλιστα ψυχαγωγεῖ διὰ τῆς ὄψεως τοὺς ἀνθρώπους κ. λ. pro quo paulo post legitur: οὐ ποιεῖ τινα τέρψιν τοῖς θεωμένοις. Cf. Sturz. *Lexic. Xenoph.* s. v. ψυχαγωγεῖν et quæ ipse annotavi ad Euseb. H. E. ii. 17. (p. 100. sq.) Eodem modo et in bonam ac malam partem usurpatur ἐπαγωγὸς, *anziehend.* Vid. Philostrat. Icon. ii. p. 842. καὶ μειδιᾷ πανὺ ἐπαγωγόν. Schäfer. *ad Dionys. H. de compos. verb.* p. 204. "Ἐπαγωγὸς est δεινὸς ἐπάγειν, quæ significatio non protrita. Sic Æschylus ap. Strabonem t. iv. p. 192. μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν. Thomas Mag. p. 331. ἐπαγωγὸς οὐ μόνον ὁ ἕλκων εἰς εὔνοιαν,—ἀλλὰ καὶ ὁ κομιστής. Vulgari significatione Dionysius de Isocr. p. 541. R. καίτοι γε ἀνθηρός ἐστιν, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ ἐπαγωγὸς ἡδονῇ τῶν ἀκροωμένων Ἰσοκράτης, quomodo Heliodorus p. 92. Cor. Αἰγύπτιων γὰρ ἄκουσμα καὶ διήγημα πᾶν Ἑλληνικῆς ἀκοῆς ἐπαγωγότατον." Cf. Wyttenbach. *epist. crit. ad Dav. Ruhnk.* p. 265. ed. Lips. et Hemsterhuis. *ad Aristoph. Plut.* p. 58. a. Schäfer. l. l. p. 33. sq. Ταῦτ' ὅτι μὲν ἐπάγεται καὶ κηλεῖ τὰς ἀκοὰς κ. λ. ibid. p. 120. Τίς γὰρ ἔστιν, ὃς οὐχ ὑπὸ μὲν ταύτης τῆς μελῳδίας ἄγεται καὶ γοητεύεται, ὑφ' ἑτέρας δέ τινος οὐδὲν πάσχει τοιοῦτον; Weiske *ad Longin. de sublim.* xxx. 1. p. 378. Neque male Theodoret. tom. iii. p. 453. ed. Halens. παραμύθιον ἀγάπης Philipp. ii. 1. interpretari videtur ἀγάπης ψυχαγωγίαν amoris *blandimentum.* vid. Morus *ad Longin.* iv. 7. p. 253. ed. Weisk. Similiter προσάγειν dicitur. vid. Toup. *ad Longin.* x. 1. p. 287. Totam vero ῥῆσιν h. l. non male vertit Valesius ita: partim hominum, qui exercitatis ante corporibus stupenda *exhibentes artis suæ specimina* spectatores *mirabili voluptate oblectabant.* Ἐνδεικνυμένων enim eodem modo quo alias ἐπιδεικνύναι dictum est de iis, qui suam qualiscunque artis et disciplinæ peritiam vel quamcumque aliam rem ambitiosius ostentant, de quo verbi usu videatur idem Spanhem. l. l. p. 15. sq. cf. Voigtländer. *ad Lucian. diall. mortt.* xxiv. p. 127. not. e. HEIN.

6, 2. ὁ δεύτερος] Olim legendum putabam δευτέρῳ ἔτει. Sic enim Eusebius supra in cap. 3. Sed vulgata lectio ferri potest. Hic enim Agapius secundus dicitur, ad discrimen

prioris Agapii qui ante biennium passus fuerat, de quo Eusebius loquitur in dicto capite. VALES.

6, 3. τοῦ δεσμωτηρίου τρίτον] Corruptus et mutilus est hic locus. Nec male Christophorsonus legit δεσμωτηρίου ἐξαχθείς. Verum ego lineam integram hic omissam esse existimo, quam ita suppleo: ἐξαχθεὶς, ἐν ᾧ κατείχετο ἔτος ἤδη τὸ τρίτον, *etc.* Conjectus fuerat in carcerem Agapius anno 2. persecutionis ineunte. Tertium jam ergo annum agebat in vinculis. VALES. Tot ambagibus ad locum sanandum equidem non opus esse puto. Conjicio scribendum esse ἄλλοτ' ἐκ δεσμωτηρίου vel ἄλλοθι δ., ut apud Homerum legitur ἄλλοθι γαίης, ἄλλοθι πάτρης, i. e. procul a patria. Prius tamen mihi magis placet, quia illi ἄλλοτε—ἐμπομπεύσας opponitur in sequentibus τότε δὴ βασιλέως ἐπιπαρόντος ἤγετο. Quanquam fortasse vel nudum δεσμωτηρίου ferri possit. Vid. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* §. 331. p. 640. §. 354. β. δ. ζ. p. 666. sqq. Sed illud etiam h. l. notandum est, verbum ἐμπομπεύειν intransitive positum esse. An legendum ἐκπομπεύσας? HEIN.

Ib. ἅμα κακούργοις ἐμπομπεύσας τῷ σταδίῳ] De hoc more noxios qui ad ferrum vel ad bestias damnati erant, per arenam traducendi, supra notavi ad librum v. ubi de Attalo. VALES.

7, 1. Τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως] In actis MS. passionis b. Theodosiæ, non die paschæ passa esse dicitur, sed tantum die dominico. VALES. Cf. Ruinart. *acta martyr.* p. 204. n. 25. HEIN.

Ib. πρὸ τοῦ δικαστηρίου] Christophorsonus vertit *ante tribunal considentibus*, quod non probo. Ego *ante prætorium* malui vertere. Nam vincti illi ante fores prætorii stabant, donec præses, cui exhibendi erant, ad tribunal venisset. Quæ explicatio plane confirmatur sequentibus verbis. VALES.

7, 3. Φαινώ] De hac urbe vide quæ scripsit Euseb. de locis Hebraicis: Φινῶν ἣν κατῴκησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῦ ἐρήμου· ἣν δὲ καὶ πόλις Ἐδώμ· αὕτη ἐστι Φαινῶν, ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη πέτρας πόλεως καὶ Ζουρῶν. Athanas hist. Arian. p. 380. ubi dicitur rogatum esse ut Eutychius ad metalla mitteretur et quidem μέταλλον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ Φαινῶ, ἔνθα καὶ φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις δύναται ζῆσαι. Hoc animadvertit Readingus ad h. l. HEIN.

7, 3. *τοὺς ἀμφὶ Σιλβανόν*] Cf. Ruinart. *act. m.* p. 284. n. 26. HEIN.

Ib. *πρεσβύτερον ὁμολογήσαντα*] Non dubito quin scribendum sit *ὁμολογήσαντας*. Sic enim construenda hæc verba: *τοὺς ἀμφὶ Σιλβανὸν ὁμολογήσαντας*. VALES. Ego an scribendum *ὁμολογήσαντας*, dubito. Maluit enim probabiliter *ὁμολογήσαντα* scribere et ad solum Silvanum illud referre Eusebius, quo facilius annecteretur sequens *ὅν*. Verba autem *γενναιοτάτην—ἐπιδειξαμένους*, satis docent, constantiam Silvani non minus ostendisse *τοὺς ἀμφὶ αὐτόν*. HEIN.

7, 5. *μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ*] Vide cap. 8. ex quo discimus eos qui sententia judicis ad hujusmodi certamina condemnati fuerant, traditos esse procuratoribus Cæsaris, qui eos quotidianis proludiis exercebant, ut in arenam quandoque produci possent. VALES.

7, 7. *θεία μετῆλθεν δίκη*] Post hæc verba punctum locandum est, non vero post *ἀθρόως οὕτως*, licet manuscripti codices vulgatam interpunctionem confirment. VALES.

Ib. *ἐφ' ᾧ—ἐφρυάττετο*] Vid. *Excursus* xiv. De formis quæ paulo ante leguntur, *καταχεάμενος* et *καταχέασα* vid. Maittaire *de Græc. ling. diall.* p. 64. C. ed. Sturz. De constructione (*ἐπὶ τῶν—τεθηπότων καταχέασα*) cf. vii. 21. (pag. 583. sq.) HEIN.

7, 8. *ὁδοῦ πάρεργον* i. q. *ὡς ἐν παροδῷ*, *obiter*. Cf. Euseb. V. C. i. 27. *πάρεργον θανάτου* Passow. *Lexic.* s. v. *ὁδὸς* et *πάρεργον*. et nos indic. verb. h. v. HEIN.

8, 1. *Πρὸ τούτου*] Male Christophorsonus hæc verba *πρὸ τούτου* retulit ad vocem *καλούμενον*. Sic enim vertit: *in loco Porphyrite appellato, qui jam antea ex vena lapidis quæ ibi nascitur, nomen duxerat.* Atqui *πρὸ τούτου* refertur ad vocem *εἶχε*. VALES.

8, 3. *ἐπιτρόποις*] Intelligo procuratores familiæ gladiatoriæ ac ludi matutini, quorum mentio in vetustis inscriptionibus. Hi enim curam habebant gladiatorum fiscalium, eisque annonas ex fisco præbebant. VALES.

8, 4. *ἐπὶ τῇ τῶν θείων ἀναγνωσμάτων συγκροτήσει*] Christophorsonus presbyteros ac diaconos intellexit, qui populum ad audiendas sacræ scripturæ lectiones collegerant, quod quidem in privatis ædibus tunc fieri necesse erat. Dirutis enim ec-

clesiis et oratoriis, Christiani non nisi in privatis domibus conventus habere poterant. VALES.

8, 5. εὐτελῆς, i. e. *vilis*. Vide de hac voce Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 53. sq. Ælian. V. H. ii. 2. xii. 52. Plat. Crit. c. iv. HEIN.

8, 6. καὶ τὰ εἰς αὐτόν] Dictum videtur pro τὰ ἐν αὐτῷ. Thus videlicet et acerram intelligit, et alia ejusmodi quæ super aram imponebantur. Possent etiam deleri verba illa τὰ εἰς, ut intelligatur martyr aram ipsam utpote tumultuario opere ex tabulis ligneis fabricatam, cum igne et thuribulo imposito subvertisse. VALES.

8, 8. τούτων ἡ μὲν προτέρα τῆς Γαζαίων χώρας ἐλέγετο] Desideratur hujus virginis nomen, quod quidem magnopere dolendum est. Sed hanc lacunam supplebimus ex menologio Græcorum, in quo ita scribitur die 15. Julii: *Eodem die ss. martyrum Valentinæ et Theæ, quæ fuerunt ex Ægypto ad urbem Diocæsaream deductæ, et Firmiliano judici oblatæ, Christi veri Dei nostri confessæ nomen, sinistris pedibus combustis et dexteris oculis effossis, gladio et igne consummatæ sunt.* Quæ tamen narratio non convenit cum Eusebii nostri narratione. Neque enim Eusebius eas in Ægypto comprehensas esse dicit, sed alteram Gazæ captam esse memorat, alteram vero Cæsareæ, Valentinam nomine. Sed neque sinistros pedes candenti ferro debilitatos, aut dextros oculos eis effossos esse dicit. VALES.

8, 9. τὰς——καταλλαγάς] Valesius vertit: *pro universa Christianorum gente preces ad Deum fudit, orans, ut iisdem reconciliari vellet.* Cf. Index verborum s. v. πρυτανεύειν. HEIN.

Ib. εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν αὐτούς] Malim scribere αὐτοῦ, supple τοῦ Θεοῦ. Nostri tamen codices nihil mutant. VALES.

Ib. αὐτὸς ἑαυτὸν] De hujus Pauli martyrio mentio fit etiam in menologio, die 15. mensis Julii. VALES.

9, 1. Ἐπειδὴ τοῖς τοσούτοις] Delevi comma post λωφησάσης, cum hæc ipsa vox arctissime cohæreat cum τῆς τοῦ διωγμοῦ πυρκαϊᾶς, i. e. cum persecutionis incendium *imminui* jam cœpisset, ut recte vertit Val. Proprie λωφᾷν teste Hesychio de animalibus dictum significat ἀπὸ τοῦ τραχήλου τὸ ἄχθος ἀποθέσθαι, unde jungitur etiam genitivo ut sit: *ab aliqua re requiescere.* Sed h. l. absolute positum et remota imagine nihil est nisi παύεσθαι, λήγειν quemadmodum utitur noster

verbo supra vii. 4. viii. 17. init. cf. Apollon. Lexic. Homer. p. 443. ed. Toll. Plutarch. M. Crassus c. xiv. ἡ φιλοπλουτία—— οὐκ ἀνῆκεν οὐδ' ἐλώφησε. Plura suppeditat Etymol. M. et Dorville *ad Chariton*. p. 416. cf. Valckenar. *diatribe in Eur. perditt. dramm. reliqq.* xi. p. 126. HEIN.

Ib. μικρόν—ἀέρος vertit Val.: *et puriore, quod aiunt, aura fruituri essemus.* HEIN.

9, 2. ὁ τῶν στρατοπέδων ἄρχειν ἐπιτεταγμένος] Præfectum prætorii intelligo. Nam præfecti prætorio tunc temporis rem militarem curabant. Certe quæ sequuntur verba satis indicant de præfecto prætorio hic agi. Subjicit enim Eusebius de edictis et jussionibus datis ad curatores et magistratus ac tabularios singularum civitatum. Solus autem præfectus prætorio hujusmodi edicta emittebat, ut innumeris exemplis probari potest. Vide librum ix. cap. 1. et 9. ubi de Sabino præfecto prætorii Maximini scribit Eusebius. Porro monendus est lector, in tribus nostris codicibus Mazar. Medic. et Fuk. hunc locum ita scribi: καὶ πρὸς ἔτι ὁ τοῦ τῶν στρατόπεδων ἄρχειν ἐπιτεταγμένος. Sic etiam scribitur in antiquissimo codice Vaticano. Unde suspicari quis possit legendum hic esse ὁ τοῦ στρατοπέδου ἄρχειν ἐπιτεταγμένος, ut στρατόπεδον sumatur pro prætorio seu aula principis. Certe hæc lectio et emendatio mihi valde arridet. Si quis tamen de duce rei militaris locum hunc intelligere voluerit, non magnopere repugnabo. Certe si de præfecto prætorio loqueretur Eusebius, eum priore loco et ante præsides provinciæ nominasset. Igitur τοῦ τῶν στρατοπέδων ἄρχειν ἐπιτεταγμένος, idem valet ac τινὸς τῶν στρατοπέδων, verbi gratia, dux militum Palæstinæ. Huic enim, ut opinor, mandata est a Maximino executio imperialis edicti. Vid. lib. ix. cap. 5. ubi τοῦ positum esse videtur pro αὐτοῦ, supple Μαξιμίνου. VALES. Plura h. l. proposuit Valesius, in quibus equidem neutiquam acquiesco. Primum non video, quomodo ex lectione codd. Maz. Med. Fuk. Vatic. suspicari quisquam possit legendum esse ὁ τοῦ στρατοπέδου ἄρχειν ἐπιτεταγμένος, deinde satis levis est ratio, quam inde petit V. D., quod præfectum prætorii priori loco posuisset Eusebius, cum satis constet, quanta inconstantia soleant omnis fere ætatis scriptores hoc in genere versari, denique τοῦ pro τινὸς et αὐτοῦ vel h. l. vel infra ix. 5. positum esse, vix cuiquam Val. persuadebit. Cf. Hermann. *ad Vig.* p.

703. 28. b. Imo τοῦ—ἄρχειν pendet ex verbo ἐπιτεταγμένος, quæ constructio verbi ἐπιτάσσειν quia est paulo rarior (cf. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 674. in.) facile τοῦ poterat a librariis omitti. Quare non dubitavi exhibere lectionem optimorum codd., quamvis Val. lectionem ὁ τῶν στ. ἀ. ἐ. retinuerit Zimmermannus. HEIN.

Ib. καὶ ταβουλλαρίοις] De his tabulariis multa notavi ad lib. xxviii. Amm. Marcellini pag. 348. Horum mentio fit in lege 18. D. de muneribus et hon. VALES. Ad locum Ammiani Valesius commentatus est hæc: *Tabularius præsidialis officii is est, qui tabulas publicas civitatum, et rei tributariæ rationes tractat. Hi cum antea Numerarii dicerentur, Valens legem tulit, ut posthac tabularii dicerentur, lege* 9. *cod. Th. de Numerariis. Nec multo post Theodosius duos in singulis provinciis tabularios collocari præcepit, quorum ad alterum fiscalis arcæ ratiocinia, ad alterum largitionales tituli pertinerent, lege* 12. *eodem tit. lege* 30. *de susceptoribus.*——*Videntur tamen tabularii civitatum et provinciarum distincti fuisse a tabulariis præsidum: et ad eos spectat titulus in cod. Th. de tabulariis, et lex* 1. *de exaction. et gesta purgationis Cæciliani, et vetus inscriptio: Tabularius Lusitaniæ et Vettoniæ.* Cf. ibid. xxxi. 6. not. d. ubi tamen falso citatur: lib. viii. Hist. Eccl. cap. 19. cf. Suicer. tom. ii. p. 1229. sq. De logistis et strategis vid. Eus. H. E. viii. 11. (pag. 676. sq.) HEIN.

9, 4. μηδὲ βασάνοις αὐτοὺς αἰκισάμενος] Id utpote novum atque inusitatum notat Eusebius, non quo Firmiliani præsidis clementiam laudet, qui martyres tormentis afficere noluerit, sed potius ut præcipitem hominis iracundiam ostendat, qui martyres a quibus lacessitus fuerat et confutatus, statim duci ad mortem præceperit, nullis prius tormentis excruciatos, sicut mos erat. Solebant quippe judices Romani his quasi proludiis exercere martyres Christi, ne fortissimi athletæ simplici morte defungerentur. Nec vero solis Christi martyribus id facere consueverant, sed generaliter quoties graviorum criminum rei in judicium erant deducti, primum de his quæstio habebatur. Ac tametsi reus crimen confessus fuisset, non statim judex a cognitione cessabat. Verum insuper consequentia exigebat, quoties verbi gratia eadem egisset, quibus telis, quibus in locis: quæstionem deinde in socios et conscios criminis por-

rigebat, ut docet Tertullianus in libro ad nationes et in apologetici capite secundo. VALES.

9, 5. Τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος ἦν, Ἀντωνῖνος ὄνομα] In menologio Græcorum hic Antonius dicitur, et præter Zebinam ac Germanum quartus illis socius additur Nicephorus. Ita enim in eo scribitur 12. die mensis Novembris: *natalis sanctorum martyrum Antonii et sociorum, qui fuerunt sub Maximino imp., Antonius ætate provectior, Nicephorus vero, Zebinas et Germanus juvenili vigore florentes. Comprehensi vero apud Cæsaream et Christum libere confessi, obtruncati sunt.* Ubi vides auctorem menologii verba illa Eusebii ὁ μὲν πρεσβύτερος, de ætate accepisse, non autem de sacerdotio. VALES.

Ib. Ἐνναθάς] In Græcorum menologio non Ennathas vocatur hæc virgo, sed Manatho. VALES. Cf. Ruinart. *act. mart.* p. 287. n. 33. HEIN.

Ib. στέμμασι] Magis placet στέμματι. Intelligit enim Eusebius mitellam e lana purpurea, quod signum erat professæ virginitatis, ut ait Optatus in libro vi. *Jam illud quam stultum, quam vanum, quod ad voluntatem et quasi ad dignitatem vestram revocare voluistis, ut virgines Christi agerent pœnitentiam, ut jamdudum professæ signa voluntatis capitibus, postea vobis jubentibus immutarent, ut mitellas aureas projicerent, alias acciperent.* Et paulo post: *nudastis capita jam velata, de quibus professionis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inventa.* Idem Optatus eas purpureas ex lana fuisse testatur his verbis: *nec ulla sunt præcepta conjuncta, vel de qua lana mitella fieret, aut de qua purpura tingeretur.* Eodem referendus est locus ex passione Saturnini et Dativi, ubi de Victoria virgine hæc leguntur: *ad ecclesiam confugit, ibi consecrati Deo dicatique capitis sacratissimum crinem inconcusso pudore servavit.* Hieronymus in epistola ad Sabinianum: *Moris est in Ægypti et Syriæ monasteriis, ut tam virgo quam vidua, quæ se Deo voverint, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum, non intecto postea, contra apostoli voluntatem, incessuræ capite, sed ligato pariter ac velato.* VALES. Adde Baronium in *notis ad martyrolog. Roman.* die 7. Maii. HEIN.

9, 6. ἃς ἐπήγαγεν] Vel delendum est verbum ἐτόλμα quod mox sequitur, vel sane scribendum est ἃς ἐπαγαγεῖν. Sed neque hoc modo satis cohæret oratio. Ac fortasse verba illa

quæ sequuntur *οὗτος μέν γε* usque ad *περὶ πολλοῦ ποιεῖται*, per parenthesim legenda sunt. VALES. Quartam qua locus possit sanari, rationem proposuit Zimmermannus ad h. l. qui: "*At*," inquit, "*locus sanari potest transponendo v. ἐτόλμα post ἐξουσίας, ita ut verba οὐδὲ μετὰ γνώμης τῆς μείζονος ἐξουσίας ἐτόλμα per parenthesin legantur*." Mihi neque Valesii conjecturis, quarum duæ priores satis duræ et difficiles, tertia vana et inutilis, cum ea adscita oratio aperte claudicet, et desit deinde quod cum *ἐτόλμα* conjungas, opus videtur, nec Zimmermanni sententia valde placet, cum vox *ἐτόλμα* ad illa *οὐδὲ μετὰ* ——*ἐξουσίας* non bene quadret. Dicendum enim erat potius, si quid video: *καὶ ἄνευ γνώμης τῆς μείζονος ἐ. ἐτόλμα*, cum si *μετὰ γνώμης μείζονος* egisset ille Maxys, deinde nihil esset, quod *τολμᾷν* dici potuisset. Sed locum minime sollicitandum puto. Facile enim, credo, posse intelligi, Eusebium ipsum in sequentibus addidisse verba *περὶ πολλοῦ ποιεῖται* non minus quam verba *οὗτος μέν γε* ad orationis quasi filum pluribus verbis interjectis abruptum retexendum. Quodsi pro *περὶ πολλοῦ ποιεῖται* iterum posuisset *ἐτόλμα*, res esset magis etiam perspicua et manifesta, quæ tamen vel sic satis potest cognosci. HEIN.

Ib. *Μάξυς*] Cf. Ruinart. l. l. n. 35. "Hæc vox Græca non est. An a Syris repetenda, apud quos *mochos* est publicanus, a radice *casas* increpare?" HEIN.

9, 7. *ὃς καὶ τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας*] Scribendum puto *ὃς τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας καὶ τὴν κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύτταν*. Atque ita Savilius ad oram sui codicis emendarat. Posset etiam hic locus commode sic emendari: *ὃς καὶ τὸ ἀπάνθρωπον ἐπιτείνας, τῇ κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύττᾳ πέρα τῶν τῆς φύσεως προῄει θεσμῶν*, vel quod idem est, *διὰ τὴν κατὰ τῶν θεοσεβῶν λύτταν*. VALES. Ad verba sequentia *πέρα τῶν τῆς φύσεως προῄει θεσμῶν, οὐδὲ ταφῆς αἰδούμενος ἀψύχοις φθονῆσαι τοῖς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν σώμασι* vid. quæ annotavi ad Euseb. H. E. vii. 22. (pag. 591. sqq.) Adde Herald. *ad Arnob. advers. gentt.* iv. 36. P. ii. p. 259. sq. ed. Orell. Homer. Odyss. iii. 256. sqq.

> εἰ ζώοντ' Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτετμεν
> Ἀτρείδης, Τροίηθεν ἰών, ξανθὸς Μενέλαος·
> τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
> ἀλλ' ἄρα τόνγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν,
> κείμενον ἐν πεδίῳ ἑκὰς Ἄργεος· οὐδέ κέ τις μιν
> κλαῦσεν Ἀχαϊάδων· μάλα γὰρ μέγα μήσατο ἔργον.

Hinc cum vel gentiles summum crederent esse dedecus et malum, insepultum relinqui, inter Athenienses inprimis sacrilegi et proditores hac pœna afficiebantur. Vid. Xenoph. Hellen. i. 7. 23. *κατὰ τοῦτον τὸν νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ προδόταις——κατακριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι.* Sed neque illud tacendum est, alios populos a feris laniari non solum non reformidasse, sed adeo in honore habuisse, teste Cicer. Tusc. Qu. i. 45. *Magorum mos est, non humare corpora suorum, nisi a feris sint laniata. In Hyrcania plebs publica alit canes, optimates, domesticos: nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur, eamque optimam illi censent esse sepulturam.* Cf. Kœppen. et Ruhkopf. *ad Homer. Iliad.* i. 4. vol. i. p. 10. sq. HEIN.

9, 9. *Αἰθρία ἦν καὶ λαμπρὸς ἀὴρ*] Vid. Polluc. v. 18. 109. p. 538. ed. Hemsterh. (*Χωρίον ἐρεῖς*) *αἴθριον, ἀνέφελον, ἐν καθαρῷ ἀέρι διακείμενον, ἀναπεπταμένῳ ἀέρι, φαιδρῷ, κουφῷ, ἐλαφρῷ διαφανεῖ, ἐλευθέρῳ, λαμπρῷ, διαυγεῖ.* Salmasius *ad Tertullian. de pallio* p. 137. sq. HEIN.

9, 10. *λίθους καὶ τὴν ἄψυχον ὕλην ἐπικλαῦσαι τοῖς γεγενημένοις*] Ingens sane et stupendum miraculum, quo ipsi lapides et res vita carentes, cum eam qua in Christianos desæviebatur, immanitatem non possent ferre, ad duras et veluti ferreas hominum mentes molliendas misericordiæ sensu tacti, ob ea quæ gesta erant, lacrymas fuderint! Cf. verba *δακρῦσαι τὴν γῆν ἀρρήτῳ λόγῳ*, i. e. miro et inexplicabili modo, ut vertit Vales. Quæ quidem Eusebius cum multis aliis facile haud dubie inde sibi persuasit, quod columnas quibus publica urbis porticus sustentabantur, *quasdam velut lacrymarum guttas* stillare conspexissent eædemque *repente* et *nescio unde* ortæ essent. Vide supra *Αἰθρία ἦν——δακρύων τινὰ τρόπον——οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν ὕδατι ῥαντισθεῖσαι καθυγραίνοντο.* Confirmabant nostrum in opinione sua fortasse loci N. T. Luc. xix. 40. *λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται*, et Rom. viii. 9. Cf. Paulus *Commentar über das N. T.* tom. ii. p. 532. tom. iii. p. 148. Eodem modo nec Constantinus magnus dubitabat, quin propter dirissima martyrum tormenta et supplicia ipsa *ἄψυχος ὕλη* reapse luxerit et ipsius naturæ facies vere fuerit mutata. Ita enim ille in oratione quam ad universos provin-

ciales de errore cultus pagani misit, teste Euseb. V. C. ii. 53. scripsit: *τοτηνικαῦτα ἐδάκρυε μὲν ἀναμφιβόλως ἡ γῆ· ὁ δὲ τὰ σύμπαντα περιέχων κόσμος, τῷ λύθρῳ χραινόμενος, ἀπεκλάετο.* Quæ ne improprie et simili modo dicta existimes, quo Homer. Il. xix. 362. sq. canit:

> *αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν*
> *χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς·*

coll. Hymn. in Cerer. v. 14. Apollon. iv. 1171. Horat. carm. iv. 11. 5. Lennep. *ad Phalar.* p. 308. Erasmi *Chiliadd. s. sanguine flere*, Arnob. advers. gentes, i. 33. P. i. p. 22. ed. Orell., si nihil aliud, plane impediunt verba statim sequentia: *ἥ γε μὴν ἡμέρα αὐτὴ, τῷ πένθει τοῦ θαύματος ἐνεκαλύπτετο*, i. e. ipsa quoque diei lux, *præ luctu atque horrore tanti prodigii* obscurata est, ut recte vertit Val. Et ne in eadem qua Eusebium, opinione fuisse etiam Constantinum, vel leviter dubites, audi istum plura quæ ad hoc genus spectant, in orat. ad sanctt. cœt. c. xi. ext. declamantem. Ibi enim: *Οὐ μὴν*, inquit, *οὐδὲ ὁ προσεχὴς τοῦ παθήματος* (Christi) *καιρὸς τῶν θαυμαστῶν ἐκείνων θεαμάτων ἀλλότριος ἦν, ἡνίκα νύκτες ἡμερινὸν φῶς ἐπικαλύπτουσαι, τὸν ἥλιον ἠφάνιζον. Κατειλήφει γὰρ δέος τοὺς πανταχοῦ δήμους, τὴν τῶν πάντων πραγμάτων συντέλειαν ἥκειν, καὶ χάος αὖθις, οἷον τὸ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου διατάξεως ἐπικρατήσειν· ἐζητεῖτο δὲ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ τηλικούτου κακοῦ, καὶ εἴ τι πλημμελὲς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ θεῖον γένοιτο, ἕως ὅτε ἠπίῳ μεγαλοψυχίᾳ τῆς τῶν ἀσεβῶν ὕβρεως ὑπερφρονήσας ἀποκαθίστη τὸν οὐρανὸν σύμπαντα τῇ τῶν ἄστρων κατακοσμῶν χορείᾳ* (donec—*consueto siderum cursu* cœlum omne exornavisset, ut recte interpretatus est Val.)· *τοιγάρτοι ποσῷ καὶ ἡ τοῦ κόσμου πρόσοψις σκυθρωπῶσα, εἰς τὴν οἰκείαν αὖθις ἀποκαθίστατο φαιδρότητα.* Et ibid. c. xx. ext. ubi versus Virgilianos interpretationis machinis detorquet Constantinus ad tempus Christi, similiter: *κόσμον*, inquit, *κητώεντος ὅρα φησὶ, καὶ τῶν στοιχείων ἁπάντων χαράν.* Cf. cap. xxi. *Ταῦτα δόξειεν ἄν τις τῶν οὐκ εὖ φρονούντων, περὶ γενεᾶς ἀνθρώπου λέγεσθαι, παιδὸς δὲ τεχθέντος ἀνθρώπου, ποῖον δὴ ἔχει λόγον, γῆν ἄσπαρτον καὶ ἀνήροτον, καὶ τήν γε ἄμπελον μὴ ἐπιποθεῖν τὴν δρεπάνου ἀκμὴν, μηδὲ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν; πῶς ἂν νοηθείη λεχθὲν ἐπὶ γενεᾶς ἀνθρωπίνης; ἡ γάρτοι φύσις θείας ἐστι προστάξεως διάκονος, οὐκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτις. Ἀλλὰ καὶ*

στοιχείων χαρὰ Θεοῦ κάθοδον, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς χαρακτηρίζει κύησιν. Nostro tempore similia protulit Marheinecke *die Grundlehren der christlichen Dogmatik* §. 244. "*Before sin existed, every thing was good, even in material organized and animated nature, but after it was committed, it penetrated even into these, and has deformed and poisoned every thing.—Since then so many odious monsters, all of them originally good, have become hurtful unto man.*" Et aptius etiam contuleris ejusdem Marheineckii orationem sacram in oratt. sacrarr. a Zimmermanno editt. vol. ii. p. 241. "*After sin had tarnished and darkened the bright surface of his soul——a dark mourning dress spread itself over the whole world and nature,*" (*ἡ τοῦ κόσμου πρόσοψις σκυθρωπῶσα,* ut loquitur Constantinus)—"*and Nature herself rebelled against him in wild hurricanes and storms*" etc. Cum Eusebii loco denique cf. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* tom. i. p. 122., ubi in protevangelio Jacobi occiso Zacharia *φατνώματα τοῦ ναοῦ* ululasse dicuntur. De voce *ἄτεγκτος*, quæ paulo ante legitur apud Eusebium, et descendit a *τέγγεσθαι*, quod explicant grammatici per *μαλάττεσθαι* ita ut *ἄτεγκτος* sit *qui emolliri nequit*, vid. Alberti *ad Hesych.* s. v. Ruhnken. *ad Timæi Lex.* p. 249. Toup. *epist. crit.* p. 75. Dorville *vann. crit.* p. 615. cf. Æschyl. Prometh. v. 1007. Sophocl. Œd. T. v. 344. Plutarch. Alcibiad. t. ii. p. 32. Ælian. fragm. p. 1039. Morus *Opuscc.* p. 85. HEIN.

Ib. λῆρος——ἡμᾶς] Cf. quæ monui ad cap. 4. Nescire me fateor, quomodo ex his verbis concludere potuerit Kestner. *de Eus.* p. 68. Eusebium hoc quoque loco dubitasse, verene fuerint ea, quæ h. l. tradit, miraculosa, an naturali quadam via effecta. Imo equidem puto, nec hac de re nostrum fuisse dubium. Temere enim Kestnerus l. l.: "*Annon,*" inquit, "*eo potius, quod de miraculi illius veritate alios dubitaturos esse sibi persuadere potuit, semetipsum de illo dubia apud se movisse, aperte prodit?*" Quasi vero, qui credit miracula, quæ quidem ipso præsente evenerunt, eadem posteros credere debere, necessario debeat ipse credere! Et num Eusebium contrarium potius statuere, mirum esse poterit? præsertim cum statim addat: *ἀλλ' οὐχ οἷσπερ ὁ καιρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο.* Non iisdem potius sese annumerat noster, ne levissime quidem significans, aliter rem evenisse quam modo quodam mira-

culoso? Statim enim ab initio dicit: *τοιοῦτόν τι παράδοξον συμβαίνει*, et paulo post *διαθρυλληθῆναι εἰς πάντας, communi omnium sermone vulgabatur*, interprete Valesio. Neque igitur vel iis, quæ cap. 4. vel quæ h. l. scripsit Eusebius refutantur ea, quæ observavi ad iii. 37. (p. 198.) Ad verbum *λῆρος* cf. Plutarch. Sympos. viii. *τὸ δὲ ληρεῖν οὐδέν ἐστιν ἄλλο ἢ λόγῳ κενῷ χρῆσθαι καὶ φλυαρώδει.* Voigtländer. *index Lucian. diall. mortt.* s. v. *λῆρος*. Luc. xxiv. 11. Toup. *ad Longin. fragm.* vii. 3. p. 534. HEIN.

Ib. *Ἴσως* in sua interpretatione perperam omisit Valesius. Significat autem h. l. illud, ut docet *εὖ οἶδ'*, non *fortasse*, sed dictum de re certa *profecto, certo, zuverlässig.* Eadem significatione *ἴσως* legitur Eus. H. E. v. 28. *Γαληνὸς γὰρ ἴσως καὶ προσκυνεῖται,* ubi Val. *ἴσως καὶ* eodem modo plane neglexit, Stroth. male vertit: *vielleicht*, apud Sophocl. Trachin. v. 301. Aristoph. Plut. v. 148. 158. 223. Plut. de superstit. init. *αἰσχρὸν ἴσως τὸ ἀγνόημα*, turpis *profecto* hic error. Vid. Munker. *ad Anton. Liberal.* p. 38. Gailius *ad Xenoph. Œcon.* p. 339. Locella *ad Xen. Ephes.* p. 128. 224. 233. 270. Boissonad. *ad Philostrati Her.* p. 463. Schäfer. *ad Longi Pastoral.* p. 357. et *ad Dionys. H. de comp. verb.* p. 269. cf. Vater. *animadvv. et lectt. ad Aristot. Rhetor.* p. 61. HEIN.

10, 2. *Πέτρος ἀσκητὴς ὁ καὶ Ἀψέλαμος*] Hujus mentio fit in menæis Græcorum die 14. Octobris, cum tamen ab Eusebio passus esse dicatur 3. Idus Januarii. Et in menæo quidem *Αὐσελαμὸς* dicitur. In menologio vero Anselamus perperam pro Auselamo aut Abselamo ponitur: *Eodem die commemoratio s. martyris Petri Anselami ex Eleutheropoli, qui cum corporis robore et animi vigore plurimum valeret, præclare admodum in pietatis certaminibus se gessit, et terrenis rebus contemptis anno sexto imperii Diocletiani et Maximiani, ignis certamine exacto victima Deo grata oblata est.* In quibus verbis obiter notandum est, annum sextum imperii Diocletiani poni pro anno sexto persecutionis. VALES. Vid. Ruinart. in *actis martyr.* p. 441. sq. HEIN.

10, 3. *τὸν βίον*] Vid. vi. 4. (pag. 433.) HEIN.

11, 1. *Καιρὸς δῆτα καλεῖ*] Totam hanc Pamphili et sociorum ejus passionem ex Eusebio nostro descripsit Symeon metaphrastes, additis et mutatis quibusdam ut solet. Videtur

tamen integriora nactus esse Eusebii exemplaria, quam sunt ea quæ nunc habemus, idque patebit legenti. Quod si Græcus Symeonis metaphrastæ codex nunc esset ad manum, libenter Græca lectori proponerem, ut ex eorum lectione dijudicare posset, utrum Eusebii, an potius metaphrastæ stilum referrent. Sed quoniam Græco exemplari destituimur, contenti impræsentiarum erimus Latina versione, quam Lipomanus et Surius die primo Junii nobis ediderunt.

Certamen SS. martyrum Pamphili et sociorum, ex Symeone metaphraste.

Tempus invitat ad omnibus enarrandum magnum et gloriosum spectaculum Pamphili et sociorum, virorum admirabilium, cum eo consummatorum, et qui ostenderunt multiplicia certamina pietatis. Atque cum plurimi in nobis cognita persecutione se fortiter gesserint, eorum de quibus agimus rarissimum certamen quod nos cognovimus, conscripsimus, quod in se simul omne genus ætatis et corporis et animi vitæque diversorum studiorum est complexum, variis tormentorum generibus, et diversis in perfecto martyrio coronis exornatum. Licebat enim videre quosdam adolescentes et pueros, atque adeo plane infantes, ex illis qui erant cum ipsis, alios autem pubescentes, cum quibus erat etiam Porphyrius, corpore simul vigentes et prudentia, nempe mihi carissimum Jamnitem Paulum, Seleucumque et Julianum, qui ambo orti erant ex terra Cappadocum. Erant autem inter eos sacris quoque canis et profunda ornati senectute, Valens quidam diaconus ecclesiæ Hierosolymitanæ, et cui verum nomen obtigerat, Theodulus. Atque hæc quidem fuit in eis ætatum varietas. Animis autem inter se differebant. Nam alii quidem erant rudiores, utpote pueri, et quibus erat ingenium adhuc tenerius ac simplicius, alii vero severi et morum gravitate præditi. Erant autem inter eos quoque nonnulli disciplinarum sacrarum non ignari. Aderat vero omnibus congenita, insignis et admirabilis animi fortitudo. Veluti autem quoddam in die resplendens luminare in astris fulgentibus, in medio eorum emicabat meus Dominus, non est enim fas mihi aliter appellare divinum et plane beatissimum Pamphilum. Is enim et eruditionem quæ habetur apud Græcos in admiratione, non modice attigerat,

et in divinorum dogmatum et divinitus inspiratarum scripturarum eruditione, si quid audacius, sed verum dicendum est, ita erat exercitatus, ut nullus æque ex iis qui erant suo tempore. Quod autem erat his longe majus et præstantius, habebat donum, nempe domi natam, vel potius ei a Deo datam intelligentiam et sapientiam. Et quod ad animum quidem attinet, omnes ita se habebant. Vitæ autem conditionis et conversationis erat inter eos plurima differentia, cum Pamphilus quidem duceret genus secundum carnem ex iis qui erant honesto loco nati, fuisset autem insignis in republica gerenda in patria sua, Seleucus vero fuisset insigniter ornatus militiæ dignitatibus, alii autem nati essent ex mediocri et communi loco. Non erat eorum chorus nec extra servilem conditionem. Nam et ex præsidis domo in eorum numerum relatus erat Theodulus et Porphyrius qui specie quidem erat Pamphili famulus, is autem ipsum affectione habebat loco fratris, vel germani potius filii, ut qui nihil omitteret, quo minus imitaretur Dominum. Quid aliud? Si quis dixerit in summa, eos ecclesiastici cœtus typum esse complexos, is non procul abfuerit a veritate, cum inter eos presbyterio quidem dignatus esset Pamphilus, Valens vero diaconatu, et alii sortiti essent locum eorum, qui e multitudine consueverunt legere, et confessionibus per fortissimam flagrorum tolerantiam diu ante in martyrio præclarissime se gessisset Seleucus, et militaris dignitatis amissionem fortiter excepisset, et reliqui deinde per catechumenos et fideles reliquam implerent similitudinem innumerabilis ecclesiæ, ut in parva imagine. Sic adspexi admirabilem tam multorum et talium martyrum electionem, qui etsi non essent multi numero, nullus tamen aberat ex iis ordinibus qui inveniuntur inter homines. Quomodo autem lyra quæ multas habet chordas, et ex chordis constat dissimilibus, acutis et gravibus, remissisque et intensis et mediis, arte musica concinne adaptatis omnibus, eodem modo in his adolescentes simul et senes, servi simul et liberi, eruditi et rudes, obscuri generis homines, ut multis videbatur, et gloria insignes, fideles simul cum catechumenis, et diaconi simul cum presbyteris. Qui omnes tanquam a sapientissimo musico, nempe Dei verbo unigenito varie pulsati, et quæ erat in ipsis potentiæ unusquisque per tormentorum tolerantiam, hoc est

confessionem, ostendentes virtutem, et clarissimos numerososque et concinnos sonos edentes in judiciis, uno et eodem fine in primis piam et longe sapientissimam, per martyrii consummationem Deo universorum impleverunt melodiam. Operæ pretium autem est admirari virorum quoque numerum, qui significat propheticam quandam et apostolicam gratiam. Contigit enim omnes esse duodecim, quo numero patriarchas et prophetas et apostolos fuisse accepimus. Non est autem prætermittenda uniuscujusque singulatim laboriosa fortitudo, laterum lacerationes, et cum pilis caprinis laceratarum corporis partium attritiones, et flagella immedicabilia, multipliciaque et varia tormenta, gravesque et toleratu difficiles cruciatus, quos, jubente judice, manibus et pedibus infligentes satellites, vi cogebant martyres aliquid facere eorum quæ erant prohibita. Quid opus est dicere memoriæ perpetuo mandandas voces virorum divinorum quibus labores nihil curantes, læto et alacri vultu respondebant judicis interrogationibus, in ipsis tormentis ridentes viriliter, et bonis moribus ludificantes ejus percontationes? Cum enim rogasset undenam essent, mittentes dicere, quam in terris habebant civitatem, ostendebant eam quæ vere est eorum patria, dicentes se esse ex Hierusalem. Indicabant vero eadem sententia, Dei quoque cælestem ad quam tendebant civitatem, et alia quæ sunt ejusmodi, ignota quidem et quæ non possunt perspici ab iis, qui sacras literas non gustarunt, eis autem solis qui a fide divina sunt incitati, aperta adducebant. Propter quæ judex indignatus, et valde animo cruciatus, et plane quid ageret dubius, varia, ne vinceretur, in eos operabatur. Deinde cum a spe cecidisset, concessit unicuique auferre præmia victoriæ. Erat autem varius modus eorum mortis, cum duo quidem qui erant inter eos catechumeni, consummati sint baptismo ignis, alius vero fuerit traditus figuræ salutaris passionis, qui autem erat mihi carus, fuerit diversis braviis redimitus. Atque hæc quidem dixerit quispiam horum magis universam faciens mentionem, singulatim autem unumquemque persequens, merito beatum pronuntiarit eum, qui in choro primum locum obtinet. Is autem erat Pamphilus, vir revera pius, *etc.* Porro hæc Eusebii esse, nemo, ut opinor, negaverit. Sunt enim elegantissima, et Eusebianam phrasim prorsus redolent. Prima quidem pe-

riodus, iisdem verbis tota habetur in hoc capite. Sed et reliqua indidem sumpta esse satis apparet. Hæc enim verba: *Cum plurimi quidem in nobis cognita persecutione se fortiter gesserint*, et illa quæ mox sequuntur: *Clarissimum certamen quod nos cognovimus, conscripsimus*, item illa: *mihi carissimum Jamnitem Paulum*, denique ista: *in medio eorum emicabat meus Dominus, non est enim fas mihi aliter appellare divinum et plane beatissimum Pamphilum*, et paulo post: *Sic adspexi admirabilem tam multorum et talium martyrum electionem*, hæc, inquam, omnia quis alius dicere potuit quam Eusebius? Neque enim metaphrastes ita loqui de se ipso potest, quippe qui multis sæculis post illos martyres vixerit. Dicet aliquis, hæc quidem quæ superius posuimus, esse Eusebiana, non tamen ex libro de martyribus Palæstinæ, sed ex libris Eusebii de vita Pamphili, huc a metaphraste esse translata. Verum tota orationis series et apta singularum partium distributio, satis arguit hæc unius ejusdemque operis esse. Cum ergo et principium et finis sint ex Eusebii libro de martyribus Palæstinæ, sicut res ipsa indicat, pars quoque illa quam hic adscripsimus, ex eodem libro deprompta sit, necesse est. Itaque verissimum est id quod supra observavi, librum hunc Eusebii de martyribus Palæstinæ, mancum ad nos et mutilum pervenisse. VALES. Valesio refragatur Danz. *de Eus.* p. 56. not. 15. qui potius vel ex ipsa vita Pamphili vel ex antiquorum martyrum collectione sua desumpsisse metaphrastem contendit. "*Narratio enim*, inquit, *prouti est in libro de Martyr. Palæst., plane eodem se habet modo, quo cætera, superioribus capitibus adlata, orationis vero series, et singularum partium distributio, nil minus arguunt, quam Metaphrastæ narrationem unius ejusdemque operis esse.*" HEIN.

Ib. προφητικοῦ τινος ἢ καὶ ἀποστολικοῦ] Prophetas minores intelligit, qui duodecim numero fuerunt. Id autem longe clarius habetur apud metaphrastem his verbis: *Operæ pretium autem est admirari virorum quoque numerum qui significat propheticam quandam et apostolicam gratiam. Contigit enim omnes esse duodecim, quo numero patriarchas et prophetas et apostolos fuisse accepimus.* VALES.

Ib. Πάμφιλος, ἀνὴρ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον] Et hic locus apud metaphrastem multo integrior habetur in hunc modum:

Is autem erat Pamphilus, vir revera pius, et omnium, ut semel dicam, amicus et familiaris, re ipsa nomen sibi impositum verum esse ostendens, Cæsariensium ecclesiæ ornamentum. Nam presbyterorum quoque cathedram cum esset presbyter, honestabat, ut qui simul ornaret ministerium, et ex eo ornaretur. Quinetiam aliis quoque erat divinus et divinæ particeps inspirationis, quoniam tota sua vita fuit maxime insignis virtute, multum quidem jubens valere delicias et copiam divitiarum, cum se totum dedicasset Dei verbo, renuntians quidem iis quæ ad ipsum redibant a majoribus, nudis, mancis et pauperibus omnia distribuit. Ipse autem degit in vita, quæ nihil possidebat, per valentissimam exercitationem, divinam persequens philosophiam. Atque ortus quidem erat ex Berytensium civitate, ubi in prima ætate educatus fuerat in illis, quæ illic erant, studiis litterariis. Postquam autem ejus providentia ad virilem pervenisset ætatem, transiit ab iis ad sacrarum litterarum scientiam. Assumpsit vero mores divinæ et propheticæ vitæ, et ipse se verum Dei martyrem exhibuit etiam ante ultimum vitæ finem. Sed talis quidem erat Pamphilus. VALES.

II, 3. *ταυῦν ἐχόμεθα*] Ex hoc loco manifeste colligitur, librum hunc de martyribus Palæstinæ, verum ac germanum opus esse Eusebii, ab eo conscriptum post libros de vita Pamphili, et post ecclesiasticam historiam. VALES.

Ib. *τῶν ἀπὸ Αἰλίας διάκονος*] Horum verborum duplex potest adferri sensus. Nam aut Valentem patria Æliensem fuisse his verbis significatur, aut diaconum fuisse Æliensium ecclesiæ. Posteriorem sensum amplexus est Symeon metaphrastes. Sic enim scribit: *Erat autem diaconus, etsi esset hujusmodi, ecclesiæ Æliensium.* Similem ambiguitatem notavi supra in lib. v. ubi de s. Viennensi diacono agitur. VALES.

Ib. *τῆς εἴ ποτε λάβοι γραφῆς*] Hic locus corruptus est, ut nemo non videt, quem ego sic emendandum esse existimo: *ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, τὸ ἧς ποτε ἂν λάβοι γραφῆς οἷασδ' οὖν αὐτὸν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους.* Atque hanc lectionem in versione mea sum secutus. At Christophorsonus barbare prorsus hunc locum ita vertit: *ut si quem locum aliquando citare vellet, perinde expedite illud posset absque scripto efficere atque ex scripto legere.* Sed nostra interpretatio cum Symeonis metaphrastæ interpretatione consentit. Sic enim

habet versio Gentiani Herveti apud Lipomanum in mense Februario: *Quinetiam divinarum scripturarum sciens, ut si quis alius. Eas quidem ita complexus erat memoria, ut a lectione nihil discreparent, quæ memoriæ mandatæ ab eo conservabantur sacrosanctorum discipulorum promissiones.* Quamquam Herveti interpretatio in eo peccat, quod verbum ἀπομνημονεῦσαι vertit *memoriæ mandare*, cum significet *memoriter recitare*, ut alibi observavi. VALES. Cur barbaram vocaverit Valesius interpretationem Christophorsoni, non satis possum perspicere. Nam si quis sensum, non verba spectet, hanc ab illius nihil fere differre patebit, qui ita vertit: "*Eas enim* (scripturas) *usque adeo fideli memoria complectebatur, ut nihil omnino interesset, an ex codice ipso legeret, an cujuslibet scripturæ integras paginas memoriter recitaret.*" Quæ quidem ipsa interpretatio quid tandem aliud significat, nisi Pamphilum non minus expedite legere potuisse scripturam sacram et singulos ejus locos quam memoriter recitare? Sed de toto hoc loco nonnihil accuratius agere, haud abs re esse ducimus. Neque enim eam quam Valesius proposuit, emendationem veram puto. Qua quidem adscita quomodo, quæso, locus verti possit eo modo quo vertit Valesius? Nam cum scribi ille voluerit τὸ ἧς ποτε ἂν λάβοι—αὐτὸν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους, vocabulum ἐνδεῖν profecto impersonaliter minime potest dictum esse, ut sit: nihil interest, imo sententia inepta existeret hæc: ut non opus haberet lectio scripturæ sacræ s. codicis ea quam memoriter faciebat recitatio cujusvis loci scripturæ sacræ quam unquam caperet (ἧς ποτε ἂν λάβοι). Cf. Passow. *Lexic.* s. v. ἐνδέω. Itaque certe Valesii emendationem spernendam duco, quam nec ipse V. D. in textum recepit. Verum enim vero equidem neque alia emendatione opus esse, certe nihil nisi vocem λάβοι mutandam censeo. Locum enim ita interpretor: "Tam fideli memoria Valens tenebat scripturam sacram, *ut non opus haberet ex codice* (ἀπὸ γραμμάτων recte ita vertisse puto Valesium quamvis insolentius illud dictum sit), *si quando vellet quarum tandem cunque partium scripturæ sacræ locos* s. *capita memoriter recitare.*" Atque hujus meæ interpretationis rationem reddet ipse Eusebius. Commentarii enim veluti partes tenent ea, quæ infra cap. xiii. similiter de Johanne martyre noster retulit, quem postquam dixit totam scripturam sacram

quasi animo perscriptam habuisse (οὐχ οὕτως ἀναφανέντος παραδόξου ὅσον τῆς ἐν μνήμαις ἀρετῆς, ὅλας βίβλους——καταγεγραμμένου), similiter atque illud de Valente diacono hoc loco tradit, ita pergit: ὡς προφέρειν γε ὅτε καὶ βούλοιτο διὰ στόματος, ὥσπερ ἀπό τινος λόγων θησαυροῦ, τοτὲ μὲν νομικὴν καὶ προφητικὴν γραφὴν, τοτὲ δὲ ἱστορικὴν, εὐαγγελικήν τε ἄλλοτε καὶ ἀποστολικήν. Ex quibus, credo, patet primum, verba quæ, nostro loco leguntur, εἴ ποτε λάβοι ad sensum esse: si quando vellet, scilicet ἀπομνημονεῦσαι τῆς γραφῆς οἵασδ' οὖν διεξόδους. Sed hoc quomodo esse possit εἴ ποτε λάβοι, profecto difficilius intelligatur. An proprie vertendum: si quando aggrederetur, scilicet τὸ ἀπομνημονεῦσαι, Pamphilus? Pro quo alias λαμβάνεσθαί τινος dicunt Græci. Sed conjicio pro λάβοι legendum esse aut βούλοιτο aut θέλοι aut (εἴ ποτ') ἐθέλοι. Jam progredior ad reliqua. Intelligitur autem quod nostro loco ἀπομνημονεῦσαι dixit Eusebius, illud esse cap. xiii. προφέρειν διὰ στόματος quod ad sensum recte vertit Val. *memoriter* proferre. Cf. ibid.: Ὡς δὲ ἄγχιστα γενόμενος τὸ πραττόμενον συνεῖδον, τοὺς μὲν ἄλλους ὑγιέσιν ὀφθαλμοῖς ἐν κύκλῳ περιεστῶτας, τοῦτον δὲ μόνοις τοῖς τῆς διανοίας χρώμενον καὶ ἀτεχνῶς οἷά τινα προφήτην ἀποφθεγγόμενον, i. e. ἀπομνημονεύοντα, προφέροντα διὰ στόματος. Cf. Philo quis rerum div. hæres 317.: Προφήτης μὲν γὰρ ἰδίων οὐδὲν ἀποφθέγγεται, ἀλλότρια δὲ πάντα ὑπηχοῦντος ἑτέρου. Ut autem nostro loco verbo ἀπομνημονεῦσαι opponitur ἡ ἀπὸ γραμμάτων ἔντευξις, ita infra verbis προφέρειν διὰ στόματος paulo post διεξιόντα, ἀναγινώσκειν. Sed eodem modo quid sibi voluerit Eusebius verbis τῆς γραφῆς οἵασδ' οὖν, planissime docent verba cap. xiii. τοτὲ μὲν νομικὴν——ἀποστολικήν. Nam τῆς γραφῆς scripsit, quia non quodvis scriptum in universum, sed scriptura sacra designanda erat, articulo τῆς sane violentius a γραφῆς sejuncto (cf. x. 4. ἐν τῇ αὐτὸς αὑτοῦ ἀγαλματοφορῶν ψυχῇ et ibid. κατ' εἰκόνα τὴν αὐτὸς αὑτοῦ δημιουργήσας viii. 13. ἐς δὴ οὖν τὰ μάλιστα), unde post τῆς et λάβοι commata ponenda fortasse, a Valesio et Zimmermanno neglecta, οἵασδ' οὖν autem addidit Eusebius, quia omnes ac singulas scripturæ sacræ partes et tum Mosis et prophetarum, et historica scripta V. T., tum evangelicos et apostolicos libros N. T. significare vellet. Denique διέξοδοι sunt singuli loci s. capita illorum librorum, quod infra dixit

statim post verba supra laudata τινα μέρη θείας γράφης διεξιόντα, i. e. *quosdam divinæ scripturæ locos* recitantem, ut ibi recte interpretatur Val., qui vero perperam nostro loco διεξόδους vertit *integras paginas*, quod quomodo esse possit διέξοδοι, non video. Cf. Passow. *Lex.* s. v. διέξοδος num. 3. Rectius jam Christophorsonus reddidit *locum*. Sed jam satis eam quam proposui, loci difficilioris sane et obscurioris interpretationem stabilitam et locum ipsum ab emendatione vindicatum puto, excepto vocabulo λάβοι. An forte legendum: ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, εἴ ποτε λάβοιτο τοῦ τῆς γραφῆς οἵασδ' οὖν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους? De οἵασδ' οὖν, tenendum veteres etiam amare pluribus verbis adjicere οὖν, quo magis universa et indefinita fiat oratio. Vid. Bast. *epist. crit.* p. 219. *append.* p. 49. Porson. *præfat. ad Eurip. Hecub.* p. liv. Lobeck. *ad Phryn.* p. 373. sq. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 1274. sq. Atque ita οἵασδ' οὖν noster dicit sæpius, ut iv. 23. ἐξ οἵασδ' οὖν ἀποπτώσεως. vii. 2. ἐξ οἵασδ' οὖν αἱρέσεως. Adde vi. 23. μυρίαις ὁσαισοῦν προτροπαῖς, vii. 2. (pag. 540.) vi. 43. πᾶσα ἡτισδηποτοῦν διχοστασία (cf. *Variæ Lectiones* ad h. l.), supra c. ii. ὁτιποτοῦν χαλεπόν. HEIN.

11, 4. ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου γίνεται] Male Christophorsonus ὑπέρθεσις rescripsit. Fefellit hominem prava interpunctio quæ tum in editione Rob. Stephani, tum in manuscriptis codicibus habetur. Certe in vetustissimo codice Maz. post verbum γίνεται apposita est virgula ad caput literæ. Quod quidem in eo codice interdum fieri observavi. Sed quis non videt, totum hunc locum uno ductu legendum esse absque ulla distinctione, hoc modo: ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου γίνεται Αἰγυπτίων αὖθις ἀδελφῶν ἔφοδος. In codice quidem Medicæo post vocem γίνεται nulla adhibetur distinctio. Codex autem Regius post illud verbum, virgulam tantum habet appositam ad pedes literæ. Gentiani quoque Herveti versio nostram interpretationem confirmat. Sic enim ille vertit: *His in carcere duobus annis contritis, martyrii occasio fuit Ægyptiorum adventus.* VALES. Falsam esse lectionem ὑπέρθεσις, veram ὑπόθεσις, facile apparet. Sed animadvertendum præterea, paulo insolentiorem esse eam, qua ὑπόθεσις sane h. l. legitur, significationem *occasionis* s. *causæ*. Certe Passow. in *Lexic.* s. v. ὑπόθεσις eam non attulit. Sed eodem modo legitur vox vii. 24. in. Ἡ δ' ὑπόθεσις

αὐτῷ Νέπως ἦν, i. e. *causam* scribendi attulit Nepos, ut recte vertit Val. Similiter Strothius: *Die Gelegenheit dazu war Nepos.* Cf. quæ monui vii. 31. (pag. 631. sq.) Longin. de sublim. v. 1. ed. Weisk. ἀρχαὶ καὶ ὑποθέσεις καὶ τῶν ἐναντίων, i. e. contrariorum (vitiorum) initia et *fundamenta* s. *causæ*. Alia et frequentior vis verbi ea est, qua illud dicitur de re, quam quis sibi tractandam sumit, *Gegenstand, Stoff.* Vid. Schäfer. *ad Dionys. de compos. verbor.* p. 71. Weiske *ad Longin.* ix. 12. p. 280. Atque ita ipse Eusebius H. E. vii. 32. ὃν, inquit, ὁποῖός τις ἦν καὶ ὅθεν ὁρμώμενος, οὐ σμικρᾶς γένοιτο δηλοῦν ὑποθέσεως. Quæ verba bene vertit Strothius: "*Diesen Mann nach seiner ganzen Erziehung und Charakter zu beschreiben, würde ein weitläuftiger Stoff seyn.*" Minus bene Valesius: Qui vir qualis quantusque exstiterit, non exigui profecto sit *operis* exponere. Cf. vii. 32. τὴν τῶν διαδόχων περιγράψαντες ὑπόθεσιν quod ad sensum recte vertit Valesius: episcoporum successionis *historiam*—hic terminantes, et eodem modo Stroth.: *Hier wollen wir die Geschichte der Bischoffs-Reihen endigen.* Contra viii. procem. simpliciter τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν περιγράψαντες legitur. De *opere* autem s. *libro* ὑπόθεσις vii. 32. paulo post verba antea allata magis etiam insolenter quam de occasione s. causa, usurpat Eusebius verbis: ἐν ἰδίᾳ τῇ περὶ αὐτοῦ διειλήφαμεν ὑποθέσει, i. e. peculiari *opere* complexi sumus, ut interpretatur Val., *in einem eignem, von ihm handelnden Werke*, ut Stroth. Μακρολογίᾳ vero quadam sive de opere sive de re ad tractandum proposita interpreteris ὑπόθεσις, invenitur apud Eusebium hoc ipso c. xi. supra: ἐπ' ἰδίας τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν ὑποθεσέως βίου γραφῆς in peculiari *opere*, ut vertit Val. Neque omittendus est locus vii. 32. ἡ κατὰ τὸν Παῦλον ὑπόθεσις, *negotium* Pauli Samosatensis, interprete Val., *der Handel mit Paulum*, Stroth. In sequentibus notanda est locutio ἐπαυτοφώρῳ ληφθέντες. Vid. Xenoph. Sympos. iii. 4. ext. Sophocl. Antig. v. 51. πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων. Eurip. Ion. v. 1214. Eupolis apud Plutarch. in vita Niciæ c. iv. extr. 'Επαυτοφώρῳ εἰλημμένον—ἐν κακῷ τινι. Plutarch. Eumenes c. ii. Johann. viii. 4. Valckenar. *ad Eurip. Hippol.* v. 955. p. 267. et interpp. ad Polluc. viii. 6. 49. viii. 7. 69. ed. Hemsterh. HEIN.

11, 6. τούτοις ἐγγυμνάσας τοῖς ἄθλοις] Verbum ἐγγυμνάσας

passive hic sumi videtur pro ἐγγυμνασθείς. Indicat enim Eusebius, Firmilianum judicem in hujusmodi judiciis et quæstionibus tritum atque exercitatum fuisse. Sed cum hoc verbum rursus infra sumatur active, hic quoque eodem modo sumi debet. Prolusiones igitur seu ἆθλα vocat Eusebius, verbera et tormenta. Certe Gentianus Hervetus verbum ἐγγυμνάσας active interpretatus est hoc modo: *Ille autem Ægyptiorum solum periculum fecit ante tormenta, omni ratione eos exercens.* VALES.

11, 7. τῶν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίων] Scripturam τὸν secutus esse videtur Christophorsonus. Sic enim vertit: *Et germanum ac verum Dei Israelem qui Judæis erat in occulto, commonstrare.* Quam tamen interpretationem probare non possum. Quid enim sibi vult *Israel occultus Judæis?* Deinde dixisset Eusebius ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίοις, non autem Ἰουδαίων. Alius igitur sensus sit oportet horum verborum. Alludit proculdubio Eusebius ad locum Pauli in epist. ad Romanos cap. 9. ubi Paulus duo genera facit Judæorum, alios ἐν φανερῷ, alios ἐν κρυπτῷ. Et priores quidem illos, non esse veros Judæos affirmat, quippe qui corporales tantum legis cæremonias observent, posteriores vero ait esse veros Judæos, qui corde sint circumcisi, non carne. Vide Origenem in capite 1. Philocaliæ. Ita certe hunc Eusebii locum accepit metaphrastes. Sic enim habet ejus versio auctore Gentiano Herveto: *Ut qui Eliam et Hieremiam, Esaiam, Samuelem et Danielem ipsi se ipsos nominarent, et qui est in occulto Judæum et germanum Israëlitam, non solum factis, sed etiam vocibus proprie enuntiatis indicarent.* Ex quibus apparet, in Græco exemplari quo usus est Hervetus, scriptum fuisse τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον. Quæ lectio melior mihi videtur. VALES. Equidem scribere non dubitavi τὸν—Ἰουδαῖον, cum facile inter se permutari potuerint litteræ ο et ω, et Ἰουδαίων satis turbet sensum. Nam inepte profecto dixisset Eusebius genuinum ac germanum Israëlem fuisse eorum qui sunt ἐν κρυπτῷ, i. e. eorum qui sunt genuini ac germani Judæi. Optime contra secundum alteram lectionem statim simpliciter explicatur, qui credendi sint ἐν κρυπτῷ Judæi. HEIN.

Ib. Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ] Duæ postremæ voces absunt a codice Mediceo, nec habentur in collectione Symeonis metaphrastæ,

ut ex Herveti interpretatione colligitur. Sane cum Israël Hebraice idem sit quod *videns Deum*, nihil opus est addere τοῦ Θεοῦ. Ait igitur Eusebius, Ægyptios illos qui Israëlitarum seu Judæorum nomina sibi indiderant, verum ac germanum Israëlem, et illum qui in abscondito est Judæum, tam factis ipsis quam nominibus exhibuisse. VALES. Uncis inclusi τοῦ Θεοῦ. Cf. Euseb. demonstrat. evang. ii. 41. p. 76. ed. Montac. τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. Opponitur statim post τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραήλ. HEIN.

11, 8. τῷ Παύλῳ] Vid. Galat. iv. 25. sq. et interprett. ad h. l. Sigillatim vid. Schöttgen. *dissertatio de Hierosolyma cœlesti* in Ejusdem *horr. Hebraic.* tom. i. p. 1205. sqq. cf. Hebr. xi. 13–16. xii. 22. Apocal. xxi. 2. Gataker. *ad M. Antonin.* iii. 11. p. 113. Herder. *Ideen zur Geschichte der Menschheit* tom. iv. p. 69. sqq. Opp. t. vi. ed. Johann von Müller. et Bœhme *Commentar. ad Hebr.* xi. 8—11. p. 558—562. p. 564—566. Narratio, quæ h. l. refertur ab Eusebio, est satis insignis. HEIN.

11, 12. ἐπιθυμίας κόρον λαβών] Intelligere videtur eam qua flagrabat Firmilianus cupiditatem, noscendi ex martyribus Ægyptiis, ubinam esset illa Hierusalem quam sibi patriam esse dicebant. Ex quo, ut id obiter moneam, satis apparet id quod in superioribus libris observavi, Hierusalem tunc in terris nullam fuisse[f]. Alioqui non tantopere æstuasset Firmilianus, qui præses erat Palæstinæ, ut Hierosolymæ situm ex martyribus illis cognosceret[g]. Vox tamen ἐπιθυμία, nescio an hoc sensu sumi possit quem dixi. Certe hic locus obscurus est, ac ni fallor, mendosus. Proinde Symeon metaphrastes cum hæc ex Eusebio describeret, voces istas consulto prætermisit. VALES. Mihi locus plane sanus videtur, neque quidquam in eo inesse puto, quo recte possis offendi. Recta enim sunt illa ἐπιθυμίας κόρον λαβὼν, i. e. cum eum satietas cepisset cupiditatis suæ Christianos excruciandi variis tormentorum generibus. Ad ἐπιθυμίας igitur ἀπὸ κοινοῦ supplendum est τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἄνδρας. Similiter antea dictum ἀποκαμὼν,

f Hoc qui *inde* appareat, non video. HEIN.

g Cur tam diligenter et sollicite interrogaverit Firmilianus de illis Hierosolymis, docent verba quæ superius leguntur: ὁ δ' ἀπορούμενος——Χριστιανοὺς οἰόμενος. HEIN.

ad quod assumendum ex præcedentibus ἐγγυμνάζειν ἄθλοις (τοὺς Χριστιανούς). Porro animadvertenda sunt in antecedentibus verba: Τοσαύτην μὲν οὖν τὰ κατὰ τοῦτον δραματουργίαν εἰλήχει, quæ bene vertit Valesius: Et res quidem hujusce martyris *hunc veluti cujusdam tragœdiæ actum atque exitum habuerunt*. Leguntur talia et similia passim ad rem quandam tristiorem et acerbiorem significandam. Ita Euseb. H. E. i. 8. τραγικὴν, inquit, ἅπασαν δραματουργίαν ἐπισκιαζούσης τῆς περὶ τούτων ὑποθέσεως. Et iii. 6. init. τῶν ἱστοριῶν τὴν πέμπτην τοῦ Ἰωσήπου ἀναλαβὼν τῶν τότε πραχθέντων δίελθε τὴν τραγῳδίαν. Atque in ipso libro de martyr. P. c. ix. extr. noster προὔκειτο γὰρ, inquit, ἄγχιστα πυλῶν θέαμα παντὸς λόγου καὶ τραγικῆς ἀκοῆς μεῖζον. Neque aliter Chrysostom. tom. i. p. 569. B. de excidio Hierosolymorum scripsit: πᾶσαν συμφορὰν ὑπερέβη ἡ τραγῳδία ἐκείνη. Cf. Achill. Tat. ii. p. 125. ed. Salmas. οὐκ ἐρεῖς, ἔφη, τὴν συσκευὴν τοῦ δράματος. Markland. *ad Maxim. Tyr.* dissertt. xxii. tom. i. p. 425. ed. Reisk. HEIN.

11, 13. μειράκιον τῆς οἰκετικῆς τοῦ Παμφίλου θεραπείας] Hoc loco quædam addit Symeon metaphrastes, quæ hic merentur adscribi: *Nondum autem dictum universum absolverat, et aliunde exclamat quidam adolescens ex familia Pamphili, et ex media turba accedens in medium eorum qui circumsidebant judicium, alta voce corpora eorum petiit sepulturæ mandari. Is autem erat b. Porphyrius, Pamphili germanum pecus, nondum totos octodecim annos natus, recte scribendi scientiæ peritus, modestia vero morum has laudes celans, ut qui a tali viro fuisset institutus.* VALES.

11, 14. μακρῷ πυρὶ παραδοθῆναι] Christophorsonus legisse videtur μαλθακῷ, sic enim vertit: *Confestim igni pedetentim exardescente et remisso comburi decernit.* Hervetus quoque ita interpretatus est: *Pronuntiat sententiam ut tradatur molli et lento igni.* Idque confirmant sequentia Eusebii verba. Ait enim Porphyrium palo affixum fuisse, et procul ab ipso rogum in circuitu accensum esse, ut scilicet martyr lento igne consumeretur. Idem legitur in passione Pionii et aliorum martyrum. Eodem sensu μακρὸν πῦρ iterum usurpat Eusebius infra ubi de Juliano[h]. Porro notandum est, tam Porphy-

[h] Valesius tamen tum hoc tum nostro loco vertit: *ingenti rogo cremare præcepit.* Cf. vi. 41. (pag. 506. sq.) viii. 12. (pag. 678.) HEIN.

rium quam Julianum catechumenos fuisse. Docet id metaphrastes his verbis: *Duo quidem qui erant inter eos catechumeni, consummati sunt baptismo ignis.* VALES.

II, 15. *αὐτοῦ τε φιλοσόφῳ σχήματι——ἠμφιεσμένον*, i. e. et habitu philosophico, unico scilicet quod habebat pallio in modum exomidis contectum, ut vertit Valesius. De voce *ἐξωμὶς* vid. Salmasius *ad Tertullian. de pallio* c. iii. p. 255. *Cato—palliato habitu Græcis favit:* "Græcis philosophis, et quidem Cynicis, qui pallio humerum exerti, unde et *ἐξωμίαι* dicebantur, et habitus eorum *ἐξωμίς*. Sextus Empiricus de Diogene: *καὶ ὁ μὲν Διογένης ἀπὸ ἐξωμίδος περιῄει, ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν.* Non igitur omnes Græci aut philosophi brachio exerto, sed Cynici soli. Eusebius lib. viii. pallium philosophi exomidi comparat. Exomis proprie fuit vestis servilis Græca exerto humero. Festus: *exomides vestitus comici exertis humeris.* Dicebant et *expapillato brachio* esse pro eodem. Festus: *expapillato brachio. quod cum fit, papilla nudatur.* Frustra itaque sunt qui corrigunt in Plautino *expalliare* pro *expapillare.* Partem pectoris ostendebant qui humero exerto erant. Cyprianus de Cynicis, in libro de bono patientiæ: *apparet non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, et exerti ac seminudi pectoris inverecunda jactantia.*" Cf. idem Salmasius l. l. p. 116. p. 397. p. 403. sq. Polluc. ii. 4. 137. iv. 18. 118. Κωμικὴ δὲ ἐσθὴς, ἐξωμίς. Ἔστι δὲ χιτὼν λευκὸς, ἄσημος, κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων. Ibid. vii. 13. 47. ἡ δ' ἐξωμὶς, καὶ περίβλημα ἦν, καὶ χιτὼν ἑτερομάσχαλος, i. e. unicam manicam habens. Vid. Kühn. ad h. l. Ad rem vide supra c. v. (pag. 729. sq.) HEIN.

Ib. Μετὰ *μίαν τε ἦν, etc.*] Scribendum est *μετὰ μίαν γε.* Qua emendatione nihil certius. VALES. Non assentior Valesio cum Zimmermanno. Quamvis enim aptius sit *γε*, tamen *τε* non sollicitandum imo more Eusebiano transpositum puto. Quodsi *τε* legeretur post *ἦν*, nemo, credo, posset offendi. Sententia autem loci vel nunc hæc est: post unicam illam *et quam* —protulit, *vocem*, etc. Atque hæc nostra sententia egregie confirmatur loco Euseb. H. E. vi. 19. ext. ubi eodem modo in verbis *μιμησάμενοί τε τὸν πρὸ ἡμῶν, etc.* *τε* ineptius collocatum est post *μιμησάμενοι*, et Nic. aptius legit vere: *μιμησάμενοι τόν τε πρὸ ἡ. etc.* Adde Meineke *curr. critt.* p. 10. Sequentia vero

ἀπέρρηξε φωνὴν optime vertas *rupit vocem*, i. e. libere et sine hæsitatione est locutus. Cf. Virg. Æn. ii. 129. Composito *rumpit vocem.* Valesius simpliciter: vocem quam—*protulit.* Sed hoc potius est quod supra legebatur *δευτέραν ἀφίησι φωνήν.* Ceterum pro illo *ἀπέρρηξε φωνὴν* serioris Græcitatis magis etiam proprium videtur *ῥῆξαι φωνὴν* et *ῥῆξαι* absolute. Vid. Galat. iv. 27. ibique interpp. Josephus apud Eus. H. E. ii. 6. *ἣν ἔρρηξαν ἐπ' αὐτοῦ Πιλάτου φωνήν.* Chrysostom. de sacerdot. vi. 7. 541. *ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιτο ῥῆξαι φωνήν.* Plutarch. Pericles c. xxxvi. *ἡττήθη τοῦ πάθους—ὥστε κλαυθμόν τε ῥῆξαι καὶ πλῆθος ἐκχέαι δακρύων.* Artemid. ii. 12. v. 68. Hebræi similiter dicunt פָּצַח רִנָּה vid. Jes. xiv. 7. xliv. 23. xlix. 13. lii. 9. liv. 1. Præterea vid. Valckenar. *animadvv. ad Ammon.* p. 134. sq., ubi hæc scripsit V. D. "*Ammonius*, Κωφὸς, inquit, *ὁ μὴ φθεγγόμενος mutus*, cujus organa ad loquelam formandam adfecta sunt et *vinculis veluti constricta;* hinc illustra locutionem, a qua sacri quoque scriptores non abstinuerunt, *ῥῆξαι*, et *ῥῆξαι τὴν φωνήν.* plene Oppianus Cyneget. i. v. 226.

—— *ῥῆξεν ποτὲ δεσμὰ σιωπῆς.*"

Adde Passow. in *Lexic.* s. v. *ῥήγνυμι.* cf. Euseb. H. E. viii. Append. *τὴν ζωὴν ἀπορρήξας.* Jacobs. *ad Anthol.* ii. 3. p. 385. Erfurdt. *ad Sophocl. Trach.* v. 921. HEIN.

11, 18. *τῶν τῆς θεοσεβείας ἀσκητῶν*] Male Christophorsonus monachos intellexit. Neque enim tunc temporis ulli adhuc erant monachi, aut si qui erant, longe ab illis distabant ascetæ. Nam monachi, ut nomen ipsum indicat, solitudinem sectabantur, ascetæ vero in mediis versabantur urbibus. Quicumque igitur ex evangelii præceptis severiorem vitam instituerant, et cuncta propter Deum reliquerant, ascetæ dicebantur. Sic Petrus quidem asceta, et virgo ascetria nominatur supra in hoc Eusebii libro. Quos si quis monachos nominare vellet, is procul dubio falleretur. Certe Hieronymus diserte testatur, nullum in Palæstina monachum fuisse ante Hilarionem. Atqui Petrus ille asceta diu ante Hilarionem vixit in Palæstina. VALES. Cf. ii. 17. (pag. 95. sq.) vii. 32. (pag. 649. sq.) Bingham. *Orig.* p. iii. lib. vii. init. HEIN.

Ib. *χηρῶν ἀπεριστάτων*] Eadem voce utitur Eusebius in lib. x. cap. 4. et in lib. i. de vita Constantini cap. 36. Sic etiam

Joannes Chrysostomus homilia 21. in actus apostolorum pag. 202. dicit περίστησον χήρας, id est *opitulare viduis.* VALES. Χηρῶν ἀπεριστάτων, i. e. viduis patrocinio s. tutela destitutis. Vid. Hemsterhuis. *ad Aristoph. Plut.* p. 333. Similes tropicæ dictiones passim. Ita ἀμφιβαίνειν, περιβαίνειν, περιέχειν apud Homerum. Vid. Iliad. ii. 37. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. ibid. 451. xiv. 477. βεβαὼς ἀμφὶ κασιγνήτῳ. xxii. 4. sqq.

ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν' ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ,
πρωτοτόκος, κινυρή, οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο·
ὣς περὶ Πατρόκλῳ βαῖνε ξανθὸς Μενέλαος.

Ibid. 80. Πατρόκλῳ περιβάς. Apollon. Rhod. iii. 985.

καὶ Διός, ὃς ξείνοις ἱκέτῃσί τε χεῖρ' ὑπερίσχει.

Et Eustathius ad Homer. Odyss. ix. 198. sq. in. (vid. Odyss. vol. ii. P. i. p. 31. ed. Baumgarten-Crusii):

ἱρεὺς 'Απόλλωνος, ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει
οὕνεκα μὶν σὺν παιδὶ περισχόμεθ' ἠδὲ γυναικὶ
ἁζόμενοι·———

hæc observat: Περισχέσθαι, τὸ βοηθῆσαι καὶ περιπονήσασθαι. Κυριώτερον δ' εἰπεῖν, τὸ οἱονεὶ περιλαβεῖν· καὶ ἄλλως δὲ τὸ περισχεῖν ἐνταῦθα ὅμοιόν ἐστι τῷ ὑπερσχεῖν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ὑπερίσχε τοῦ δεινὸς χεῖρα θεός, ὅπερ Ὅμηρος φησὶ ὑπερέσχεθε (Iliad. xxiv. 374.). Sæpius quoque παριστάναι τινὶ apud ipsum Homerum est alicui *opitulari, einem beistehn.* Vid. Iliad. xv. 255. xxi. 231. cf. Krebs. *animadvv. ad Plutarch. de audiendd. poëtt.* p. 114. ed. ii. Bœhme *commentar. in epist. ad Hebr.* xii. 1. p. 645. sq. HEIN.

Ib. πρὸς τούτοις τοιοῖσδε] Non dubito, quin scribendum sit distinctis vocibus πρὸς τοῦ τοῖς τοιοῖσδε, *etc.* Quid enim apertius his verbis: πρὸς τοῦ τοῖς τοιοῖσδε χαίροντος Θεοῦ, τῆς μαρτυρίου κλήσεως ἠξιώθη? Id tamen non vidit Christophorsonus. Ita certe legisse Symeonem metaphrastem, ex versione Herveti colligitur: *Quamobrem merito Deo his magis lætante quam quæ per fumum et sanguinem fiunt sacrificiis, dignus fuit habitus consummatione quæ fit per martyrium.* VALES.

11, 19. τῷ Παμφίλου μαρτυρίῳ——γεγένηται] Vid. Tertullian. de anima c. iv. *Nullis romphæa paradisi janitrix cedit, nisi*

qui in Christo decesserint, non in Adam. Nova mors pro Deo et Christo alio et privato excipitur hospitio——quo constituimus omnem animam (quam ordinaria mors expulit) *apud inferos sequestrari a Domino.* Cf. Cyprian. epist. xxxiv. Valesius *ad Euseb. H. E.* vi. 42. (pag. 508.) HEIN.

11, 25. Ἀδριανὸς κ. λ. Cf. Ruinart. p. 292. n. 42. HEIN.

Ib. τῆς κατὰ Καισαρέων τύχης] Singulæ olim urbes suos genios habebant, quibus templa erant exstructa, quæ τυχεῖα vocabantur. Sic tycheum Gazæ memorat Marcus in vita Porphyrii. Et tycheum Alexandriæ, cujus fit mentio in codice Theodosii, et apud Libanium in descriptionibus, quas nuper edidit doctissimus vir Leo Allatius. Meminit etiam Theophylact. viii. 13. Templum quoque genii Antiochensium nominatur a Juliano in misopogone, cujus locum supra citavi, et ab Amm. Marcellino. Sed et Cæsareæ in Cappadocia genius suum templum habuit, de quo Gregor. Naz. in invectiva i. in Julianum pag. 91. et in orat. 19. pag. 309. Quibus in locis interpretes *fortunam* vertunt constanti errore. Atqui ut ceteros taceam, Charisius ipsos docere poterat, τὴν τύχην genium esse. VALES.

Ib. μετὰ τοὺς θῆρας, i. e. postquam bestiis objectus fuerat. De hac βραχυλογίᾳ vide quæ annotavimus ad Eus. H. E. v. 1. (pag. 335.) HEIN.

11, 26. αὐτοῖς τυράννοις, i. e. ut recte vertit Valesius, *simul cum ipsis tyrannis.* Sed Zimmermannus ad h. l. "*Legendum,* inquit, *videtur* σὺν αὐτοῖς τυράννοις." Cujus opinionis causam equidem ego perspicere non potui. Vid. de ejusmodi formulis Hermann. in *museo studiorum antiquitatis* i. p. 164. sq. et Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* p. 741. not. 3. Neque vero recentior Græcitas aliter loquitur. Vid. Davisius *ad Maxim. Tyr. dissertt.* vii. 5. tom. i. p. 113. sq. ed. Reisk., ubi ad verba καὶ ἀπολώλασιν αὐτοῖς αἱ ὀρέξεις αὐταῖς ἐλπίσιν hæc annotavit V. D.: "Vulgo σὺν αὐταῖς ἐλπίσιν. Nos vero præpositionem jubentibus Msc. expunximus. Ælianus Var. Hist. i. 3. Ὁ δὲ ἀμηχανεῖ καταπιεῖν αὐτὸν [αὐτῷ] καλάμῳ. Sic recte codices, nam vulgo legitur αὐτῷ τῷ καλάμῳ, suamque peritiam satis aperte prodidit Jac. Perizonius, qui rogat, an pro αὐτῷ καλάμῳ legendum σὺν τῷ καλάμῳ, et, nisi ita sit, vulgatum præfert.——Alciphron. lib. iii. Epist. 23. Ὅλον σε [αὐτοῖς]

ἀγροῖς καταπιοῦσα, non *σὺν τοῖς ἀγροῖς*, vel *αὐτοῖς τοῖς ἀγροῖς*. Clemens Alexandrinus Pædag. lib. ii. cap. xii. p. 247. Ἀποθέμενοι τοίνυν τοὺς λήρους [*αὐτῷ*] *πονηρῷ σοφιστῇ*. Lucianus Timone tom. i. p. 102. Ἁρπασάμενός με αὐτῷ δέλτῳ. Et in Dial. Martis et Mercurii p. 228. Κἂν ἐδέδητο αὐτῷ κεραυνῷ καὶ βροντῇ. Ac de sacrif. p. 363. Κατετόξευσε τῷ λοιμῷ τοὺς Ἀχαιοὺς αὐτοῖς ἡμιόνοις καὶ κυσίν." Adde Maxim. Tyr. dissert. xviii. 10. tom. i. p. 356. ed. Reisk. *ἢ οὐ καταγελάσεσθαι ἐκ τοιούτου δικαστηρίου αὐταῖς ψήφοις καὶ καταδίκαις αὐταῖς.* ibid. xix. 1. p. 359. *αὐτοὶ δὲ πανοικησίᾳ, αὐτοῖς παισὶν, καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ νόμοις, ἴτε ἐπὶ τὴν θάλασσαν.* Arrian. de exped. Alexandr. i. 19. 17. *ἁλίσκεται αὐτοῖς ἀνδράσι.* Euseb. H. E. i. 3. *βίον οὐράνιον αὐτοῖς ἀληθείας δόγμασι παραδούς.* Zosim. hist. iii. 25. *δύο νῆες ὁπλιτῶν πλήθει* duo navigia, legionariis referta, interprete Leunclav. Cf. Bergler. *ad Alciphron.* p. 13. ὁ Ἕρμων *ἀφεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν.* Markland. *ad Maxim. Tyr.* diss. xxxii. 9. tom. ii. p. 134. ed. Reisk. Reiz. et Herm. *ad Viger.* p. 861. 409. HEIN.

12, 1. Ὅσα δὲ ἐπὶ τούτοις κατὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον] Hæc verba satis obscura sunt. Christophorsonus quidem de persecutionis tempore ea intellexit, cui non accedo. Loquitur enim Eusebius de iis quæ acciderunt, cum jam persecutionis furor paulatim resedisset. Igitur *ἐπὶ τούτοις* idem valet ac *postea*, ut loqui solet Eusebius tum alibi passim, tum infra in hoc capite, cum dicit *τάς τε ἐπὶ τούτοις φιλαρχίας*. Verba autem illa quæ sequuntur *κατὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον*, designant totum illud tempus quod interjectum est ab initio persecutionis, usque ad ejus annum septimum, ut in capite sequenti docet Eusebius. Scribo igitur *ἐπὶ τούτοις, κατά τε τὸν ἐν μέσῳ χρόνον*, *etc.* VALES.

Ib. *κατά τε τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας*] Delenda est particula *τε*, quæ non hoc loco, sed superiore linea collocanda est, ut jam dixi. Mallem etiam scribere *περὶ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας*. Id enim mihi videtur elegantius: *ὅσα ἐπιτελεσθῆναι συμβέβηκε περὶ τοὺς*, *etc.* id est ad verbum, *quæ fieri contigit adversus episcopos.* VALES.

Ib. *καμήλων φροντιστάς*] Fuit hæc pœna apud Romanos, ut homines ingenui ad pascendos imperatoris equos aut camelos et ad alia hujusmodi personalia munera condemnarentur. Sic

metaphrastes in actis martyrum Indis et Domnæ: *ministerium camelorum qui erant in regione Claudiopolitana ei tradi imperavit, ei detrahens dignitatem præfecturæ.* Hoc autem munus dicebatur *Camelasia*, atque inter personalia munera recensetur in pandectis, titulo de muneribus et honoribus. Quamquam in eo titulo non de camelis imperialibus sermo est, sed de camelis uniuscujusque civitatis, qui ad convehenda ligna aliaque onera inserviebant, ut patet ex lege 18. in dicto titulo. Eusebius vero hoc loco agit de camelis et equis imperialibus, ad quos pascendos episcopi quidam sunt damnati. Multum autem differt inter hæc duo ministeria. Nam prius quidem illud, munus erat civile, ad quod decuriones ex albi ordine vocabantur, ut dicitur in lege citata. Posterius vero illud, servitus quædam fuit pœnæ, ad quam noxii damnabantur, ut ex Eusebii ac metaphrastæ testimonio colligimus. Erant porro hi camelarii sub cura ac dispositione comitis rerum privatarum, qui subjectos potestati suæ habebat præpositos gregum et stabulorum, ut legitur in notitia imperii Romani. Vide acta Marcelli papæ. De hac pœna loquitur b. Hieronymus in cap. 6. epistolæ ad Ephesios, his verbis: *Quomodo enim in urbibus eos qui aliquid commisere flagitii, videmus vel bestias alere, vel secare marmora, vel mundare spurcitias cloacarum, vel præesse gladiatoribus, et fundendo reorum sanguini destinari.* VALES. Verba βασιλικῶν ἵππων—παραστάσει vertit Valesius: ad *alendos* imperatoris equos. Sed hæc verbi παράστασις significatio haud scio an alibi non inveniatur. Rectius fortasse latiori significatione verbum illud accipiatur, ut conveniat præcedenti φροντιστὰς, i. e. *curatores,* eodem Valesio interprete. Neque enim hoc impedit, quo minus simul cogitetur de ipso victu, quem præbere debuerunt episcopi equis. HEIN.

Ib. τὰ ἐν αὐτοῖς ὁμολογηταῖς σχίσματα] Intelligis schisma Meletii Lycopolitani adversus Petrum Alexandriæ episcopum, de quo vide Athanasium et Epiphanium. Intelligit etiam schisma Donati in Africa adversus Cæcilianum episcopum. VALES.

12, 2. ἀφειδῶς—ἐπεντρίβοντες, i. e. in mediis persecutionis calamitatibus *inclementius insultantes*, interprete Valesio. Verba statim sequentia κακὰ κακοῖς ἐπιτειχίζοντες idem vertit: mala

malis *cumulantes.* Quæ verbi *ἐπιτειχίζειν* significatio utut huic loco conveniens, procul dubio est rarior. Vide quæ annotavit ipse Valesius ad Euseb. i. 2. (pag. 12.). Adde Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 190. sq. Hemsterhuis. *ad Lucian. Nigrin.* p. 62. Similiter animadvertenda sunt verba *καινότερα καινοῖς ἐπινεωτερίζοντες* quæ non minus recte interpretatur Valesius: novas res *subinde alias post alias excogitantes.* Cf. viii. 10. ext. *καινοτέρας ἐπὶ καινοτέραις—ἀθλήσεις περιτιθέναι.* Ceterum verbum *ἐπινεωτερίζειν* Lexica vulgaria et ipse Thesaurus Suicerianus ignorat. HEIN.

Ib. *ἀρχομένῳ μοι εἴρηται*] Locus quem designat Eusebius, in hoc quidem libello non reperitur. Ex quo apparet hunc de martyribus Palæstinæ librum ad nos mutilum pervenisse. Certe procemium libri deesse nemo non videt. Verum suppleri potest hæc lacuna ex cap. 2. lib. viii. historiæ ecclesiasticæ, ubi dicit Eusebius, quod hic abs se dictum esse commemorat. VALES. Vix igitur ex h. l. potest concludi, quod conclusit Valesius, cum illud *ἀρχομένῳ μοι εἴρηται* commodo referri possit ad lib. viii. cap. 2., neque opus sit de ipsius libri de mart. Pal. initio cogitare. HEIN.

Ib. *οἰκειότατον ἡγούμενος*] Post has voces in codice Regio, et in editione Rob. Stephani apposita est virgula. Verum in tribus aliis codicibus Maz. Med. et Fuk. totus locus uno spiritu continuatur hoc modo: *οἰκειότατον ἡγούμενος τῇ τῶν θαυμαστῶν μαρτύρων ἱστορίᾳ.* Et post vocem *ἱστορίᾳ* apponitur media distinctio seu mora. Quam quidem interpunctionem magis probo. VALES. Ipse tamen Val. quasi post *οἰκειότατον ἡγούμενος* apposita sit virgula, et ita vertit: rectius facturus esse mihi videor, si extremam partem hujus libri *præclaris martyrum facinoribus et pace,* quæ posthæc cœlitus nobis affulsit, exornem. *Πισταῖς ἀκοαῖς παρέχεσθαι* vero bene interpretatur Val.: *fidelium auribus commendare.* Quibus si junxeris verba *τῇ—ἱστορίᾳ,* hæc ipsa vertenda sunt: per admirabilium martyrum historiam seu conscripta admirabilium martyrum historia. Porro in verbis *ἀλλὰ γὰρ ὅσα σεμνὰ—ἔπαινος* respicit noster aperte ad locum epistolæ Pauli ad Philipp. iv. 8. Atque nihil aliud fortasse voluit exprimere Eusebius verbis *κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον* nisi illa *ὅσα σεμνὰ etc.* effatum esse Pauli. Potest tamen etiam iis significari: quæcunque gravia et

honesta sunt si ad doctrinam evangelicam exiguntur. Male certe Val. vertit: *in* religione nostra. HEIN.

13, 3. Καὶ πρεσβύτερος ἄλλος] Helias hic dicebatur, qui una cum Patermuthio flammis absumptus est, ut legitur in menæis Græcorum, die 17. Septembris. De Patermuthio loquitur etiam Photius in bibliotheca cap. 118. ubi scribit de libris pro Origene a Pamphilo martyre in carcere elucubratis. VALES. Cf. Euseb. H. E. viii. 13. Ruinart. p. 293. n. 49. HEIN.

Ib. ἐκ τῆς Γαζαίων ἐπίσκοπος ὁρμώμενος Σιλβανός] His verbis indicare videtur Eusebius, Silvanum hunc non fuisse episcopum urbis Gazæ. Hoc enim tantum dicit Eusebius, Silvanum Gaza oriundum fuisse, eundemque episcopum Christianis qui in Palæstinæ metallis agebant, præfuisse. Certe Græci in menæis ad diem 14. Octobris verba Eusebii ita videntur accepisse. Aiunt enim Silvanum ecclesiæ Gazensis presbyterum fuisse, qui post crudelissima tormenta quæ apud Cæsaream perpessus fuerat, ad metalla damnatus est, ubi episcopale munus a fidelibus ei delatum est: εἶτα ἐπὶ τῶν ἐν ζωόροις τοῦ χαλκοῦ μετάλλων καταδικασθεὶς, ἐπισκοπικῆς λειτουργίας παρὰ τῶν πιστῶν ἀξιοῦται. Eusebius tamen in lib. viii. c. 14. Gazæ episcopum diserte eum appellat, et in hoc libello de martyribus Palæstinæ cap. 7. VALES. Sequens ὡς εἰπεῖν vertendum puto *fore, pæne.* Vide quæ monui vii. 25. (pag. 601. sq.) HEIN.

13, 6. καταγεγραμμένου] In Ion additur: Forte καταγεγραμμένα. Sed locus habet optime, modo superius post τῆς ἐν μνήμαις ἀρετῆς ponatur comma, quod ego feci, sed Val. et Zimm. male omiserunt. Pendet enim ἀρετῆς ex παραδόξου ἀναφανέντος et totum locum inde a verbis οὐχ οὕτως *etc.* recte vertit Val. ita: "præsertim cum hujus rei causa non tantum admirationis sit consecutus, quantum *ex memoriæ præstantia.* Quippe qui totos divinæ scripturæ libros non in tabulis lapidis, quemadmodum ait divinus apostolus (cf. interpp. ad 2 Corinth. iii. 3), nec in membranis animalium, aut chartis quæ vermibus et longinquitate temporis consumuntur, verum in carneis cordis tabulis, in anima scilicet candidissima et in purissimo mentis lumine *perscriptos habuerit.*" De verbis ἐν μνήμαις ἀρετῇ cf. supra τῇ περὶ μνήμας ἀρετῇ, infra μείζονα ἀρετὴν τῆς

καθ' αὑτὸν δυνάμεως, majorem facultatis suæ *vim* ac *virtutem*, interprete Val. Vide quæ observavi ad Euseb. H. E. vii. 32. (pag. 647. sq.) Præterea de toto hoc loco cf. quæ monui supra c. xi. (pag. 748.) HEIN.

13, 7. *οὐδ' ὅπως οὖν δοξάζειν*] Hujus Joannis mentio fit in menæo, die 20. Septembris. VALES. Verba statim antecedentia *ἀτεχνῶς οἷά τινα προφήτην ἀποφθεγγόμενον* non recte vertit Val.: instar prophetæ cujusdam *oracula fundere*. Prophetæ enim comparare poterat Johannem Eusebius, quia scripturæ sacræ locos memoriter recitabat eadem facilitate et firmitate qua prophetæ est vaticinari. Sed inde non sequitur *ἀποφθέγγεσθαι* esse *oracula fundere*. Vide supra cap. xi. (p. 748. sqq.) Deinde in eo non recte egit Val., quod vocem *ἀτεχνῶς* plane non vertit, quæ significat aut *plane*, aut *revera*, *reapse*. Vid. Zeune *ad Viger.* p. 388. sq. ed. Herm. et Heindorf. *ad Plat. Soph.* p. 255. D. HEIN.

13, 8. *ὡς ἂν ἐνόμιζεν ἐνοχλοῦντας*] Transpositio verborum est familiaris Eusebio pro *ὡς ἂν ἐνοχλοῦντας, ἐνόμιζε*, quod Christophorsonus non vidit. VALES.

13, 11. *ἀναγραπτέα δὴ καὶ ἡ παλινῳδία*] Deest finis hujus libelli, palinodia scilicet imperatorum, seu constitutio Galerii Maximiani de inhibenda persecutione Christianorum. Sed hæc lacuna facile suppleri potest ex capite ultimo libri octavi historiæ ecclesiasticæ. VALES. De locutione *παλινῳδίαν ᾄδειν* vid. Erasmi *Chiliad.* Cf. viii. 13. viii. 16. init. *μεταθέμενοι τὴν γνώμην παλινῳδίαν ᾖδον.* Justin. M. cohortat. ad Græcos c. xxxviii. *τῷ γοῦν πρότερον ὑμᾶς τὴν πολυθεότητα διδάξαντι, ὕστερον δὲ λυσιτελῆ καὶ ἀναγκαίαν παλινῳδίαν ᾆσαι προελομένῳ πείσθητε Ὀρφεῖ.* Longin. fragm. v. 8. p. 184. ed. Weisk. *οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα.* Horat. Od. i. 16. ibique interpp. Macrob. vii. 5. "Nec abnego potuisse me quoque tanquam *palinodiam canere.*" Insolentius *palinodiæ* voce utitur Ammian. Marc. xviii. 5. p. 194. ed. Vales. poster. pro cantione veteri. HEIN.

ANNOTATIONES

AD

EUSEBII HIST. ECCLES.

LIB. IX.

1, 1. Τοῦ προτεθέντος idem valet ac τοῦ προεκτεθέντος, quo verbo utitur Eusebius infra hac pagina. VALES.

Ib. καὶ τὰς ἀμφὶ ταύτην ἐπαρχίας] Christophorsonus *singulas Asiæ provincias* interpretatur. Rufinus vero Pontum, Bithyniam, Galatiam, et reliquas circumquaque provincias intellexit, quæ erant sub ditione Galerii imperatoris, excepta orientis diœcesi, quam regebat Maximinus Cæsar. VALES.

1, 2. ἐν παραβύστῳ θεὶς, i. e. *suppresso* edicto, ut vertit Val., *so suchte er nur das bekannt gemachte Gesetz zu verheimlichen*, ut reddidit Stroth. Quid sit proprie παράβυστος, docet Harpocrat. Lexic. p. 276. sq. ed. Blancard. et Pollux viii. 10. 122. sq. Vid. Jungermann. et Kuehn. ad h. l. Sigonius *de republ. Atheniens.* iii. 4. cf. Polluc. iii. 3. 43. Zosim. hist. iv. 26. p. 407. iv. 38. p. 440. iv. 39. p. 445. ed. Cellar. Sed h. l. paulo insolentius noster ἐν παραβύστῳ junxit cum verbo θεὶς, cum alias absolute et adverbii loco illud legatur. HEIN.

Ib. Ὁ γοῦν παρ' αὐτοῖς] Apud Nicephorum legitur παρ' αὐτῷ, ut Sabinum præfectum prætorio Maximini fuisse intelligas. Recte tamen nostri codices habent παρ' αὐτοῖς in plurali numero. Nam Sabinus licet apud Maximinum Cæsarem in oriente præfecturam gereret prætorii, tamen quia præfectus creatus fuerat a Galerio, idcirco imperatorum præfectus dicitur, Galerii scilicet et Maximini. Quippe Cæsares jus creandorum præfectorum non habebant, sed præfectos ab augustis

creatos accipiebant, ut ex Amm. Marcellini pluribus locis demonstrari potest. Hinc est quod Sabinus in edicto suo, quod hic refertur ab Eusebio, imperatores semper in plurali numero appellat, ut provinciales intelligerent id præceptum fuisse ab imperatoribus Galerio, Constantino, Licinio et Maximino. Possunt etiam hæc verba *παρ' αὐτοῖς*, accipi de rectoribus provinciarum quæ parebant Maximino Cæsari. De his enim in præcedente periodo loquitur Eusebius. Atque hæc expositio mihi verior videtur. VALES.

Ib. *τὴν βασιλέως ἐμφαίνει γνώμην*] Rufinus hunc locum ita vertit: *Sed Sabinus qui per illud tempus præfecturæ culmen regebat, omnium provinciarum judicibus scribens, et prælatam imperatoris inserens legem, manifestum efficit cunctis id quod Maximinus obscurare tentaverat.* In quo tamen Rufinus mentem Eusebii non est assecutus. Neque enim Sabinus imperatoris Galerii constitutionem edicto suo præmiserat, ut facere solebant præfecti prætorio. Quippe Maximinus operam dederat, ne constitutio illa in notitiam provincialium suorum perveniret. Nam rescriptum Galerii magnopere ei displicebat, tum quod Christiani, quos hactenus atrocissime persecutus fuerat, ejus crudelitati subtracti erant, tum quod nomen ipsius præfixum non erat supradictæ constitutioni. Sed Licinii quidem nomen post Galerium et Constantinum in eo rescripto legebatur, ipse vero, utpote adhuc Cæsar, nullum ibi locum habebat. Partim igitur pudore ac verecundia, partim præ indignatione, Maximinus eam constitutionem suppressit. Sabinus vero in epistolá sua ad præsides provinciarum, levem duntaxat mentionem fecit ejus constitutionis, ut Maximino morem gereret. Porro Christophorsonus *βασιλέως* nomine Maximinum hic intellexit, non ut Rufinus Galerium. Magis tamen placet Rufini interpretatio, cum Eusebius Maximinum tyrannum potius vocare soleat quam Cæsarem. VALES. Recte quidem taxavit Valesius Rufinum quod male hunc Eusebii locum vertit et hanc esse verborum *τὴν βασιλέως ἐμφαίνει γνώμην* sententiam opinatus est, ut Sabinum Galerii constitutionem edicto suo præmisisse cogitandum sit. Rufinus enim cum in sequentibus præsides provinciarum, Sabini epistola inductos, revera Maximinum Christianos non diutius vexari velle credidisse legeret, quamvis Maximinus ipse indulgentiam nonnisi simulans ob

hanc ipsam causam sola nuda voce (ἀγράφῳ προστάγματι) rectoribus sibi subjectis ut a persecutione Christianorum et procul dubio ad tempus tantum ac nonnihil abstinerent (quæ omnia Eusebius indicare voluisse videtur simplici ἀγράφῳ προστάγματι), significasset, Rufinus, inquam, cum hæc legeret, probabiliter eo motus est, ut more suo justo liberius Eusebii verba verteret atque ea sequens quæ evenerunt, perverteret. Inde ἐμφαίνει γνώμην βασιλέως quod nihil est nisi: regis sententiam *significavit* (cf. verba præcedentia οἱ δὲ—διὰ γραφῆς ὑποσημαίνουσιν et inferius ἐμφανῆ καθιστῶσι γνώμην), Rufinus reddidit: *manifestum efficit cunctis id quod Maximinus obscurare tentaverat* et adeo Galerii constitutionem Sabinum inseruisse epistolæ suæ, addidit. Jam vero vel Valesius duplici modo mihi lapsus videtur. Primum in eo, quod affirmat, Sabinum *levem* duntaxat *mentionem fecisse* constitutionis Galerii in epistola sua *ut Maximino morem gereret.* Nam de his Eusebius ne verbum quidem dixit, qui potius Sabinum ut reliquos rectores Maximini, *contra hujus voluntatem* per litteras significasse refert ea quæ Maximinus ἀγράφῳ προστάγματι tantum indicaverat. Hinc quamvis sane Sabinus non diserte commemoraverit constitutionem Galerii in sua epistola, tamen ille ipse potius simul probabiliter credidit Maximinum ejusdem esse in Christianos voluntatis quam ostenderat Galerius et reliqui in sua constitutione, atque inde certe non plane temere Rufinus adeo, Sabinum præmisisse illam constitutionem suæ epistolæ, interpretatione sua simul affirmasse intelligitur. Sed alterum, in quo erravit Valesius, illud esse puto, quod βασιλέως nomine Galerium, non Maximinum indicari ab Eusebio contendit. Quod quomodo statui possit, non intelligo, neque illud Rufinus statuit qui quamvis Galerii constitutionem simul præmisisse Sabinum epistolæ suæ dixerit, tamen verbis *id quod Maximinus obscurare tentaverat*, se βασιλέως vocabulum de nemine nisi de Maximino interpretari luculenter ostendit. Sed causa erroris Valesio illud fuit, quod Sabinum ut Maximino morem gereret, leviter tantum et tecte Galerii constitutionem memorasse ab Eusebio dici putaret, unde verborum βασιλέως γνώμην ἐμφαίνει hanc sententiam veri similiter esse credidit: regis, id est Galerii, sententiam tecte significavit. Atque propterea nescio an verterit ἐμφαίνει *insinuarit.* Quod vero dicit Vale-

sius, Eusebium Maximinum tyrannum potius quam Cæsarem vocare, ita tantum verum est, ut sæpius et plerumque hoc facere Eusebius credatur. Cf. initium cap. 1. et cap. 2. Sed hoc loco et infra in verbis: τοῦτο γὰρ ἐπ' ἀληθείας βασιλεῖ δοκεῖν ὑπειλήφασιν, de alio quam de Maximino cogitari nullo modo potest, nisi Eusebium obscurissime et perversissime loqui velimus. Verba autem τῷ τῶν ἐξοχωτάτων ἐπάρχων—— ἡγουμένους vertit Valesius: Sabinus quidem qui *præfecturæ prætorianæ dignitatem, quæ apud illos summa habetur*, tunc temporis obtinebat, *singularum provinciarum* præsidibus, et eodem modo Strothius, qui præterea ad h. l. animadvertit: " *We shall not be far wrong, in comparing a prætorian præfect of this period with the grand vizier. At first his power was not so great.* HEIN.

Ib. ἐπιστολῆς] Hujus epistolæ authentiam ostendit accuratius Kestner. *de Eus.* p. 42. not. 88. HEIN.

Ib. ἧς——τρόπον] Val. non recte vertit: *eam epistolam Græce nos interpretati sumus in hunc modum.* Vid. Mœller. p. 24. cf. Moshem. *dissertt. ad hist. eccl. pertt.* vol. i. p. 527. In sequentibus καθωσιωμένῃ σπουδῇ recte vertit Val.: *devota* sollicitudine, perperam Str.: *verehrungswürdige Bemühung.* Vid. i. 3. ὅτι μὴ φωναῖς αὐτὸ μόνον αὐτὸν γεραίρομεν οἱ καθωσιωμένοι αὐτῷ. Polluc. i. 1. 20. 36. Valesius *ad Euseb. orat. de laud. Const.* c. i. Irmisch. *ad Herodian.* vii. 9. tom. iii. p. 784. Cf. Heraldus *ad Arnob. advers. gentt.* iii. 6. P. ii. p. 122. sq. ed. Orell. Sed vocem λιπαρωτάτῃ Valesius transtulit *assidua*, Strothius *hoechste.* Neuter recte ut videtur. Puto enim λιπαρωτάτῃ potius eodem modo h. l. dictum esse quo sæpius recentior Græcitas illud usurpat, ita quidem ut sit *continuus, constans, perpetuus.* Vide quæ annotavi ad Euseb. H. E. vii. 11. (pag. 573. sq.) HEIN.

1, 5. περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ γράμματος] Non dubito quin scribendum sit τοῦ πράγματος; quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 24. l. vii. qui hunc locum sic expressit: μὴ προσῆκον ἐκείνοις περαιτέρω φροντίδα περὶ Χριστιανῶν ποιεῖσθαι. VALES. Valesius vertit: ut sciant sibi in posterum *hujus negotii amplius curam agere non licere*, Strothius: *dass sie es wissen, dass sie sich mit dieser Sache fernerhin nicht abgeben dürfen.* Nescio tamen an vel γράμματος possit

explicari et ita quidem ut eadem sententia maneat, hoc modo: ut sciant sibi non licere operam dare, scilicet, ut facile intelligitur, persequendis Christianis, ultra hoc scriptum, id est, magis quam hoc scripto est indicatum. Sequentia *οἱ κατ' ἐπαρχίαν τὴν τῶν γραφέντων αὐτοῖς ἐπαληθεύειν προαίρεσιν νενομικότες* non recte vertit Valesius: singularum provinciarum præsides, rati *hanc revera esse principis mentem*, quæ literis Sabini expromeretur, nec Strothius: *Die Statthalter in den Provinzen hielten den Inhalt dieses Briefes für die wahre Willensmeynung der Kaiser*, cum vertendum sit: provinciarum præsides rati *se iis* (id est, curatoribus, magistratibus etc.) *voluntatem Cæsaris quæ scripto illo contineretur, probare* s. *demonstrare*. HEIN.

1, 6. *ἐπιτελουμένας συναγωγάς*] Hoc loco *συναγωγὰς* posuit pro *συνάξεις*. Quo sensu etiam Dionysius Alexandrinus eam vocem usurpat, ut supra notavi in lib. vii. Duplex autem erat *σύναξις*, altera precum, altera sacramentorum. De priore loquitur Athanasius in apologia ad Constantium: *καὶ γέγονεν οὐκ ἐγκαίνια, ἀλλὰ σύναξις τῆς εὐχῆς*. VALES.

1, 7. *κεχειμασμένοι*] Lapsos intelligit, quos naufragis comparat. Eosdem in libro viii. *πεπειραμένους* vocavit. Possis etiam vertere *vi tempestatis quassatis*. VALES.

1, 8. *λεωφόρους* vias *publicas* recte vertit Val. Vide quæ monui ad Euseb. H. E. vii. 21. (p. 582. sq.) Adde Polluc. i. 12. 220. iii. 17. 96. ix. 4. 19. *Ἐπὶ δὲ τούτοις, τὰς μὲν εὐρυτέρας ὁδοὺς, λεωφόρους καὶ ἁμαξιτοὺς ἂν καλοῖς, καὶ ἁμαξηλάτους, καὶ ἱππηλάτους. Τὰ δὲ στενὰ, στενωποὺς, καὶ λαύρας etc.* Vid. Jungermann. ad h. l. Achil. Tat. i. p. 45. ed. Salmas. *ἐκτρέπεται τῆς λεωφόρου*. HEIN.

2, 1. *Οὐδ' ὅλους ἐπὶ μῆνας ἕξ*] Maximianus Galerius post constitutionem illam, quam pro pace et libertate Christianorum ediderat, non diu supervixit, sed paucis post mensibus pestilenti vulnere consumptus interiit, ut in appendice libri viii. refert Eusebius. Ejus igitur morte audita, Maximinus Cæsar persecutionem adversus Christianos renovavit, seseque ipse Augustum renuntiavit, cum hactenus Cæsar tantum fuisset, et Galerii Augusti jussis parere necesse habuisset. VALES.

Ib. *ἐν τοῖς κοιμητηρίοις*] Vid. Bingham. *Orig.* P. iii. lib. viii.

§. 9. cit. Read. cf. supra vii. 11. (pag. 568.) Meursii *Glossar.* p. 251. ed. ii. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 122. sq. HEIN.

Ib. *αὐτὸς ἑαυτῷ καθ' ἡμῶν πρεσβεύεται*] Elegans locutio, quam non intellexit Christophorsonus, nec Musculus. Maximinus submissis quibusdam improbis hominibus sollicitaverat Antiochenses, ut legatos ad comitatum mitterent, petituros ab se, ut Christianos omnes ex urbe ejicere ipsis liceret. Itaque Maximinus qui hanc legationem subornaverat, vere dici potuit, ipse ad sese legationem misisse, et legati munere functus fuisse. Est etiam hic transpositio verborum familiaris Eusebio. Hæc enim verba *διά τινων πονηρῶν ἀνθρώπων* referenda sunt ad vocem *παρορμήσας*. VALES.

Ib. *καὶ ἑτέρους δὲ ταὐτὸ ὑποβαλεῖν*] Hæc cum antecedentibus connexuit Christophorsonus. Nicephorus vero legit: *καὶ ἑτέροις δὲ ταὐτὸ ὑπολαβὼν διαπράξασθαι.* Quam scripturam secutus esse videtur Rufinus, qui ita vertit: *Sed et alios per singulas civitates similiter deterrimos cives ad simile facinus impellit.* Vide caput 4. hujus libri, ubi eadem verba repetuntur. VALES.

Ib. *λογιστεύειν*] Logistæ dicebantur a Græcis curatores civitatum. Unde *λογιστεύειν* est curatoris officio fungi. Philostratus in Nicete sophista: *ἀνὴρ ὕπατος ὄνομα Ῥοῦφος, τοὺς Σμυρναίους ἐλογίστευε πικρῶς καὶ δυστρόπως, etc.* Id est: *Rufus quidam vir consularis, curator erat Smyrnæorum, et in eo munere acerbum se ac morosum præbebat.* Vide quæ notavi ad librum xiv. Amm. Marcellini pag. 36. VALES. Ad verba *τῆς προσωνυμίας ἀλλότριος* vide quæ annotavi ad Euseb. H. E. vii. 32. (pag. 645. sq.) Adde viii. 6. *τοιοῦτον τῶν βασιλικῶν ἑνὸς τὸ μαρτύριον παίδων, ἄξιον ὡς ὄντως καὶ τῆς προσηγορίας· Πέτρος γὰρ ἐκαλεῖτο.* Matth. xvi. 18. Scriptor vitæ Syncleticæ apud Coteler. *eccles. Græc. monumm.* tom. i. p. 202. de Syncletica: *Ἡ τοῦ ἐπουρανίου συγκλήτου ἐπώνυμος.* Verba autem *ἐδόκει λογιστεύειν* Val. vertit: curatoris *officium gerebat* et Stroth. eodem modo: *er verwaltete das Amt eines Kämmerers.* Et sane *ἐδόκει* h. l. vix potest verti *videbatur* sed potius rem affirmat. Cf. quæ monui ad Eus. H. E. vi. 17. (pag. 463. sq.) HEIN.

3, 1. *Διὸς Φιλίου*] Jovis Philii templum Antiochiæ memorat Julianus in misopogone et Libanius, ni fallor, in Antiochico. VALES.

Ib. *γοητείαις ἱδρύει*] Variæ erant gentilium cæremoniæ in erigendis deorum simulacris. Aliis enim ritibus Jupiter Ctesius, aliis Herceus, aliis Philius consecrabatur. Ac Jupiter quidem Ctesius, cujus simulacrum in cellis penariis habebant, cadisco dedicabatur. Ritum consecrationis refert Anticlides in *ἐξηγητικῷ*, id est, *in libro de ritibus sacris* apud Athenæum in libro xi. cap. 6. Simulacra autem Jovis Hercei cum ollis consecrabantur. Aristophanes in Danaidibus:

> *μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκείου χύτρας,*
> *μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύνθη ποτέ.*

Eodem ritu Mercurii et aliorum simulacra erigebant, idque dicebant *χύτραις ἱδρύειν*. In his ollis pultem aut legumina coquebant, ex quibus libamenta diis a se consecratis offerebant, in memoriam prisci victus et antiquæ frugalitatis. Quod si numen suum impensius colere vellent, tum cæsa victima illius simulacrum erigebant. Quod dicebatur *ἱδρύειν ἱερείῳ*, ut docet Aristophanes in Irene, ejusque scholiastes pag. 693. Adde Suidam in voce *κανοῦν*. Præter has cæremonias utebantur interdum magicis consecrationibus, quemadmodum Theotecnus fecisse dicitur in simulacro Jovis Philii dedicando. VALES.

4, 2. Ἱερεῖς δῆτα] Cf. Lact. de mortt. pers. c. xxxvi. HEIN.

Ib. *ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου*] Sacerdos provinciæ suffragiis decurionum creabatur, iique potissimum ad honorem sacerdotii promovebantur, qui omnibus curiæ muneribus egregie perfuncti essent, ut legitur in codice Theodosiano, titulo de decurionibus. Id ergo ut novum et inusitatum notat Eusebius, quod Maximinus ipse sacerdotes provinciæ designaverit. VALES. Cf. quæ annotavit Valesius ad Euseb. H. E. viii. 14. (pag. 698. sq.) HEIN.

5, 1. Πιλάτου ὑπομνήματα] De horum actorum falsitate, vide quæ notavit Eusebius in cap. 9. lib. i[1]. Eorundem actorum mentio fit in actis præsidialibus Tarachi, Probi et Andronici cap. 9. ubi Maximus præses hæc dicit: *Inique non scis, quem invocas Christum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati et punitum, cujus exstant acta passionis.* Porro hæc acta præsidialia Tarachi, Probi et Andronici, gesta sunt

[1] Præter eos quos ibi laudavi, vid. Paulus *Commentar über das N. T.* t. m. iii. p. 779. HEIN.

Diocletiano 4. et Maximiano 3. coss. ut quidem habet inscriptio primæ interrogationis. Ex quo efficitur, acta illa Pilati diu ante persecutionem fuisse conficta, contra quam Eusebius affirmare videtur hoc loco. Verum ut libere dicam quod sentio, mendosa mihi videtur inscriptio illa actorum præsidialium, scribendumque coss. Diocletiano Aug. 9. et Maximiano 8. Primo enim mentio fit in illis actis præcepti imperatorum, quo scilicet jussum erat, ut omnes diis immortalibus sacrificarent. Hæc autem præcepta sunt anno decimo nono imperii Diocletiani. Deinde in cap. 9. hæc leguntur: *Præses dixit: maledicis principes qui diuturnam et altam pacem præstitere. Andronicus dixit: ego execratus sum pestem et sanguibibulos, qui evertunt mundum.* Primum illud de alta ac diuturna pace, convenire non potest in quartum consulatum Diocletiani, cum eo tempore barbari imperium Romanum undique aggrederentur. Deinde non video quomodo sanguibibuli dici possint Diocletianus et Maximianus, nisi post annum 19. Diocletiani quo cœpta est persecutio. Accedit argumentum illud de actis Pilati, quæ hujus persecutionis tempore ficta esse tradit Eusebius. De iisdem actis Pilati loquitur etiam Theophanes in chronico p. 7. qui cum ex Eusebio nostro cuncta quæ illic habet, hausisse videatur, mirum est tamen quantopere fallatur. Galerio enim Maximiano attribuit, quod Maximino potius tribuendum erat. Sed et in temporis notatione aberrat, dum hæc acta Pilati ante abdicationem Diocletiani divulgata esse scribit, cum tamen satis diu post imperium a Diocletiano depositum edita fuerint a Maximino. VALES.

Ib. γνώμῃ τοῦ μείζονος] Rufinus hæc ita vertit: *Quæ acta per omnes regni sui provincias prælato edicto mitti præcepit*[k]. Rufini verba expressisse videtur Nicephorus in lib. vii. cap. 26; sic enim habet: *ἐπὶ τὴν ὑπὸ χεῖρα σφῶν διαπέμπονται, καί τινων προγραμμάτων προηγουμένων.* Certe in codice Fuketii et Savilii scriptum est *διὰ προγραμμάτων παρακελευόμενοι, etc.* VALES.

5, 2. δοῦκα] Vide Zosim. hist. ii. 33. p. 189. ed. Cellar. *ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων, καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἳ στρα-*

[k] Vide quæ monui x. 8. HEIN.

τηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον. Cf. Euseb. H. E. viii. 2. (pag. 658.) HEIN.

Ib. λέγειν ἐγγράφως] Pessime Christophorsonus vertit *asseveranter dicere*. Rectius Musculus *tradito scripto*. Langus *scripto testimonio*. Nam testimonium non solum voce, sed etiam scripto perhibetur. Sed optime Rufinus interpretatur: *actis profiteri*. Hoc est quod dicitur in gestis purgationis Cæciliani: *professio tua actis hæret*. VALES. Vales. vertit: *editis apud acta testimoniis*. HEIN.

Ib. ἤθελον] De re, quæ h. l. refertur ab Eusebio, sæpius gentiles mulieribus testimonia contra Christianos extorquere consueverunt. Vid. Plin. epist. x. 97. *Necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur* (ministrarum vocabulo diaconissas significat Plinius), quid esset veri, et *per tormenta* quærere. Cf. Tertullian. apologet. i. init.: Domesticis indiciis nimis operata obstruit viam defensioni. Justin. M. apolog. ii. c. 12. Ἤδη καὶ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. Φονεύοντες γὰρ αὐτοὶ τινὰς ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας ἢ γύναια, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσι. Irenæus adv. hær. p. 469. ed. Grab. HEIN.

6, 1. Ἐπίσκοπος Σιλβανός] Alius hic est a Silvano episcopo, de quo Eusebius in libro de martyribus Palæstinæ cap. ult. Hic enim Emisæ episcopus fuit, ille Gazæ. Et prior quidem in metallis Palæstinæ una cum aliis novem ac triginta martyribus capite truncatus est, anno persecutionis octavo. Hic vero apud Emesam in Phœnice bestiis objectus anno persecutionis nono. De cujus martyrio jam supra locutus est Eusebius in libro viii. licet non suo loco. VALES.

6, 2. Πέτρος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν] Hujus martyrium jam supra retulit Eusebius in libro viii. sed non suo loco. Nam liber viii. ultra octavum annum persecutionis non progreditur. Petrus vero Alexandrinus, passus est anno persecutionis 9. ut diserte affirmat Eusebius in fine lib. vii., septimo Calendas Decembris, ut legitur in excerptis chronologicis a Scaligero editis. Quibus consentit Usuardus, Ado et vetus martyrologium Romanum. Græci vero die 24. Novembris ejus natalicia celebrant. Porro acta passionis illius MS.

Græce exstant apud R. P. Franciscum Combefisium, qui ea cum aliis quam plurimis brevi publicaturus est. In quibus passus esse dicitur Petrus die 25. Novembris, *πέμπτην ἐπὶ εἰκάδα τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἄγοντος.* Illud quoque ex iisdem actis didici, Petrum hunc ultimum fuisse martyrum Ægyptiorum, qui in illa persecutione ceciderint. Cum enim Petrus ad supplicium duceretur, in loco qui dicitur Bucoli, ubi quondam Marcus evangelistes passus fuerat ac sepultus, Deum supplex orasse dicitur, ut sanguine ipsius tanquam signaculo persecutio obsignaretur: *καὶ γενέσθω τὸ ἐμὸν αἷμα σφραγὶς καὶ τέλος τοῦ διωγμοῦ τῆς ἠγαπημένης σοι ποίμνης.* Eademque hora virgo quædam, quæ juxta b. Marci sepulcrum habitabat, dum media nocte Deum oraret, has voces e cœlo audiisse fertur: *Petrus caput apostolorum, Petrus finis martyrum, Πέτρος ἀρχὴ ἀποστόλων, Πέτρος τέλος μαρτύρων.* Quæ profecto ad amussim conveniunt cum Eusebii nostri narratione, qui Petrum nono persecutionis anno ait fecisse martyrium. Quippe anno decimo penitus sedata est persecutio, ut diserte testatur Eusebius. Petrus autem Alexandrinus nono persecutionis anno exeunte martyrium consummavit, die 25. Novembris, ut dixi. VALES.

6, 3. *Λουκιανός*] Hujus martyrium retulit etiam Eusebius in libro viii. cap. 13. sed turbato ordine temporum. Hic autem distinctius notat tempus quo passi sunt Petrus et Lucianus, nempe sub Maximino, non autem sub Galerio Maximiano, ut vult Baronius, ad annum Christi 311. cap. 3. Errat etiam idem Baronius, qui Petri Alexandrini martyrium confert in annum Christi 310. Passus est enim Petrus anno Christi 311. cum persecutionis annus nonus ageretur. Qui error Baronii inde profluxit, quod persecutionis exordium anno citius inchoavit, quem errorem abunde supra refutavimus. Porro cum Luciani martyrium sub Maximino contigerit, Anthimi quoque Nicomediensis episcopi martyrium sub eodem Maximino collocandum videtur. Certe Anthimus paulo ante Lucianum passus est, ut docet Luciani epistola ad Antiochenses, quam retuli ad caput 13. lib. viii. Id etiam colligitur ex actis Luciani martyris, in quibus tamen Maximianus pro Maximino scribitur, solemni Græcorum errore. VALES.

Ib. *τηνικαῦτα βασιλεὺς διατρίβων*] Mortuo Galerio Maxi-

minus Cæsar Asiam ac Bithyniam occupavit, quæ provinciæ una cum Illyrico et Thracia sub ditione fuerant Galerii. Has enim provincias Galerius sibi retinuerat, ut scribit Eutropius, et vetus auctor in excerptis, quæ ad calcem Amm. Marcellini jampridem edidi. Nicomediæ igitur morabatur Maximinus, quæ caput erat Bithyniæ, et imperatorum domicilium, jam inde a temporibus Diocletiani. Porro *βασιλέως* nomine Maximinum hic intelligi, apertissime docent, quæ sequuntur. Quocirca miror Baronium, qui Lucianum sub Galerio, non sub Maximino passum esse dixerit, cum Eusebius qui Luciani fuit æqualis, a Maximino eum occisum esse testetur. VALES. Cf. supra c. i. (pag. 766. sqq.) HEIN.

7, 1. *Ὃ μηδὲ ἄλλοτέ ποτε*] Non immerito quis mirari possit, cur Eusebius id nunquam antea visum esse dicat. Nunquamne antea decreta civitatum adversus Christianos, nunquamne principum edicta publice proposita fuerant? id profecto negari non potest. Non igitur hoc negat Eusebius, sed tantum negat, edicta illa in æs incisa fuisse. Nam ut supra notavi ad lib. viii. edicta principum in charta perscribebantur. VALES.

Ib. *κατὰ πᾶσαν ἔφερον ἡμέραν*] Rufinus et Langus vertunt *per totum diem.* Sed Musculus et Christophorsonus interpretantur *quotidie.* Sic infra cap. 8. *διὰ πάσης ἡμέρας.* VALES.

7, 3. *οἷς οὐ ψιλῶν καὶ ὑποκένων ῥημάτων*] Musculus et Christophorsonus hæc ad deos referri existimarunt. Ego ad Tyrios ipsos retuli. Perstringit autem Maximinus fidem Christianorum his verbis *ὑποκένων ῥημάτων πίστις,* quasi fides Christianorum nihil præter verba haberet, ac rebus ipsis vacua esset. VALES.

Ib. *θεῶν—οἰκητήριον*] Inde in vett. nummis et inscriptionibus sæpe vocari Tyrum *ἱερὰν καὶ ἄσυλον*, docet Spanhem. *dissert. ix. de numismatibus* cit. Lowth. HEIN.

Ib. *ἐπιδημίᾳ*] Crediderunt veteres, certis diebus deos in quasdam urbes ipsis acceptas commeare, easque *ἐπιδημίας θεῶν* appellabant. Sic apud Delios et Milesios adventus Apollinis colebatur, apud Argivos Dianæ, ut scribit Menander rhetor in cap. de hymnis *ἀποπεμπτικοῖς.* Aristides in panathenaico *πότερον τὰς θεῶν ἐπιδημίας εἴποι τίς.* Dio Chrysostomus in oratione quæ Tarsica 1. inscribitur pag. 408. *φασὶ*

τοὺς οἰκιστὰς ἥρωας, ἢ θεοὺς πολλάκις ἐπιστρέφεσθαι τὰς αὐτῶν πόλεις, τοῖς ἄλλοις ὄντας ἀφανεῖς, ἔν τε θυσίαις καί τισιν ἑορταῖς δημοτελέσιν, etc. De hujusmodi deorum adventu poëtæ passim loquuntur. Virgil. lib. iv.

> *Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta*
> *Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.*

Hinc est, quod adventus impp. in veteribus nummis et in Calendario inscriptus cernitur[1]. Sed et Christiani de quibusdam sanctis idem credidere, ut de Thecla Dalisanda ab urbe Seleucia commeante sub diem ipsius festum, et de Paulo Roma Tarsum invisente ait Basilius in lib. ii. de Thecla cap. 10. VALES.

7, 4. *πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν——κατέφυγεν* Val. vertit: confestim *ad nostram pietatem tanquam ad totius religionis metropolim* confugit, Stroth. "*so hat sie sogleich und ohne Bedenken, ihre Zuflucht zu unsrer Gottseligkeit als zu der Hauptstadt aller Religionen genommen.*" Sed primum *εὐσέβειαν* rectius interpretandum duco de *clementia*, *gratia* (vid. quæ monui ad Euseb. H.E. viii. 17. (p. 706.) quod suadent sequentia *κατέφυγεν, ἴασιν —ἀπαιτοῦσα*, deinde *θεοσεβειῶν* de pietate potius quam de religione accipiendum existimo. Neque enim facile intelligatur cur numero plurali deinde usus sit interpres rescripti Maximini quamvis conferas, si placet, quæ exposui ad Euseb. H. E. viii. 6. (p. 661. sqq.) et *θεοσέβεια* præterea sensu objectivo de *paganorum* religione haud scio an sit satis infrequens. Cf. quæ monui vii. 32. (pag. 633.) Quidquid vero sit, luditur certe in verbis *εὐσέβεια* et *θεοσέβεια*. Porro notanda est locutio *ὥσπερ πρὸς μητρόπολιν πασῶν θεοσεβειῶν,* quod Latinius quam Val. reddas: tanquam ad *arcem* singulorum pietatis, i. e. *firmamentum.* Metropolis enim solet colonias suas fovere ac tueri. Similiter *ἀκρόπολις* legere me memini apud M. Antoninum sed locus ipse nunc non statim succurrit. Cf. Suicer. *Thes.* t. i. p. 173. Et Diogenes dixit cupiditatem esse *μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν,* i. e. *ῥίζαν*, originem. Demades vero affirmavit *τὴν αἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν* esse, i. e. quod muniat et com-

[1] Cf. quæ annotavit Valesius supra ii. 6. (p. 74.) et in notas Maussaci ad Harpocrat. Lexic. p. 134. Adde Dorville *ad Charit.* p. 285. Wesseling. *ad Diodor.* i. 35. HEIN.

mendet pulchritudinem. Cf. Gesner. *Thesaur. Latin.* s. v. *arx.* HEIN.

7, 6. μηδ'—πρόσοψιν referendum ad pacem inter Maximinum et Licinium factam, monuit Lowth. cit. Lact. de mortt. pers. c. xxxvi. HEIN.

Ib. πρόσοψιν στηρίζεσθαι] Alludit ad aspectum et στηριγμὸν planetarum. Dicitur autem στηριγμὸς in planetis, cum in epicyclo suo nec progredi amplius nec retrocedere adhuc videntur. VALES. Vales. non male vertit: "nec impii belli aspectus impræpedite *defixus hæret* in terris." Strothius minus bene: "*noch auf dass die Aspecten eines verruchten Krieges ungehindert über der Erde im Stillstands-Punkt stehn.*" Dubito etiam de ea quam Valesius invenisse sibi visus est, allusione. HEIN.

Ib. ἐν φοβερῷ τρόμῳ καταδυομένην] Scribendum videtur ἀναδυομένην. Duo enim terræ motuum genera sibi invicem opposita, hic a Maximino referuntur, βρασματίαι scilicet et χασματίαι. De quibus vide Amm. Marcellinum, et quæ ibi notavi. Innuit autem Maximinus terræ motum illum, qui urbem Tyrum afflixerat, anno ante persecutionem Diocletiani, ut refert Eusebius in chronico. VALES.

Ib. καὶ ταῦτα σύμπαντα—ἐγίνετο] Constat omnium malorum quibus ipsi premebantur, causas paganos adscripsisse Christianis, quorum impietate gravis deorum suorum ira effervuerit et effervescat. Quam quidem paganorum calumniam, si quis alius, omnibus eloquentiæ suæ ponderibus compressit Arnobius adversus gentes i. 1—26. ed. Orell. Ita c. 2. "Ac primum, inquit, ab his illud familiari et placida oratione perquirimus: *postquam esse nomen in terris Christianæ religionis occœpit, quidnam inusitatum, quid incognitum, quid contra leges principaliter institutas, aut sensit aut passa est rerum ipsa quæ dicitur appellaturque natura? Nunquid in contrarias qualitates prima illa elementa mutata sunt, ex quibus res omnes consensum est, esse concretas? Nunquid machinæ hujus, et molis, qua universi tegimur, et continemur inclusi, parte est in aliqua relaxata, aut dissoluta constructio? Nunquid vertigo hæc mundi, primigenii motus moderamen excedens, aut tardius repere, aut præcipiti cœpit volubilitate raptari? Nunquid ab occiduis partibus attollere se astra, atque in ortus fieri signorum cœpta est incli-*

natio? Nunquid ipse syderum sol princeps, cujus omnia luce vestiuntur, atque animantur calore, exarsit, intepuit, atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? Nunquid luna desivit redintegrare se ipsam, atque in veteres formas novellarum semper restitutione traducere? Nunquid frigora, nunquid calores, nunquid tepores medii in æqualium temporum confusionibus occiderunt? Nunquid longos habere dies bruma, revocare tardissimas luces nox cœpit æstatis? Nunquid suas animas expiraverunt venti? emortuisque flaminibus neque cœlum coactatur in nubila, nec madidata ex imbribus arva succedunt? Commendata semina tellus recusat accipere (cf. verba *μήτε τὴν γῆν τὰ παραδιδόμενα αὐτῇ σπέρματα ἀρνεῖσθαι*)*? aut frondescere arbores nolunt? Sapor frugibus esculentis, et vitis liquoribus mutatus est? Oleorum ex bacculis cruor teter exprimitur, nec lumini subministratur extincto?*" etc. Ibid. c. 4. "*Quando est humanum genus aquarum diluviis interemtum? non ante nos? Quando mundus incensus in favillas et cineres dissolutus est? non ante nos? Quando urbes amplissimæ marinis coopertæ sunt fluctibus? non ante nos? Quando cum feris bella, et prælia cum leonibus gesta sunt? non ante nos? Quando pernicies populis venenatis ab anguibus data est? non ante nos?*" etc." Ibid. c. 10. "*Nec si aliquid accidit, quod nosmetipsos, aut res nostras parum lætis successibus fovit, continuo malum est et in exitiabilis rei opinione ponendum. Pluit mundus, aut non pluit, sibimet ipsi pluit, aut non pluit: et quod forsitan nescias, aut uliginem nimiam siccitatis ardore decoquit, aut longissimi temporis ariditatem pluviarum effusionibus temperat.*" Vid. Herald. et Elmenhorst. *ad Arnob.* l. l. i. 1. p. 277. ed. Orell. et Nourrius in *supplemento annotatt. in Arnobium* quod adjecit editioni suæ Arnobii Orellius, ad eundem locum p. 3. Salmas. *ad Tertullian. de pallio* p. 152. Sed nec tacendum illud est, vicissim Christianos malorum quæ paganis acciderent, causam et originem repetiisse vel ab religionis Christianæ contemptu vel ab eorum Christianos persequendi studio. Vid. Euseb. H. E. viii. 14. *Τοσαύτη δῆτα κακίας φορὰ ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συνηνέχθη καιρὸν, πρὸς τῶν δύο τυράννων ἀνατολὴν καὶ δύσιν διειληφότων κατεργασθεῖσα. Τίς δ' ἂν τὴν τῶν τοσούτων διερευνώμενος αἰτίαν, διστάξαι, μὴ οὐχὶ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀποφήνασθαι; Ὅτε γε μάλιστα οὐ πρότερον τὰ τῆς τοσῆσδε πέ-*

παντο συγχύσεως ἢ Χριστιανοὺς τὰ τῆς παρρησίας ἀπολαβεῖν. Neque ipsum rerum naturæ cursum a Deo quamvis insolentissime mutari ac tolli in religionis Christianæ et fortissimorum ejus ἀθλητῶν gratiam, noster non credidit. Vide quæ exposui ad Euseb. de martyr. P. c. ix. (p. 740. sqq.) Quæ quidem opiniones omnes ortæ videntur ex minus rectis de justitia divina notionibus. Vid. Luc. xiii. 2. Johann. ix. 2. Ammon. *biblische Theologie* t. i. p. 145. sqq. ed. ii. cf. Kant. *Religion innerhalb der Gränzen der blossen Vernunft* p. 97*. sq. ed. ii. (Fichte) *Versuch einer Kritik aller Offenbarung* p. 10. sqq. ed. i. Schleiermacher. *der christl. Glaube* tom. ii. p. 90–93. HEIN.

7, 8. τοὺς λειμῶνας—λαμπομένους Val. vertit: prata—*plantis et floribus collucentia* propter opportunam imbrium irrigationem. Magis perspicua est Strothii interpretatio: "*die Wiesen, die durch fruchtbaren Regen mit Gewächsen und Blumen geschmückt sind.*" Ita sæpius ἀνθεῖν dicunt Græci quæ splendidius et magnificentius sunt ornata. Cf. Xenophon. Cyrop. vi. 4. 1. ἤστραπτε μὲν χαλκῷ, ἤνθει δὲ φοινίκισι πᾶσα ἡ στρατιά. Homer. Odyss. iii. 420. xi. 414. xiii. 410. Et Latini similiter *florere* et *nitere* dicunt. Virgil. Æn. vii. 804. *florentes ære* catervas. Lucret. iv. 451. *florentia* lumina *flammis*. Cicer. Verrin. iii. 18. Adde *Salmasium* ad Tertull. de pallio p. 190. cf. Eustathius ad Homer. Odyss. xiii. 388. Passow. *Lexic.* s. v. λιπαρός. HEIN.

8, 4. Δισχιλίας—Ἀττικάς] Vid. Stroth. *deutsche Uebersetzung* t. ii. p. 74. not. 5. Adde Boeckh. *Staatshaushaltung der Athener* t. i. p. 16. sq. Cf. Spanhem. *de usu et præstant. num.* t. ii. p. 326. Potter. *Archæologie* t. iii. p. 164. 165. ed. Rambach. Paulus *Commentar* tom. iii. p. 71. 523. 526. Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* xix. 19. p. 656. ed. ii. Euseb. H. E. iii. 6. HEIN.

8, 6. Ad vocem ἀναίδην vid. viii. 14. (pag. 699.) HEIN.

8, 10. Μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς αὐλῶν] Gentilium cadavera cum tibiarum et neniarum cantu efferebantur. Quam in rem præficas habebant et siticines, de quibus notavi ad Amm. Marcellini librum xiv. Fallitur itaque Christophorsonus, qui pro μετὰ hoc loco substituit ἀντί. Sic enim vertit: *neque aliud quicquam spectare licebat, quam miserabiles fletus, quos pro ti-*

biarum cantu et strepitu ipsis in more posito ediderunt. Sed vulgatam scripturam omnes scripti codices, ipseque adeo Nicephorus tuentur. VALES.

Ib. *περὶ πάντα σπουδῆς.*] Quod hic de sepultura cadaverum refertur, satis indicat morem illum cremandi cadavera eo tempore penitus obliteratum fuisse apud Romanos. Quod quando primum cœperit, difficillimum est dicere. Videntur tamen a Judæis et Christianis hunc morem paulatim hausisse Romani, de quo insignis est locus Macrobii in lib. vii. Saturnalium cap. 7. *Deinde licet urendi corpora defunctorum usus nostro sæculo nullus sit, lectio tamen docet, eo tempore quo igni dari honos mortuis habebatur,* etc. VALES.

9. In. Tit. In omnibus codicibus transpositi erant tituli capitum, et capiti 9 adjectus erat titulus qui capitis 10. esse debuerat, contra capiti 10. tribuebatur is qui proprius erat capitis 9. Hunc errorem in versione nostra emendaveramus. Sed quoniam nihil in hac editione præter scriptorum codicum fidem corrigere propositum nobis fuit, ideo hunc errorem retinere maluimus, contenti lectorem de mendo admonuisse. VALES. Justo religiosior mihi esse videbar, si hoc vitium non vere emendarem. HEIN.

9, 1. *γεγονέναι προειρήκαμεν*] Post has voces in vetustissimo codice Maz. et Med. hæc sequuntur verba: *Λικιννίου τε τοῦ μετ' αὐτὸν συνέσει καὶ εὐσεβείᾳ τετιμημένων, πρὸς τοῦ παμβασιλέως θεοῦ τε τῶν ὅλων καὶ σωτῆρος· δύο θεοφιλῶν κατὰ τῶν δύο δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγηγερμένων, etc.* Optime. Atque ita Eusebium scripsisse ex sequentibus apparet. Nam in fine periodi, mentio fit tam Licinii quam Constantini, ex quo planum fit, Eusebium de utroque supra locutum fuisse. Sed exscriptor nomen Licinii consulto expunxit ob subsecutam ejus impietatem. Cum codice Maz. et Med. consentiunt etiam Fuk. et Savil. VALES.

Ib. Πίπτει—Μαξ.] Cf. Lact. de mortt. pers. c. xliii. sq. HEIN.

9, 4. *τριστάτας*] Ita legitur Exodi cap. xv. ubi multa interpretes afferunt de hujus vocis significatione. Ego ternos ex curribus pugnantes intelligo, ut recte habet vulgata versio, quam immerito reprehendit Hieronymus. *Πρωτοστάτης, παρα-*

στάτης vocabula sunt tactica. Eadem forma τριστάτης. Recte ergo Rufinus *ternos statores* vertit. VALES.

9, 5. ἦν ἂν εἰπεῖν] Cf. Psalm. vii. 4. 5. Paulo autem post pro ἄντανδρα quod legitur apud Vales. et Reading., cum Zimmerm. scribere non dubitavi αὔτανδρα cum ἄντανδρα prorsus sit ab illo loco alienum. Neque alio nisi typothetæ vitio ἄντανδρα in editione Valesii exhibitum fuisse, satis docet Valesii interpretatio: *Simul cum ipsis hominibus.* Cf. Zosim. hist. i. 42. p. 69. ii. 24. p. 169. ed. Cellar. De voce μόλυβδος quæ inferius legitur, vide quæ observavi ad Euseb. H. E. viii. 12. (pag. 681.) HEIN.

9, 6. ὧδέ πως ἀνυμνεῖν] Non probo interpretationem Christophorsoni qui vertit *canere potuisset.* Immo vertendum erat *cecinerit*, ut ex sequentibus apparet. Ait enim Eusebius, non verbis, sed factis ipsis Constantinum ita cecinisse: ταῦτά γε καὶ ὅσα τούτοις ἀδελφὰ, Κωνσταντῖνος τῷ Θεῷ ἔργοις αὐτοῖς ἀνυμνήσας. VALES. Satis vero mira quamvis plane Eusebiana est illa ipsa locutio ἔργοις ἀνυμνεῖν, ut nemo non videt. Notandum quoque hoc est, antea ab Eusebio dici τοὺς παρὰ Θεοῦ τὴν νίκην ἀραμένους, i. e. milites victores, deinde Constantinum ἀνυμνεῖν. HEIN.

Ib. βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι] In optimo codice Maz. et in Sav. hic locus ita scribitur: βοηθὸς καὶ σκεπαστής μου κύριος ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. Quam scripturam confirmat Rufinus; sic enim vertit: *Adjutor et protector meus, et factus est mihi in salutem.* Locus est in cap. xv. Exodi, ubi Romana LXX. interpretum editio voces illas μου κύριος non habet. Quod profecto miror. Nam Eusebium editione LXX. interpretum usum esse, pro certo habeo. VALES. Citare Eusebium scripturam s. secundum exemplar Alexandrinum a Grabio editum, monuit Reading. ad h. l. HEIN.

9, 7. καὶ τῶν ἄλλων διασημοτάτων] Non intellexit hanc vocem Christophorsonus, nec Musculus. Sic Græci vocabant eos, quos Latini *perfectissimos.* Hic autem titulus proprius erat equestris ordinis, ut *clarissimi* dignitas peculiaris erat senatorii ordinis. Certe procuratores principis et rationales, quos ex equestri ordine fuisse constat, perfectissimi vocabantur. Porro hæc dignitas in vetustis inscriptionibus his fere notis

designatur P. V. id est, vir perfectissimus. Sic in thesauro Gruteri pag. 1098. et in epist. 40. lib. x. Symmachi. Vide quæ notavi ad librum xxi. Amm. Marcellini pag. 202. VALES. Et ad Eus. vit. Const. iv. 1. Cf. quæ ipse observavi ad Eus. H. E. x. 8. In sequentibus *αὐταῖς ψυχαῖς* non satis accurate vertit Val. *ex animo*. Neque vero assentior Zimmermanno qui ad h. l. " Melius fortasse," inquit, " *αὐταῖς τε*." Imo aptissimum est h. l. illud *ἀσύνδετον* (cf. quæ monui x. 4.) ita tamen ut post *ὄμμασιν* ponatur comma, quod Steph. Val. et Zimmerm. omiserunt. HEIN.

9, 8. *ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος*] Ita legitur etiam in lib. i. de vita Constantini cap. 40. Malim tamen scribere *ὑπὲρ χεῖρα*, quod confirmat Rufinus: *Vexillum dominicæ crucis in dextera sua jubet depingi.* VALES. Similiter Valesius h. l. vertit: *supra manum.* Contra in l. l. Euseb. de vita Const. M.: *sub manum* et Strothius: *in der Hand.* Sed an hoc possit significare *ὑπὸ*, recte profecto dubitaveris, si vero *sub manum* verteris, tunc non minori jure offendaris, cum illud *σωτηρίου τρόπαιον πάθους* ut ex l. l. Eus. de vita Const. M. discimus, nihil fuerit nisi *ὑψηλὸν δορὺ σταύρου σχήματι*, hoc vero potius *in manu* fuisse dicendum esset Eusebio. Ion. habet *τῆς ὑπὸ χεῖρα ἀν:ὶ ἰδίας εἰκόνος*, quibus aliam et meliorem lectionem subesse putat Zimmermannus ad h. l. An forte legi possit: *ὑποχείριον ἰδίας εἰκόνος*, ut sit: *ad*, *juxta* suam imaginem? HEIN.

9, 10. *παρεκθέσθαι τὸ κελευσθὲν*] Pessime Christophorsonus vertit *divulgare*, rectius Musculus interpretatus est *prævaricari.* Quamquam neque hic mentem Eusebii assecutus est. *Παρεκθέσθαι* idem est, quod *ἐν παραβύστῳ θέσθαι*, ut dixit Eusebius in principio hujus libri, id est, *seponere* et *occultare*, ut ante fecerat Maximinus, cum rescriptum Galerii pro Christianis ad ipsum missum fuisset. Tunc vero cum Constantinus et Licinius victo Maxentio, legem pro Christianis ad eum miserunt, eam supprimere non ausus est Maximinus, metu scilicet potentiorum, ut addit Eusebius. Porro Nicephorus cum eam vocem non intelligeret, *παραιτεῖσθαι* pro ea substituit. VALES.

9, 11. *ἐπιστολῆς*] Pleraque, quæ Maximinus in epistola ista publice proponenda ad Sabinum scripsit, fuisse ficta et simu-

lata, ipse Eusebius recte monuit tum statim antea: *τὰ μηδέπω ποτὲ——ψευδόμενος* tum infra statim post finem epistolæ: *ταῦθ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐκβεβιασμένος, ἀλλ' οὐ κατὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ διακελευσάμενος οὐκέτ' ἀληθὴς κ. λ.* Cf. Gibbon. *Geschichte des Verfalls des röm. Reichs.* "*It is not usually in the language of edicts and manifestoes that we should search for the real character or secret motives of princes,*" laudante Kestnero p. 43. not. 90., qui vero simul monuit, bene esse cavendum, ne omnia in illo edicto ficta credamus v. c. *εἰ μὲν οὖν τινες εἶεν τῇ αὐτῇ δεισιδαιμονίᾳ διαμένοντες——ἐπιγινώσκειν.* cf. ix. 10. HEIN.

Ib. Ἰόβιος Μαξιμῖνος] Jovii cognomentum primus sibi sumpsit Diocletianus, ut collega ejus Maximianus Herculii. Postea cum Cæsares facti essent Constantius et Galerius, Galerius quidem qui Diocletiani filiam duxerat, et qui cum Diocletiano in oriente fere semper versatus est, Cæsar Jovius est appellatus. Sic enim chronico Alexandrino dicitur, et in vetere nummo quem edidit Joannes Tristanus. Constantius vero, utpote qui Maximiani Herculii privignam duxerat, et cum illo in occidente versabatur, Cæsar Herculius dictus est, ut ex vetere panegyrico observavit frater meus Hadrianus Valesius. Mortuo deinde Galerio, Maximinus qui Cæsar ab illo factus fuerat, cognomentum Jovii assumpsit, ut ex hoc Eusebii loco discimus. VALES.

9, 12. εἰς τὴν ἀνατολὴν] Orientis nomine Ægyptus etiam continebatur. Hujus enim administratio commissa fuerat Maximino Cæsari. Quippe Maximinus cum Cæsar a Galerio factus fuisset, omnes eas provincias quas Diocletianus sibi retinuerat, regendas accepit. Atque hinc factum est, ut Ægyptus diu postea inter provincias orientis numerata sit. Sic certe Amm. Marcellinus in lib. xiv. ubi provincias orientis recenset, inter has numerat Ægyptum et Mesopotamiam. Sed et Ægyptus initio fuit sub comite orientis, ut docet vetus inscriptio quæ sic habet: M. MAECIO MEMMIO FURIO BALBURIO CAECILIANO PLACIDO C. V. COMITI ORIENTIS. AEGYPTI. MESOPOTAMIAE. CONSULI ORDINARIO, etc. VALES.

9, 13. τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ] Anno scilicet Christi 311.

Maximiano octies cos. Eo enim anno cum Galerius mortuus esset, Maximinus Bithyniam occupavit, quam Galerius una cum Illyrico et Thracia sibi retinuerat. Vide quæ notavi supra c. 5. ubi de Luciano martyre. VALES.

Ib. *δεόμενοι——οἰκεῖν*] Cf. supra cap. 2. et Lactant. de mortt. pers. c. xxxvi. Moshem. *Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 961. sqq. HEIN.

Ib. *ἐν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει τὴν βούλησιν ἔχειν*] Hæc proverbialiter dici videntur. Hoc est quod dicit Persius:

Velle suum cuique est.

Sed post hæc verba videtur quidpiam deesse. VALES. Cf. inferius verba: *Ὅθεν εἴ τις τῇ αὐτοῦ προαιρέσει——καταλίποις.* Neque tamen inde sequitur h. l. mancam esse orationem, quæ non nisi minus apte collocata mihi videtur. Verba enim *καὶ εἰ βούλοιντο——ἐπιγινώσκειν* aptius posita essent ante *οὕτως ἕνα ἕκαστον—βούλησιν ἔχειν.* Quamquam vel in ea verborum collocatione, quæ nunc est, omnia plana sunt atque perspicua, modo post illa *καὶ—ἐπιγινώσκειν* ea quæ præcedunt *οὕτως—ἔχειν* assumas, ut ipse Valesius vertit: et si illorum religionem amplecti vellent, *perinde id licere.* Hinc post *ἔχειν* neque punctum cum Valesio nec colon cum Zimmermanno posui, sed comma. *Οὕτως* autem eodem modo legitur h. l., ut apud Euseb. H. E. iv. 9. ubi vid. (pag. 227.) Vertendum igitur: *tum vero, in dem Falle,* neque recte Val. *οὕτως* in vertendo omisit. Cf. Plutarch. Tib. Gracchus c. xx. *Γαΐον—καθείρξαντες, καὶ συνεμβαλόντες ἐχίδνας—οὕτω διέφθειραν.* Arrian. de exped. Alex. i. procem. vii. 30. 1. Libanius t. i. p. 49. C. *πολλὰ κακὰ ἐπιδόντας, εἶτα οὕτως ἀπελθεῖν.* Eadem vero ratione qua hoc Eusebii loco, *οὕτω* dictum est 1 Thessal. iv. 14. *εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε, οὕτω καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ Ἰησοῦ ἄξει.* Quem locum perperam vertit Jaspisius ita: "*Quemadmodum* (?)—— nobis persuasum habemus, *ita etiam credamus,* Deum——*esse ducturum.*" Vertendum potius erat: "Quodsi—credimus, *tum vero* (i. e. nobis credentibus) Deus ducet." Cf. Arnob. advers. gentes i. 33. ed. Orell. "Ipsa denique hiscere si animantia muta potis essent:——*ita* non duce natura et magistra,—— clamarent?" Ad quem locum egregie Orellius in *annotatt.*

t. i. p. 313. "*Nec etiam*, inquit, *ita mutandum* (cum Wakefield. in *Silv. Crit.* tom. iv. p. 244.) *in ista.* Sed *ita* est *οὕτως, so*, ea conditione scil. *hiscere si potis essent*," etc. HEIN.

9, 14. ἤρεσεν οὖν] Totus hic locus valde intricatus est et obscurus. Ac primum quidem difficultas est in his verbis: *ὅτι δὴ αὐτὸ τοῦτο, etc.* quæ Langus et Christophorsonus interpretantur *propterea quod.* Potest tamen adverbium illud *ὅτι δὴ*, simpliciter sumi pro *quod.* Ut sit sensus hic: Nicomediensibus benigne respondi, ita semper observatum fuisse a superioribus principibus. Atque hic sensus re nunc diligentius examinata, mihi magis placet. Postea pro his verbis *ἤρεσεν οὖν*, emendo *ἤρεσε νῦν*, certissima conjectura. Nam *νῦν* opponitur verbis præcedentibus *οἱ ἀρχαῖοι αὐτοκράτορες.* Sic igitur vertendus est hic locus: *Necesse habui benigne respondere, ita semper observatum fuisse a cunctis retro imperatoribus, et nunc quoque diis immortalibus per quos genus humanum et reipub. permanet status, id ipsum placuisse, ut hujusmodi petitionem quam de cultu deorum suorum ad me detulissent, confirmarem.* Certe adverbium *ὅτι δὴ*, ita sumitur ab Eus. in cap. 7. lib. v. VALES. Rectius certe h. l. sensum inde a verbis *ὅμως δέ——βεβαιώσαιμι* exposuit Valesius, quam in ipsa interpretatione Latina. Ibi enim eum ita transtulit: *Sed tamen et Nicomediensibus——necesse habui benigne respondere: quando ita observatum fuisset a cunctis retro imperatoribus, diis quoque immortalibus,——id ipsum placuisset, me quoque hujusmodi petitionem——confirmaturum.* Sed neque hæc neque illa, quam in observatione sua protulit, interpretatio vera est. Quomodo enim *ὥστε—βεβαιώσαιμι* esse potest: *me quoque confirmaturum?* Sed vel in eo lapsus Valesius, quod putavit verba etiam illa *ὅτι δὴ αὐτὸ τοῦτο κ. λ.* continere responsionem, quam Maximinus dedisset urbibus, cum vere monuerit Strothius *deutsche Uebersetzung* t. ii. p. 84. not. 4. "*The sum of this answer is contained in what he said, 'that he gave them a favourable answer'* (verbis scilicet *ἀνάγκην ἔσχον προσφελῶς ἀποκρίνασθαι*) *and he now only states the grounds on which he gave it, having been at first unwilling to do so, because, to wit, he remembered that his predecessors had never refused their subjects requests of this nature, and perceived that the gods were concerned in the matter, and wished it to be complied with.*" Ver-

tendum igitur: Necesse habui illis respondendo concedere, quod petierant, quia sane tum majores mei hunc morem observarunt, tum diis ipsis placuit, ut ejusmodi petitionem confirmarem. Νῦν vero, quod conjecit Val. et ita probavit Str. l. l., ut etiam verterit, fateor nec mihi displicere, sed *certissimam* conjecturam vocare non possum cum non Eusebius sed alius nescio quis epistolæ Maximini interpres fuerit, qui sæpe turpiter in vertendo lapsus est. Itaque *οὖν* cum ipso Val. et Zimm. non mutavi. HEIN.

9, 15. *καὶ δι' ἐντολῶν*] Mandata hoc loco Maximinus ab epistolis distinguit. Quippe epistolæ quidem principum, ad absentes magistratus mittebantur, mandata vero ipsis præsentibus tradebantur a principe, antequam in provincias proficiscerentur, brevi libello comprehensa. Inter quæ primum illud erat, ut præsides valetudinem suam diligenter curarent. Lucianus de lapsu quem inter salutandum admiserat: *τί δ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ, ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως λαμβάνετε, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστὶ παράγγελμα, τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθε.* De his principum mandatis passim loquuntur juris auctores. Dio lib. liii. p. 506. *ἐντολάς τε τινὰς καὶ τοῖς ἐπιτρόποις, καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις, τοῖς τε ἀντιστρατήγοις δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσι.* Id est: *quædam etiam mandata imperator dat procuratoribus et proconsulibus et legatis proprætore, ut sub certis legibus et conditionibus in provincias proficiscantur. Nam et hoc tunc primum institutum est, utque annuum salarium cum ipsis tum aliis præberetur.* Sic vertendus est ille Dionis locus, quem Xylander partim omisit, partim interpolavit. Denique Philo in oratione in Flaccum pag. 757. *διὰ τῶν πρὸς Μάγνον Μάξιμον ἐντολῶν μέλλοντα, etc.* ubi Gelenius *epistolas* vertit. VALES.

Ib. Verba *ἵνα μὴ κατὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν——συμπεριφέροιντο αὐτοῖς* Valesius vertit: ut adversus provinciales qui *hunc Christianæ religionis ritum* retinere voluerint, *provinciarum rectores nihil acerbe statuant, sed potius clementer et moderate indulgeant, seque illis accommodent.* Cf. Æschin. diall. ii. 13. *τἄλλα ξυμφερομένῳ περὶ τούτου διαφέρεσθε.* Plat. Theæt. 8. Euripid. Med. v. 13. Sophocl. Electr. v. 1464. *συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν.* Plato apud Longin. de subl. iv. 6. ed. Weisk. *ἐγὼ ξυμ-*

φεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ. Dresig. *de verb. med.* p. 475. et quæ monui ad Euseb. H. E. vii. 24. (pag. 599. sqq.) HEIN.

Ib. *βενεφικιαλίων*] Beneficiarii dicebantur milites, qui beneficio tribuni promoti erant, immunes a plerisque muniis et operibus militaribus, ut docet Vegetius[m]. In ultimo edicto Maximini quod refertur c. 10., legitur *ὀφφικιαλίων.* Horum mentio fit in passione sancti Fructuosi episcopi, quæ sic incipit in MS. *Cum a Valeriano et Gallieno impp. data esset jussio per universum orbem, ut Christiani sacrificarent, Æmilianus præses adveniens in civitatem Terraconensium immolavit diis, et surgens de nocte, alia die illucescente dominica misit beneficiarios ad domum Fructuosi episcopi, id est, Aurelium, Festucium, Ælium, Pollentium, Donatum et Maximum ad perducendos ad se sanctos Dei.* Ab his beneficiariis Christiani vexari solebant. Minabantur enim Christianis sese eos ad judicem perducturos, quamobrem Christiani pecuniam iis interdum numerabant, quo salutem et securitatem redimerent, ut docet Tertullianus in libro de fuga in persecutione. VALES.

9, 17. *διατάγματι ὑπὸ σοῦ προτεθέντι*] Moris erat ut præfecti prætorio, simul atque legem imperatoris acceperant, edicto suo proposito eam provincialibus publicarent. Et interdum quidem ipsam imperatoris legem edicto suo præponebant, ut notavit Jac. Sirmondus in libro ii. propemptici cap. 2. Interdum vero legis mentione duntaxat facta, edictum suum proponebant. Sic certe Sabinus præf. prætorio fecisse dicitur in cap. 10. hujus libri. Quamquam Rufinus Sabinum dicit legem imp. edicto suo præposuisse. Sic enim habet: *Sed Sabinus qui per id tempus præfecturæ culmen gerebat, omnium provinciarum rectoribus scribens, et prælatam imperatoris inserens legem,* etc. Fatendum certe est, leges imperatorum ut plurimum antelatas fuisse edictis præfectorum præt. Cujus rei illustre exemplum habemus in collatione Carthaginensi, ubi post recitatam epistolam impp. ad Marcellinum tribunum et notarium, jubetur recitari edictum Marcellini, quod sic incipit: *Quid clementissimus princeps D. N. Honorius pro catholicæ fidei confirmatione decreverit, antelatorum apicum tenore*

[m] Adde Cæsar. B. C. i. 75. Plin. epist. x. 32. Meursii *Glossar.* p. 77. ed. ii. Salmas. *ad Spartian.* p. 5. Suicer. *Thes.* t. i. p. 680. HEIN.

monstratur, etc. Idem etiam de epistolis imperatorum sentiendum est, quas magistratus semper suis jussionibus præponebant. Sic Himerius rationalis Ægypti in epistola ad præpositum Mareotæ quam refert Athanasius in apologia: *φρόντισιν τοίνυν προστυχὼν καὶ τῷ ἀντιτύπῳ τοῦ θείου γράμματος, ὃ μετὰ τοῦ οἰκείου σεβάσματος προτέτακται, etc.* VALES.

9, 18. *σύνοδον συγκροτεῖν*] Pro his verbis Nicephorus habet *συνάγειν*, quam quidem ejus interpretationem magnopere probo. Nam *σύνοδος* apud Eusebium, non semper significat concilium episcoporum, sed interdum pro ecclesiasticis conventibus sumitur. VALES.

Ib. *αὐτῷ τε ἐπιτρέπειν ἐπεστάλκεσαν*] Musculus vertit: *Maximino, ut ista concederet, scripserant.* Eundem quoque sensum, sed pluribus verbis expressit Christophorsonus. Ego aliud sibi voluisse Eusebium existimo, Constantinum scilicet ac Licinium scripsisse Maximino, se permisisse Christianis, ut conventus agerent et ecclesias ædificarent. Si quis tamen interpretationem Musculi sequi maluerit, per me licet. Mihi quidem nequaquam verisimile videtur, Constantinum ac Licinium Maximino collegæ suo mandasse ut hæc concederet Christianis. Id enim nimis arrogans fuisset. VALES.

10, 1. *Ἐκπεριῆλθε δ' αὐτόν*] Hujus verbi vim non intellexerunt interpretes. Quod equidem miror, cum vulgata lexica eos docere potuerint verbi hujus significationem [n]. Porro ab hac voce caput 10. orditur vetustissimus codex Mazarinus. Cujus auctoritate conjecturam meam confirmari, non mediocriter sum gavisus. Nam antequam eum codicem nactus essem, a proxime sequenti periodo caput 10. inchoaveram. Cum codice Maz. consentit etiam Reg. et Fuk. VALES.

Ib. *πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ἀναγορεύειν*] Id est, *in titulis legum et constitutionum.* Item in inscriptionibus operum publicorum, statuarum et imaginum se Maximinus priore loco nominavit ante Constantinum et Licinium collegas, qui tamen seniores erant augusti. Verum Maximinus cum Cæsar ante ipsos creatus fuisset, principem locum ob id sibi vindicabat. VALES.

[n] Vertit Valesius: *Porro hujusmodi causa ac necessitas eum quasi undique obsessum constrinxit.* HEIN.

10, 2. εἰς ἀπόνοιαν] Nicephorus inverso ordine legit ἐπιτείνας δὲ εἰς μανίαν τὰ τῆς ἀπονοίας, non male; ἀπόνοια pro *superbia* sumitur, ut sexcentis in locis occurrit apud Joannem Chrysostomum. VALES.

Ib. ἔξεισιν εἰς μάχην] Cf. Lact. l. l. c. xlv. sq. HEIN.

10, 3. ὁπλιτικόν] Pedestres Maximini copias intelligi puto. Porro de hac Maximini pugna adversus Licinium in Illyrico, solus ex historicis Zosimus loquitur in lib. ii. ubi scribit Licinium primo quidem cladem aliquam accepisse, sed mox repetito prœlio, Maximinum in fugam versum ad orientis partes se recepisse, et de reparando exercitu cogitavisse. Quod quidem mirifice convenit cum Eusebii nostri narratione, qui scribit Maximinum fuso exercitu suo, ad suas partes, id est, *in orientem* se recepisse. Pugna igitur illa in Europæ partibus pugnata est, anno Christi 313. Constantino iii. et Licinio iii. coss., ut recte notat Sigonius in lib. iii. de occidentali imperio. VALES.

Ib. ἐν οἷς εἴρηται] Psalm xxxiii. HEIN.

10, 6. προνοεῖσθαι δεῖ] Delenda est vox δεῖ, quam Nicephorus non agnoscit. Hæc enim omnia pendent ex verbo quod in fine prolixæ periodi positum est. Solent quippe imperatores in legibus suis componendis longas periodos adhibere, id majestati regiæ congruere existimantes. Quod hodieque reges nostri faciunt. VALES.

10, 7. δοθέντων γραμμάτων] Intelligit epistolam suam ad Sabinum præf. præt. quam retulit Eusebius supra in cap. 9. Eam superiori anno Maximinus datam esse dicit, id est, anno Christi 312. Constantino ii. et Licinio ii. coss. Ex quo sequitur, postremum hoc edictum Maximini scriptum esse anno Christi 313. Constantino iii. et Licinio iii. coss. Porro inter epistolas et edicta imperatorum hoc præcipuum discrimen est, quod epistolæ quidem nomen eorum ad quos missæ sunt, adscriptum habent, cum edicta omnes generaliter alloquantur. Et edicta quidem publice proponuntur, epistolæ vero offeruntur eis ad quos missæ sunt, ut legitur in gestis purgationis Cæciliani pag. 28. nec proponi solent, nisi nominatim additum sit in fine epistolæ: *proponatur*. Denique in epistolis nomen duntaxat imperatoris cum paucissimis titulis præfigitur, in edictis vero omnes tituli, nullo omisso, diligenter et ambitiose

ponuntur. VALES. Verba quæ paulo ante leguntur, *σεισμοὺς καὶ ἀποστερήσεις* vertit Valesius *concussiones* prædasque, Stroth. *Kränkungen und Räubereien.* Vide Euseb. H. E. vii. 30. (pag. 611.) Ad verba autem *ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως* (*occasione legis illius*, ut vertit Val.) *ἐξ ἧς κεκελευσμένον ἦν——τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξῃρῆσθαι* vid. Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 223. 8. cf. Vales. *ad Euseb. H. E.* viii. 6. (pag. 666. sq.) HEIN.

10, 8. *παρενεθυμοῦντο*] Langus vertit *male accepisse*, quod equidem valde probo. Nam *παρενθυμεῖσθαι* proprie significat *male interpretari.* At Musculus, eumque secutus Christophorsonus verterunt *negligere, pro nihilo habere*, minus recte [o]. In codice Fuk. et Savil. legitur *παρ' οὐδὲν ἐτίθεντο.* Quod videtur scholii vice ad marginem primo adscriptum, postea in textum irrepsisse. VALES.

10, 9. *εἰς χάρισμα δέδοται*] Data ab imperatoribus intelligo. Solebant enim imperatores prædia quæ fisco applicata fuerant, petentibus donare. Vide titulum in codice de petitionibus. VALES. Ad verba quæ paulo ante leguntur, *εἴ τινες οἰκίαι καὶ χωρία——ἐτύγχανον ὄντα* vid. Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 279. not. 5. "*We have good reason for supposing, that even as early as the third century some churches through donations and legacies from different quarters had become possessed of property and even of estates of their own.*" *S. Euseb.* ix. 10. x. 5. etc. HEIN.

10, 11. *ἀθρόᾳ Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι repentina a Deo percussus plaga* vertit Valesius. Cf. i. 8. *Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νηπίων ἐπιβουλῇ θεήλατος αὐτὸν καταλαβοῦσα μάστιξ εἰς θάνατον συνήλασεν etc.* Vid. Kœppen. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias* t. iii. p. 281. sq. ad Iliad. xii. 37. De morte Maximini cf. Lactant. de mortt. persecutt. c. xlix., quo noster non minus proclivis est ad fingendas diras et horribiles mortes imperatorum Christianis infestorum. Nam Lactantius l. l. certe nullam ignis divinitus immissi in tyrannum (*τάς τε σάρκας ὅλας ἀοράτῳ καὶ θεηλάτῳ πυρὶ τηκόμενον*) mentionem fecit. Adde Euseb. V. C. iv. 11. vid. Möller. *de fide Eusebii* p. 63. sq. cf. Stroth. *Uebersetzung*

[o] Imo rectissime. HEIN.

tom. ii. p. 94. not. 8. Ceterum paulo ante pro *πρὸς αὐτοῦ* Cast. habet *πρὸς αὐτοῦ ὁσίαν*. HEIN.

Ib. *ἔτ' αὐτῷ πρὸ τοῦ πεδίου*] Improprie locutus videtur, pro eo quod alii dicerent *ἐπὶ τοῦ πεδίου*. Sic alibi dixit *πρὸ τοῦ δικαστηρίου*, et *πρὸ τοῦ βήματος*. Sed et *τὸ ἔτι*, videtur positum pro *ἤδη*. VALES. Valesius vertit *πρὸ τοῦ πεδίου in* campo Strothius *auf dem Schlachtfelde*. Cf. ii. 10. (pag. 79.) Actor. xii. 21. xviii. 17. HEIN.

Ib. *διαρρευσάσας, ὡς*] Ita necessario scribendum duxi. Nam quod Valesius scripsit *τηκόμενον· ὡς διαρρευσάσας, τὸ μὲν etc.*, quomodo teneri possit, non video, cum deinde vix possit explicari accusativus participii (cf. Matthiæ *ausführliche griechische Grammatik* §. 427. not. 3. §. 562. 5.) et verti cum Valesio: carnibus occulto quodam—igne colliquescentibus, adeo ut *cum illæ* jam penitus *diffluxissent*, vel cum Strothio: *nach einer gänzlichen Abzehrung* (des Fleisches). Neque melior est lectio Cast. *διαρρευσάσαντα* (?) Itaque levi transpositione locum sanandum putavi. Proprie vertendum est: cum toto carne qui diffluxit, igne colliquefieret. Ita *ἐκ παραλλήλου* quasi posita sunt *διαρρευσάσας* et *τηκόμενον*. Cf. quæ monui x. 4. De plurali *σάρκας* qui legitur quoque de martyr. P. c. iv. p. 102., vide quæ animadverti viii. 6. (pag. 661. sq.) viii. 16. (pag. 704.) Adde de mart. P. c. iv. *τῆς τε τῶν σωμάτων—ἡδυπαθείας*. Passow. *Lexic.* s. v. *σάρξ*. HEIN.

10, 12. *προπηδῶσιν αὐτῷ τὰ ὄμματα*] Idem testatur Chrysostomus in oratione de sancto Babyla contra gentiles: *Τῶν μὲν γὰρ πάλαι βασιλευσάντων, οἱ τὰ τοιαῦτα τολμήσαντες, μετὰ πολλὰς καὶ ἀφορήτους συμφορὰς, αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέλυσαν, ὡς τοῦ μὲν τὰς κόρας ἔτι ζῶντος αὐτομάτως ἐκπηδῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν,* Μαξιμῖνος *οὗτος ἦν, τὸν δὲ μανέντα, τὸν δὲ ἄλλῃ τοιαύτῃ χρησάμενον συμφορᾷ. Ex antiquis enim imperatoribus ii qui similia ausi sint perpetrare, post multas easque intolerabiles calamitates, fœdo ac miserabili exitu periere. Alterius enim adhuc viventis pupillæ ex oculis exsilierunt, Maximini videlicet, alter furore percitus, alius alio oppressus incommodo mortem oppetiit.* Porro imperator qui furore percitus obiit, Diocletianus est. Id enim de illo testantur Eusebius et Constantinus. De Maximini autem cæcitate habes apud Epipha-

nium in libro de ponderibus. Μαξιμῖνος δὲ κακῷ μόρῳ, ὀφθαλμιᾷ τε καὶ πάθει σωματικῷ περιπεσὼν, ἐξεβολβήθη τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτομάτῳ νόσῳ, καθ' ὃν τρόπον διέθετο τοὺς μάρτυρας. Ubi ἐξεβολβήθη vox est Græco-barbara. Recentiores enim Græci bulbos oculorum vocarunt βολβούς. Ita Ammonius monachus in libro de cæde LV. Patrum in monte Sina: ἕτερον ὑπὸ τῆς ἄγαν πληγῆς τῆς οὔσης κατὰ κεφαλῆς, τοὺς βολβοὺς τῶν ὀφθαλμῶν ἔχοντα ἐπὶ τὰ ἔξω κρεμαμένους. Id est: *Alium qui præ ictus vehementia bulbos oculorum habebat exterius dependentes.* Adde Hieronymum in caput xiv. Zachariæ. Glossæ Græco-Latinæ: βουλβὸς ὀφθαλμοῦ, bulbus. VALES.

11, 2. Ἁπάντων πολεμιώτατος] Scribendum videtur πολέμιος. Vult enim dicere Eusebius Maximinum hostem publicum esse declaratum. Quod solemniter fiebat senatus consulto, ut docent scriptores historiæ Augustæ multis in locis, et præcipue ubi de Maximino. VALES.

Ib. καὶ—παίδων] Cf. Lactant. de mortt. p. c. L. HEIN.

11, 3. Πευκέτιος] *Picentium* verti: quo nomine quidam fuit calumniator Constantii temporibus, ut scribit Zosimus in fine lib. ii. Certe Latini *Picentes* vocant, quos Græci Πευκετίους. VALES.

Ib. τῶν καθόλου λόγων ἔπαρχος] Præfectum præt. intelligere videtur: ἔπαρχος enim non dicitur nisi de præfectis prætorio aut urbi. Adde quod cum Eusebius affirmet Picentium summis honoribus et geminato consulatu ornatum fuisse a Maximino, ineptum esset dicere eum procuratorem summæ rei ab illo factum fuisse, quæ exilis admodum dignitas fuit. Sed contra hanc sententiam facit primo, quod τῶν καθόλου λόγων vocabulo semper Eus. rationalem seu procuratorem summæ rei designat, ut supra notavimus non semel [p]. Deinde præfectus præt. Maximini fuit Sabinus, ut supra vidimus anno Christi 311. et 312. Nec vero dignitas illa procuratoris summæ rei inter viles ac postremas numeranda est. Nam et Macrianus, is qui sub Gallieno imperium arripuit, eum honorem gessit, et Eusebius ipse in lib. viii. cap. 10. ἀρχὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν appellat, ubi de Philoromo martyre loquitur. Quod

[p] Cf. vii. 10. (pag. 564.) HEIN.

autem ait Eusebius, Picentium a Maximino bis ac tertio consulem factum fuisse, non modicam habet difficultatem. Jam supra observavimus, Maximinum Augusti nomen sibi assumpsisse post obitum Galerii, anno Christi 311. Igitur ante hoc tempus cum Cæsar tantum esset, Picentium consulem facere non potuit. Soli enim Augusti creandorum consulum jus habebant. Itaque post mortem Galerii Maximinus se ipsum et Picentium eodem anno consulem declaravit. Sequente item anno Maximinus ii. et Picentius ii. consules fuerunt in oriente, cum in occidente Constantinus ii. et Licinius consules essent, in Italia vero et Africa Maxentius quartum solus. Secuto deinceps anno, qui fuit Christi 313., idem Maximinus iii. et Picentius iii. consules in oriente fuerunt, ut ex hoc insigni Eusebii loco perspicue colligitur. Neque enim credibile est, Maximinum alteri quidem tribuisse tertium consulatum, ipsum vero ne semel quidem consulem fuisse. Certe in chronico Alexandrino Galerius Maximinus consul ponitur cum Maximiano viii. consule, qui est annus Christi 311. Quamquam in illo chronico dicitur Galerius Maximus. Nos igitur tres Maximini consulatus primi omnium observavimus. Ex quibus colligi potest, Maximinum circiter biennio Augustum fuisse, cum jam antea 7. annis Cæsar fuisset, et ad annum Christi 313. pervenisse. Quod etiam ex epistolis ejusdem demonstravimus. Proinde miror, unde in Eusebii chronicon irrepserit adeo gravis error, ut mors Maximini ante cædem Maxentii referatur. Quod quidem Hieronymi culpa commissum videtur, quippe qui Eusebiano chronico multa de suo addidit. VALES.

Ib. Κουλκιανός] Fuerat hic præses Thebaidis, ut testatur Epiphanius in hæresi 68. quæ est Meletianorum, his verbis: *Κουλῃιανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς.* Scribe meo periculo Κουλκιανὸς ex hoc Eusebii loco. Rufinus tamen *Quintianum* vertit. Apud Nicephorum Λουκιανὸς scribitur, utrumque mendose. Culcianus enim dicebatur hic præses, ut præter Eusebium docent acta passionis Phileæ martyris. VALES.

11, 5. Θεότεκνον] De hoc Theotecno Eusebius supra in hoc libro. Hunc Theotecnum Galerio Maximiano persuasisse ut persecutionem adversus Christianos institueret, scribit Cedre-

nus. Sed fallitur, dum Galerium Maximianum pro Galerio Maximino accepit, qui solemnis est error recentiorum Græcorum. VALES.

II, 6. *μὴ ἐδέξαντο παιδείαν*] Locutio est sacræ scripturæ. Sic in psalmo ii.: *Apprehendite disciplinam*, et innumeris in locis veteris instrumenti. VALES. Ad sequentia cf. psalm. cxlvi. HEIN.

LIB. X.

1, 1. Ἱερώτατέ μοι Παυλῖνε] Paulinum intelligit episcopum Tyri, cui libros suos historiæ ecclesiasticæ nuncupavit Eusebius. Ejus enim consilio hoc argumentum aggressus fuerat, ut hic non obscure innuit. Porro Eusebius consulto ac de industria noluit eos libros in principio operis, ut fieri solet, Paulino nuncupare, ob modestiam, ni fallor, Paulini. Sed contentus fuit, in fine operis eum honorifice compellare. Parum enim referre existimavit, in exordio an in fine libros suos ei inscriberet [a]. Eidem Paulino libros duos περὶ τοπικῶν ὀνομάτων nuncupavit Eusebius, quorum prior qui divisionem 12. tribuum, et descriptionem urbis Hierusalem, et externarum gentium Hebraicas appellationes continebat, hodie desideratur. Posterior vero qui est de locis Hebraicis, ante viginti annos Græce editus a R. P. Bonfrerio [b], cui præfixa est epistola ad Paulinum. In qua Eusebius hortatu Paulini id opus a se susceptum fuisse testatur, eumque compellat his verbis: ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε Παυλῖνε. Fuit igitur Paulinus ἐργοδιώκτης Eusebii nostri, sicut Ambrosius olim fuerat Origenis. In eadem epistola emendandus est obiter levis error qui fefellit interpretem. Nam ubi legitur ἐξ ἧς ἐν τούτῳ καὶ ἀκολούθως ἐκείνοις, etc. Scribendum est procul dubio ἑξῆς ἐν τούτῳ, etc. Porro hic Paulinus presbyter primum fuit Antiochiæ. Inde ad episcopatum Tyriorum evectus, summa cum laude eam ecclesiam administravit. Tandemque pulso Antiochena sede Eustathio, ab Antiochensibus evocatus, Antiochiæ præfuit, ut docet Eusebius in libro contra Marcellum cap. 4. his verbis: ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, τὸν ὡς ἀληθῶς τρισμακάριστον, τρέπεται Παυλῖνον, ἄνδρα μὲν τιμηθέντα τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας πρεσβείῳ, διαπρεπῶς δὲ τῆς Τυρίων ἐπισκοπεύσαντα, οὕτω τε ἐν τῇ ἐπισκοπῇ διαλάμψαντα, ὡς τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν ὡς οἰκείου ἀγαθοῦ, μεταποιηθῆναι αὐτοῦ. Sic enim legendus est hic locus,

[a] Vid. *Excursus* xv. HEIN.

[b] Emendatius ex cod. Vaticano cum Hieronymi interpretatione et additamentis in Hieronymi opp. ex ed. Vallarsii t. iii. p. 123. sq. cf. Danz. p. 64. not. 25. p. 32. not. 21. HEIN.

quem interpres non intellexit. *Invehitur*, inquit, *deinceps in Paulinum, virum Dei, ac prorsus beatissimum, qui presbyteri quidem dignitate exornatus est Antiochiæ, episcopatum autem Tyri tanta cum laude administravit, ut Antiochensis ecclesia eum sibi tanquam proprium bonum vindicaverit.* Certe Philostorgius in lib. iii. cap. 15. diserte scribit, Paulinum ab episcopatu Tyri Antiochiam translatum in Eustathii locum successisse, et post sex menses e vivis abiisse. Idem ex Philostorgio habet Suidas in voce Ἀέτιος. Falsum proinde est quod ait Nicetas in thesauro orthodoxæ fidei, solum Philostorgium scribere, Paulinum post abdicationem Eustathii, Antiochiam Tyro translatum fuisse. Non enim solus Philostorgius id scripsit, cum idem quoque affirmet Eusebius in loco quem modo citavi. Mortuus est igitur Paulinus anno Christi 329. cum episcopatum Antiochiæ sex menses gessisset. Quare graviter fallitur Gothofredus, qui in notis ad Philostorgium, Paulinum anno Christi 324. mortuum esse supponit, et Philostorgium arguit inconstantiæ. Atqui Philostorgius optime sibi constat, parum vero sibi constat ipse Gothofredus, qui Paulinum Tyri episcopum mortuum esse scribit anno Christi 324. Atqui Paulinus Tyri episcopus Nicænæ synodo interfuit, et post illam synodum aliquamdiu supervixit, ut docet Theodoretus lib. i. cap. 6. et Sozomenus in libro ii. cap. 18. et Theodorus Mopsvesthenus apud Nicetam in lib. v. cap. 7. Idem cum Gothofredo scribit Rob. Montacutius in notis ad librum i. Eusebii contra Marcellum, Paulinum scilicet eum qui Tyro Antiochiam translatus est, ante synodum Nicænam obiisse, quod est, ut dixi, absurdissimum. Nam quem ante synodum Nicænam mortuum esse affirmat, eundem Arianæ factionis signiferum fuisse dicit. Baronius quidem Paulinum anno Christi 324. obiisse, eique Eustathium successisse scribit, quem in eo secuti sunt Gothofredus et Montacutius. Verum Baronius Paulinum illum, quem prædecessorem Eustathii facit, non dicit episcopum fuisse Tyri, quod Gothofredus et Montacutius perperam dixere. VALES.

Ib. ἀναβοώμενοι] Hoc verbum et illa quidem *invocandi* significatione (Vales. male vertit ἀναβοώμενος *prædicabimus*) ex lingua Latina Eusebium transtulisse putat Kestner. *de Eus.* p. 22., cujus opinionis l. l. not. 43. nullam aliam causam affert,

nisi hanc: "*Nusquam saltem in Schneidero, Schleusnero, Hesychio, Suida, Suicero, Irmischii ad Herodianum indice etc. phrasem aliquam inveni, ubi τῷ ἀναβοᾷν accusativus personæ adjunctus fuerit. Quamquam βοᾷν et ἐπιβοᾷν cum accusativo non raro construi, probe scio.*" Quod quidem argumentum equidem levius esse putarem, quam ut Eusebium, Latini sermonis imperitissimum, inde illud verbum illo sensu repetiisse dicerem, quamvis nunquam ἀναβοᾷν cum accusativo personæ junctum legeretur nullum vero plane illud esse argumentum, docet Euripid. Helen. v. 1592. Ἀτρέως σταθεὶς παῖς, ἀνεβόησε συμμάχους. cf. v. 1107. sqq. Bacch. v. 1106. sqq. Plutarch. Romulus c. xv. παρέμεινε γοῦν καὶ τοῖς αὖθις γαμοῦσι, τοὺς διδόντας ἢ παραπέμποντας ἢ ὅλως παρόντας ἀναφωνεῖν τὸν Γαλάσιον. Et ipse Euseb. de martyr. P. c. iv. κηρύκων, inquit,——ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ—ἀναβοωμένων. HEIN.

1, 3. τῷ λογίῳ h. l. absolute positum scripturam sacram significat eodem modo quo ii. 20. Frequentior est pluralis numerus τὰ λόγια hoc sensu et τὰ θεῖα λόγια ac similia additamenta. Vid. Euseb. H. E. ii. 18. iii. 39. ext. demonstr. evang. i. 6. τὰ ἱερὰ λόγια. cf. 1 Petr. iv. 11. Nicol. Damasc. p. 67. ed. Orell. et Ochsner. ad h. l. Suicer. *Thes.* tom. ii. p. 248. ii. 1. Kuinoel. *Commentar. ad Actor.* vii. 38. Bœhme *Comment. ad Hebr.* v. 12. p. 243. HEIN.

1, 4. παραδείσῳ τῆς ἐνθέου τρυφῆς] Alludit ad locum Ezechielis. Vide Origenem pag. 417. VALES.

Ib. δι' ὧν εἴρηται] Psalm. xlvi. HEIN.

1, 5. τὸ λέγον] Psalm xxxvii. HEIN.

1, 6. οὐδέ τις ἦν τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου φθόνος.] Mirum est hanc loquendi formam ab interpretibus intellectam non fuisse. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Nec usquam qui hæc aliter aspiceret, lividus supererat oculus.* Rufinum secutus est Musculus. Christophorsonus vero paulo aliter interpretatus est hoc modo: *Nec gentilibus hunc nostrum insignem triumphum Deus invidit.* Ex quo apparet, illum vocem θίασον pro *triumpho* sumpsisse, et verba Eusebii ita construxisse: φθόνος τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου, cum ita potius construenda sint: τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου, id est, *extraneis et alienis a fide nostra.* Quis non miretur tot ac tantos errores? Me certe jam tædet, tot menda interpretum notare. Quæ tamen lectori

ob oculos proponenda sunt, ut constet quam arduum sit ac minime proclive, in antiquis scriptoribus interpretandis verum ubique sensum assequi. VALES. Accuratius etiam quam h. l. verba *τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου* interpretatus est Val. in ipsa translatione sua Latina: iis etiam qui *a cœtu* religionis nostri alieni essent, et Str.: *die, welche ausser unsrer Gesellschaft waren.* Vide Harpocrat. Lexic. p. 192. ed. Blancard. *Θίασος, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχύνου. θίασος ἐστὶ τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελετῇ καὶ τιμῇ θεῶν. Ξενοφῶν ἐν δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων* (ii. 1. 31. *τίς δ' ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι;*). *Ἴων δὲ ἐν Ὀμφάλῃ, κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος ἔταξε τοὔνομα. θιασῶται δὲ ἐκαλοῦντο, οἱ κοινωνοῦντες τῶν θιάσων. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἀστυφίλου κλήρου.* Itaque optime interpreteris *τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου* Græce: *τοῖς μὴ θιασώταις ἡμῶν.* Cf. Euseb. H. E. i. 3. *Τῆς δ' εἰς αὐτὸν* (*Χριστὸν*) *γενομένης ἀσωμάτου καὶ ἐνθέου δυνάμεως μέγα καὶ ἐναργὲς τεκμήριον, τὸ μόνον αὐτὸν——εἰσέτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην αὐτοῦ θιασώταις τιμᾶσθαι.* Demonstr. evangel. iv. 12. *αὐτοῦ δὴ τούτους τοὺς γνωρίμους καὶ θιασώτας οὓς αὐτὸς αὐτῷ ἀριστίνδην ἐπικρίνας ἀποστολούς τε αὐτοῦ καὶ μαθητὰς ἀνελέξατο.* Adde Xenoph. Sympos. viii. 8. 1. *τοῦ θεοῦ τούτου* (*Ἔρωτος*) *θιασῶται.* Themist. orat. ii. p. 33. C. *Πλάτωνος θιασώτας* or. xiii. p. 165 B. *Ἀπόλλωνος θιασώτας* habet. Pejori sensu vox *θίασος* legitur apud Maxim. Tyr. dissert. vi. 7. tom. i. p. 94. ed. Reisk. *κολάκων ἑσμοὶ καὶ θίασοι.* cf. Polluc. vi. 1. 7. ix. 8. 143. ed. Hemsterh. Hudson. *ad Mœr.* p. 186. Sed non male ad h. l. annotasse videtur Stroth. *Uebersetzung* tom. ii. p. 102. not. 2. "*It appears that by this expression we are to understand not merely the heathen, who are elsewhere generally called* οἱ ἔξωθεν; *the addition of* τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου *rather leads us to suppose, that Jews and Christian separatists must be included as well, as the case itself also requires. For the equality which they had to enjoy, was the religious liberty, which was guaranteed to all according to the first edict of Constantine, as is clear from the edict quoted in the fifth chapter.*" Quod ad illam rationem dicendi pertinet, de qua dixit Strothius, si de paganis solis sermo est, constanter nostrum ut alios patres, simpliciter verbo *ἔξωθεν* præmisso articulo uti, docet præter alios locos ii. 4. *ἡ ἔξωθεν παιδεία,* i.e.

gentilium, vi. 18. viii. 10. in. cf. ii. 8. *οἱ πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς*. vii. 30., ubi ex epistola patrum Antiochenorum contra Paulum Samosatenum conscripta Eusebius affert hæc: *Ὅπου δὲ ἀποστὰς τοῦ κανόνος ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν*, i. e. hominis *ab ecclesia alieni* actus examinare nihil attinet, ut vertit Val. Strothius verbis pressius adhærens interpretatus est: *eines Menschen, der draussen ist.* viii. 7. (p. 667. sq.) viii. 15. *περὶ τῶν τοῖς ἐκτὸς συμβεβηκότων*, i. e. *gentilibus.* Chrysost. tom. xii. p. 387. E. Basilius M. orat. ad juvenes c. iv. *τοῖς ἔξω παιδεύμασι* ibid. c. v. *ἡ θύραθεν σοφία.* cf. Ducæus ad h. l. Valesius *ad Euseb. V. C.* i. 43. 54. Nihil horum tetigit Suicerus in thesauro. Rationem vero illam loquendi et rem ipsam quæ ei subest, patres hauserunt facile ex locis N. T. quales sunt hi: 1 Corinth. v. 12. Galat. vi. 10. Ephes. ii. 12. Coloss. ix. 5. 1 Thessal. iv. 12. 1 Timoth. iii. 7. *δεῖ δὲ αὐτὸν (ἐπίσκοπον) καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν.* Vid. Bœhme *die Religion Jesu Christi aus ihren Urkunden dargestellt* p. 37. ed. ii. Cf. Censor libri (Bœhme?): *Christenthum und Widerchristenthum von Joh. Andr. Voigtländer* in: *Leipziger Literaturzeitung* Fasc. clxxiii. p. 1378. sq. a. 1823. et quæ ipse animadverti ad Euseb. H. E. iv. 14. (pag. 244.) HEIN.

Ib. *συναπολαύειν ἡμῖν τῶν ἴσων*] Hunc locum nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt. Sic autem emendandus est: *συναπολαύειν ἡμῖν εἰ μὴ τῶν ἴσων, ἀπορροῆς δ' οὖν ὅμως*, et post vocem *πρυτανευθέντων* finiendum est caput. Non cujusvis erat, hunc locum emendare. Quamobrem ignoscendum est Christophorsono et Musculo, qui veram hujus loci emendationem non viderunt. Rufinus quidem ita videtur legisse, prout emendavimus. Sic enim vertit: *Sed cuncti mortales, tyrannicæ quæ præterierat crudelitatis horrore, etiam si nondum fide, votis tamen quæ nostra sunt amplectentes.* Quæ verba licet a sensu Eusebii longius recedant, aliquod tamen adhuc vestigium veræ lectionis retinent. VALES. Egregiam conjecturam Val. lubenter in textum recepissem nisi, cum vulgata lectio certe ferri possit, audacior mihi visus essem. Sed *εἰ μὴ* vere præcedit *ὅμως δ' οὖν* apud ipsum Euseb. H. E. ix. 9. HEIN.

2, 1. Ἐπήνθει, i. q. præcedens *παρῆν*. Vid. Irmisch. *Excurs.*

ad Herodian. i. 7. 10. tom. i. p. 892. sqq. Heynius *ad Homer. Iliad.* tom. iv. p. 239. qui: "*placent sibi,*" inquit, "*in hac voce Attica, inprimis rhetores et sophistæ, in his Lucianus, pro* ἐπιπολάζειν, ἐπεῖναι." Schäfer. *ad Dionys. H. de compos. verbor.* p. 269. sq. cf. Longin. de subl. xxx. 1. p. 102. ed. Weisk. ἡ τῶν κυρίων καὶ μεγαλοπρεπῶν ὀνομάτων ἐκλογὴ——μέγεθος ἅμα——τοῖς λόγοις, ὥσπερ ἀγάλμασι καλλίστοις, δι' αὐτῆς ἐπανθεῖν ἐστὶ παρασκευάζουσα. Bergler. *ad Alciphron.* p. 4. HEIN.

2, 2. στήλῃ] Vide quæ de hujus vocabuli significatione disserui in *Excursu ad Euseb. H. E.* x. 4. HEIN.

3, 1. Ἐγκαινίων] Hæc ad a. 315. esse referenda, quo Licinius in oriente decennalia exhibuit, probare studuit Pagi ad a. C. 314. xiv. quem conf. cit. Read. HEIN.

Ib. προσημαινούσῃ] Ezech. xxxvii. HEIN.

3, 2. θεολογίας ὕμνος] Langus vertit: *hymnus unus divinitatem verbi Dei concentu pulcherrimo celebrans.* Sed rectius Musculus et Christophorsonus, et ante eos Rufinus *divinitatem* simpliciter verterunt, non addito verbi nomine. Nam θεολογία apud Eusebium pro *Dei laudatione* sumi solet, et θεολογεῖν pro *Deum laudare.* VALES.

Ib. ὧδε μὲν ψαλμῳδίαις] Male Christophorsonus vertit: *Et decori ecclesiæ ritus interdum psalmorum cantu et ceteris hymnorum divinitus nobis traditorum recitationibus, nonnunquam divinis et mysticis ministeriis exequendis.* Longe rectius Rufinus, cujus interpretatio commentarii vicem præstat: *Jam vero ingens in sacerdotiis et ministeriis, atque in omnibus quæ ad religionis observantiam pertinent, gratia refulgebat. Adstabant hic psallentium chori, juvenes et virgines, senes cum junioribus laudabant nomen Domini. Hic mystica ministeria ordinatis et dispositis vicibus agebantur.* Ὧδε μὲν igitur designat populum fidelium, qui in ecclesia psalmos canebat, et sacras lectiones auscultabat. Quod declarant voces illæ φωνῶν ἀκροάσεσι, quæ nonnisi de laicis intelligi possunt. Ὧδε δὲ vero designat sacerdotes, qui mysticas cæremonias peragebant. VALES.

Ib. σωτηρίου τε ἦν πάθους ἀπόρρητα σύμβολα] Baptismum intelligit, quod est symbolum dominicæ passionis. Rufinus in capite 9. lib. ix. de Constantino: *nondum tamen, ut est solemne nostris initiari, signum dominicæ passionis acceperat.* In baptismo enim morimur et consepelimur cum Christo, et mox

resurgimus in eodem Christo per fidem, ut ait apostolus in epistola ad Colossenses. Hilarius in libro i. de trinitate: *Cujus morti consepelimur in baptismo, ut in æternitatis vitam rediremus, dum regeneratio ad vitam mors esset ex vita, et morientes vitiis, immortalitati renasceremur, ipso pro nobis ex immortalitate moriente ut ad immortalitatem una cum eo excitaremur ex morte.* Ferrandus diaconus in epistola ad Fulgentium de baptismo Æthiopis: *Hora exoptata cunctis advenerat, in qua populus acquisitionis, redemptori suo per baptismum consepultus, vitam veterem poneret, et novam resurrectionis fidem innovatus assumeret.* VALES. Vertit Val. nostrum locum: *mystica salutaris passionis symbola tradebantur.* Sed ipsum numerum pluralem vocis σύμβολον (ἀπόρρητα σύμβολα) demonstrare puto, rectius Lowth. h. l. cogitasse de cœna sacra quam de baptismo Val. Locum plane similem inveni apud Chrys. t. vi. p. 272 E. οὐδὲ τὴν ἡμέραν αὐτὴν ᾐδέσθητε, ἐν ᾗ τὰ σύμβολα τῆς σωτηρίας τοῦ γένους ἡμῶν ἐτελεῖτο. Male tamen ibi Matthæi (*homm.* vol. ii. p. 94. not. 21.) crucem per σύμβολα designari credit, cum illa symbola nulla alia essent, nisi panis et vinum. Conferantur exempla, quæ attulit Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1083. 2. Per διακονίας autem, quæ μυστικαὶ vocantur, i. e. arcanæ, ἀπόρρηται ratione cœnæ sacræ habita, quæ vocatur a patribus sæpe μυστήριον (cf. Suicer. t. ii. p. 383 C. Gregor. Nyss. orat. xi. contra Eunomium μυστικὰ σύμβολα, quæ nostro loco ἀπόρρητα), per διακονίας igitur illas non tam solorum diaconorum ministeria (*Diakonalien*) puto significari, id quod defendit Stroth. *deutsche Uebersetzung* t. ii. p. 105. not. 4., sed potius omnia illa ministeria quæ, antequam celebraretur sacra cœna et dum celebraretur, diaconi, presbyteri et episcopi solebant obire. Cf. scriptor tractatus de septem gradibus ecclesiæ Opp. Hieron. t. iv. *Sicut in sacerdote est consecratio, ita in ministro est sacramenti dispensatio. Ille oblata sanctificat, ille sanctificata dispensat.* HEIN.

3, 3. Ἐκίνει λόγους, *habebat* orationes, ut recte vertit Val. Eodem et simili modo sæpius noster usurpat κινεῖν et ἀνακινεῖν. Vid. vi. 20. διάλογος—κατὰ Ζεφυρῖνον πρὸς Πρόκλον—κεκινημένος. vi. 37. κινήσας τε λόγους—περὶ τοῦ ζητουμένου, cum disputationem de quæstione illa *instituisset*, eodem Val. interprete. Et Strothius: *so stellte Origenes—eine Dispu-*

tation an. vii. 6. in., ubi ex epistola Dionysii de hæresi Sabellii legitur: περὶ γὰρ τοῦ νῦν κινηθέντος—δόγματος, i. e. nam de dogmate quod nuper—*commotum est*, ut Vales., *von der jetzt—auf die Bahn gebrachten Lehrmeynung*, ut Stroth. interpretatus est. vii. 20. πανηγυρικωτέρους ἐν αὐταῖς περὶ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς ἀνακινῶν λόγους, encomia in illis et panegyricos sermones de paschali festo *contexens*, ut recte reddidit Val. Pessime Stroth. vertit: *worin er das Osterfest mit rednerischen Ausdrücken erhebt.* Denique vid. vii. 30. in ἐλέγχους τε καὶ ἐρωτήσεις ἃς πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινήκασι, confutationes quoque et disputationes adversus illum *habitas*, ut Val., *von den Fragen, die sie wider ihn aufgeworfen*, ut Stroth. vertit. In universum recentiores κινεῖν de multis dicunt, quæ ante *quasi* quieverunt, ita ut significent verbis κινεῖν τι vel *efficere* aliquid, vel *afferre in medium, instituere*, ac similia. Cf. Longin. de sublim. iv. 1. xxxiv. 3. ed. Weisk. κινεῖν γέλωτα. Plutarch. Cato major c. xvii. ἄλλην τε κολακείαν ἐκίνει—καὶ φιλεῖν αὐτὸν οὕτως ἔλεγεν. Achill. Tat. vi. p. 393. ed. Salmas. ἐφοβούμην μή τι σοι κινήσω κακόν. Euseb. H. E. viii. 12. Ἐπειδὴ πολὺς ὁ περὶ αὐτὰς κινούμενος φθόνος, πάντα τρόπον ἀνιχνεύων λανθανούσας περιειργάζετο. Quæ liberius vertit Vales.: cum plurimi *stimulante ipsos invidia* earum latebras curiosius indagarent. Contra Stroth. reddidit: *Der heftige Neid gegen sie bemühte sich auf alle Art——sie auszuspüren.* Denique cf. viii. 13. πόλεμον—ἐγειρούσιν—κινήσειν. viii. 14. (pag. 697.) Gregor. Nazianzenus in carm. xvi. edito a Muratorio in *anecdd. Græc.* p. 16. sq. ἔργον ἔγειρα, i. e. lucrum *feci, mihi paravi.* Valesius *ad Euseb. orat. de laud. Constant.* c. vi. ad verba ἔγειρε θρίαμβον. Adde quæ annotavi ad Eus. H. E. vi. 1. (pag. 427.) HEIN.

4, 1. Τις—ἐπιεικῶν] His se ipsum tacite significare Eusebium, tanquam sequentis et cui ædificatio ecclesiæ Tyrorum occasionem dedit, orationis auctorem recte, vidit Cave *hist. litter. in vita Euseb.* p. 128. cf. Stroth. *Uebersetzung* tom. ii. p. 106. not. 6. Ejusd. *Leben und Schriften des Euseb.* p. xxv. not. b., ubi recte simul monuit V. D., verba cap. iii. ἅπας τῶν παρόντων ἀρχόντων ostendere, Eusebium episcopum fuisse, cum illam orationem haberet. Oratio autem ipsa tum ingenium Eusebii tumidiores et μυστικωτέρας imagines mirifice captantis ac multiplicem ejus eruditionem spirat. Vid. Tzschirner. *de*

claris veteris eccles. oratoribus Comment. v. p. iv. sqq. ibid. p. vii. *Hæ enim* (homiliæ) *non minus quam illæ* (orationes Eusebii) *oratorem produnt non plane eximium, at probabilem satis, atque id sæculum spirant, quo eloquentia Græcorum seriorum a veritate et simplicitate ad artes et ingenii lusus conversa ad Christianos migrabat.* (cf. v. Ammon. *Handbuch der Anleitung zur Kanzelberedtsamkeit* p. 25. ed. iii. "*Eusebius of Cæsarea is a mystic imitator of Origen, though less strict in doctrinal points than his more dogmatizing neighbour Cyril of Jerusalem,*") tum cum iis, quæ in præcedentibus capitibus tractata sunt, iisdem sæpius sententiis convenit. Ratio autem, cur Eusebius nomen suum reticuerit, commode quæri potest in ejus modestia. Neque obstat, quod res illa, de qua agitur, in recenti adhuc erat memoria, id quod Danzium *de Euseb.* p. 63. not. 24. induxisse videtur, ut dubitantius de hoc cum Hankio pronuntiaret. Accedit quod Eusebius alias tecte et modeste de se loqui amat, v. c. Vit. Constant. iii. 11. adv. Marcellum i. 4. et modestiæ laus in universum ei non potest denegari. Vid. *Excurs.* xv. cf. H. E. i. 1. Danz. p. 42. maxime autem Möller. p. 55—59. Ceterum tenendum est, orationem illam ex iis, quæ in simili causa habitæ sunt, esse vetustissimam. Vid. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archæologie* tom. iii. p. 314. sq. cf. Planck. *Geschichte der christl. kirchl. Gesellschafts-Verfassung* t. i. p. 576. sqq. HEIN.

4, 2. γέρας ἐξαίρετον δεδώρηται] Christophorsonus hæc verba ita accepit, quasi sensus sit ædem illam a Paulino fabricatam esse γέρας ἐξαίρετον τῷ Χριστῷ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Ego vero alium horum verborum sensum esse existimo, Deum scilicet hanc eximiam prærogativam Paulino concessisse, ut ædem in terris Christo et ecclesiæ fabricaret ac renovaret. Eundem quoque sensum secutus est Musculus. VALES. Verba præcedentia οἱ τὸν ἅγιον ποδήρη,—περιβεβλημένοι, *tropologice esse intelligenda—et in illis frustra quæri mitras, coronas, stolas, quibus olim sacerdotes Levitici institutione divina ornari debuerunt, et ad quorum imitationem hæc rhetorice de episcopis evangelii dicuntur*, quivis sane facile videbit cum Le Moyne *varr. sacr.* t. ii. p. 29. sed quod inde V. D. concludit ad interpretationem Eus. H. E. v. 24., concludi nequit. HEIN.

4, 4. *ὡς ἔπος εἰπεῖν*] Vide quæ annotavi ad Euseb. H. E. vii. 25. (pag. 601.) HEIN.

4, 6. *ὁ καθείς*] Barbara vox pro *εἷς ἕκαστος*. Quod cum non animadvertisset Musculus, ineptissime vertit *qui sedet*. VALES. Recte taxavit Valesius Musculum, male ipse et qui eum secuti sunt, Stroth. ac Zimmermann. scripserunt ex mea sententia *καθεὶς* tum hoc loco tum vi. 43. Quamquam tum de scriptura tum de explicatione hujus vocis vv. dd. dissentiunt. Plenior locutio est *εἷς καθεῖς* quod legitur Marc. xiv. 19. Joh. viii. 9. Sed ipsum *ὁ καθεῖς* exstat Rom. xii. 5. coll. Apocal. xxi. 21. ubi invenitur *ἀνὰ εἷς ἕκαστος*. Jam vero ut alii *καθεὶς* ita alii et nominatim Wakefield. *Sylv. Crit.* t. v. scribi jubet *εἷς καθ᾽ εἷς*, i. e. *εἷς καὶ εἶτα εἷς*, haud dubie propterea quod *κατὰ* sequi debeat *ἕνα*, non *εἷς*. Sed equidem assentiendum duco Fischero in *prolus. de vitiis lexicorum N. T.* p. 414. sq., formulam illam natam esse affirmanti ex Hebraico אֶחָד כְּאֶחָד. Itaque *καθεῖς* tom. vi. 43. tum h. l. dedi. HEIN.

4, 8. *προσυπακούοντες obedientes* vertit Valesius, notatus propterea a Lowthio, qui illud esse putat: *alternis responsantes*. Verba enim illa *ὅτι—ἔλεος αὐτοῦ* tanquam a toto choro recitanda subjici. At *προσυπακούειν* neque est obedire, neque alternis responsare, imo *subaudire*. Unde sensus existit haud incommodus. Opponitur enim illud *προσυπακούοντες* præcedenti verbo *ἀνευφημῶμεν*, ita ut sola verba inde a *μέγας—Θεὸς* vere decantanda, contra illa *τῷ ποιοῦντι—ἐχθρῶν ἡμῶν* in sola mente remanentia cogitentur. Quod attinet ad varia, quibus Deus appellatur paulo ante, nomina, de appellatione maxime *δημιουργὸς* et *δεσπότης* Deo imposita vid. Suicer. *Thes.* tom. i. p. 842. p. 846. cf. Euseb. H. E. vi. 11. ext. vi. 43. *οὓς πάντας ἡ τοῦ δεσπότου* (i. e. Dei) *χάρις καὶ φιλανθρωπία τρέφει*. 1 Timoth. vi. 15. Adde Valckenar. *ad Euripid. Hippol.* v. 88. p. 175. sq. *Ἄναξ, θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών*: "In Perside atque alibi in Oriente Reges, ut erant, habebantur veluti *δεσπόται*. Græci, quamvis *dominos esse omnium rerum ac moderatores* deos agnoscerent, cum Cicerone de LL. ii. c. 7., ne deos quidem suos libenter *δεσπότας* appellabant: *Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης* legitur in quadam *ῥήσει*, quam velut *Diphili* nobis exhibent,

vel *Philemonis, Justinus M. Clemens Alex. Eusebius, Theodoretus:* sed cum aliis multis hanc quoque ῥῆσιν ab illis confictam arbitror, qui Deum O. M. sub hoc nomine venerabantur." De appellatione δημιουργὸς vid. idem Valckenar. *diatribe in Euripid. perditt. dramatum reliqq.* v. p. 39. "Recte meo judicio Clemens (Strom. v. p. 717.), ἐνταῦθα, inquit, αὐτοφυῆ, τὸν δημιουργὸν νοῦν εἴρηκεν· *hoc in loco* Tragicus αὐτοφυῆ *dixit mentem divinam,* sive *Deum opificem universi:* mundi enim opificem Deum vocabant δημιουργὸν et τῶν ὅλων, sive τῶν ὄντων δημιουργόν. Veritatem, quæ Christianis innotuit, proximi videntur Indi accessisse, a quibus τὸν λόγον, ὃς ἐς τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων εἴρηται, dicuntur Ægyptii transsumsisse Apollonio in Apologia ad Domitian. Philostr. de V. A. viii. c. 7. p. 337. ὁ λόγος δὲ, inquit, τὸν μὲν τῶν ὅλων γενέσεως τε καὶ οὐσίας Θεὸν δημιουργὸν οἶδε. Multis quidem veterum Philosophorum dicebatur rerum omnium quæ sunt in universo auctor Deus, et Pater, et Opifex, ἀρχά τε καὶ αἰτία τᾶς τῶν ὅλων διακοσμάσεως *Callicratidæ Stobæi* p. 486. 24. sed qui dixerit non tantum rerum universi γενέσεως, sed et οὐσίας, atque adeo ipsius etiam *materiæ* creatorem δημιουργὸν, neminem equidem novi." Cf. Bœhme *Commentar. in epist. ad Hebr.* xi. 10. Ceterum meminerint velim lectores h. l. eorum quæ disserui ad Euseb. H. E. v. 1. (pag. 332. sqq.) et Attali Christiani, quod ibi legitur, effati ὁ θεὸς ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἄνθρωπος, Deus non eo modo nomen habet, nominatur, quo homo. Nam ut indagatio nominum quæ Deo variæ gentes imposuerunt, liberalem affert animi oblectationem, ita semper cavendum est, ne quæ solæ esse possint veræ illorum nominum causæ et origines, obliviscamur. Cf. Ammon. *bibl. Theol.* tom. i. p. 82*. ed. ii. Iis vero quæ ad Eus H. E. (pag. 332. sqq.) exposui, adde Justin. M. apolog. ii. c. 6. Ὅθεν καὶ ποιηταὶ καὶ μυθόλογοι ἀγνοοῦντες τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεννηθέντας δαίμονας, ταῦτα πρᾶξαι εἰς ἄρρενας, καὶ θηλείας, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, ἅπερ συνέγραψαν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς ὡς ἀπ' αὐτοῦ σπορᾷ γενομένους υἱοὺς, καὶ τῶν λεχθέντων ἐκείνου ἀδελφῶν, καὶ τέκνων ὁμοίως τῶν ἀπ' ἐκείνων, Ποσειδῶνος καὶ Πλούτωνος, ἀνήνεγκαν. Ὀνόματι γὰρ ἕκαστον, ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ τῶν ἀγγέλων καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγόρευσαν. Ὄνομα δὲ τῷ πάντων πατρὶ θετὸν, ἀγεννήτῳ ὄντι, οὐκ ἔστιν. Ὧι γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι προσαγορεύηται,

πρεσβύτερον ἔχει τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. Τὸ δὲ πατὴρ, καὶ θεὸς, καὶ κτιστὴς, καὶ κύριος, καὶ δεσπότης, οὐκ ὀνόματα ἔστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποϊιῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις.———καὶ τὸ θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. Ejusd. cohort. ad Græcos c. xx., ubi Mosen novisse refert Justinus, vocem illam quam Deus ad eum esset prolocutus, ἐγὼ εἶμι ὁ ὢν minime κύριον ὄνομα Dei significasse. Οὐδὲν γὰρ, inquit, ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν. Τὰ γὰρ ὀνόματα εἰς δήλωσιν καὶ διάγνωσιν τῶν ὑποκειμένων (rerum Deo subjectarum) κεῖται πραγμάτων, πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων· Θεῷ δὲ οὔτε ὁ τιθεὶς ὄνομα προϋπῆρχεν, οὔτε αὐτὸς ἑαυτοῦ ὀνομάζειν ᾠήθη δεῖν, εἷς καὶ μόνος ὑπάρχων, etc. Neque in alia sententia erat ipse Eusebius. Vide Euseb. de laudibus Constantini c. xi. xii. Τί με δεῖ τοῦ Θεοῦ λόγου τὰς δυνάμεις ἐπεξιέναι τολμᾷν καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν, πᾶσαν θνητὴν διάνοιαν ὑπερνικώσης τῆς ἐνεργείας; Ἄλλοι μὲν οὖν τοῦτον (Θεὸν) φύσιν τοῦ παντὸς ὠνομακάσιν, ἄλλοι δὲ τὴν καθ' ὅλου ψυχὴν, ἄλλοι δὲ εἱμαρμένην, οἱ δ' αὐτὸν εἶναι τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ πορρωτάτω διεστῶτα μιγνῦντες, ἀπεφήναντο, αὐτὸν τὸν πανηγεμόνα, καὶ τὴν ἀγέννητον καὶ ἀνωτάτω δύναμιν, κάτω βάλλοντες ἐπὶ γῆν, καὶ σώματα ὕλῃ φθαρτῇ συμπλέξαντες. ἀλόγων τε ζώων καὶ λογικῶν, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων μέσον εἱλῆσθαι φήσαντες. Ἀλλ' οἱ μὲν ταῦτα. Ἡ δ' ἔνθεος διδασκαλία, τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνώτατον αὐτὸ δὴ τὸ πάντων αἴτιον, ἐπέκεινα πάσης καταλήψεως εἶναί φησι. Διὸ δὴ ἄρρητον καὶ ἄλεκτον καὶ ἀνώμαστον, καὶ φωνῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐννοίας ἁπάσης ὑπέρτερον εἶναι. Οὐκ ἐν τόπῳ περιληπτὸν, οὐκ ἐν σώμασιν ὂν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, οὐδ' ἔν τινι μέρει τοῦ πάντος, ἀλλὰ πάντῃ καὶ πάντων ἐκτὸς, ἐν ἀπορρήτῳ βυθῷ γνώσεως τεταμιευμένον, τοῦτον μόνον, ἀληθῆ Θεὸν τὰ θεῖα λόγια εἰδέναι παιδεύει, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς οὐσίας, πάσης ἀλλότριον ὑπηρετικῆς οἰκονομίας·——αὐτὸς μὲν οἷα βασιλεὺς, εἴσω που ἐν ἀρρήτοις καὶ ἀδύτοις καὶ ἀβάτοις, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον διὰ παντὸς, μόνῃ τῇ θελητικῇ δυνάμει νομοθετεῖ καὶ διατάττεται. Adde locum elegantissimum et ipsis Jenischii (vid. v. i. p. 332. sqq.) dictis simillimum Maximi Tyr. dissertt. viii. 10. tom. i. p. 147. ed. Reisk. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς, ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰῶνος καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως, ἀνώνυμος νομοθέτης, καὶ ἄρρητος φωνῇ καὶ

ἀόρατος ὀφθαλμοῖς· οὐκ ἔχοντες δὲ αὐτοῦ λαβεῖν τὴν οὐσίαν, ἐπερειδόμεθα φωναῖς, καὶ ὀνόμασι, καὶ ζώοις καὶ τύποις χρύσου καὶ ἐλέφαντος καὶ ἀργύρου, καὶ φυτοῖς καὶ ποταμοῖς, καὶ κορυφαῖς καὶ νάμασιν· ἐπιθυμοῦντες μὲν αὐτοῦ τῆς νοήσεως, ὑπὸ δὲ ἀσθενείας τὰ παρ' ἡμῶν καλὰ τῇ ἐκείνου φύσει ἐπονομάζοντες· αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν ἐρώντων πάθος, οἷς ἥδιστον εἰς μὲν θέαμα οἱ τῶν παιδικῶν τύποι, ἡδὺ δὲ εἰς ἀνάμνησιν καὶ λύρα, καὶ ἀκόντιον, καὶ θῶκός που, καὶ δρόμος, καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ ἐπεγεῖρον τὴν μνήμην τοῦ ἐρωμένου. Τί μοι τὸ λοιπὸν ἐξετάζειν, καὶ νομοθετεῖν ὑπὲρ ἀγαλμάτων; Θεῖον εἰς γνώμην ἔστω μόνον. Εἰ δὲ Ἕλληνας μὲν ἐπεγείρει πρὸς τὴν μνήμην τοῦ Θεοῦ ἡ Φειδίου τέχνη, Αἰγυπτίους δὲ ἡ πρὸς τὰ ζῶα τιμὴ, καὶ ποταμὸς ἄλλους, καὶ πῦρ ἄλλους, οὐ νεμεσῶ τῆς διαφωνίας· ἴστωσαν μόνον, ἐράτωσαν μόνον, μνημονευέτωσαν μόνον. Quamquam, quid de his postremis sit judicandum, me tacente intelligitur. Sed non minus apparet satis temere sollicitasse verba Maximi ἀνώνυμος νομοθέτης Marklandum ad h. l. ita: "*Sine nomine legislator.* Frigide et absque ulla venustate (?). ex sequentibus ἄρρητος φωνῇ, et ἀόρατος ὀφθαλμοῖς, video hic quoque acumen et antithesin captari. Lego, ἄνομος νομοθέτης, *extra legem legislator*, sine lege, legi non subditus.——Pariter D. Paulus 1 Cor. xi. 21. μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ. Quam conjecturam V. D. esse vanissimam, tota docet contexta oratio et locus similis ejusdem Maxim. Tyr. diss. xvii. 9. t. i. p. 328. sq. Τοῦτον μὲν δὴ ὁ ἐξ Ἀκαδημίας ἡμῖν ἄγγελος δίδωσι πατέρα καὶ γεννητὴν τοῦ ξύμπαντος· τούτου ὄνομα μὲν οὐ λέγει, οὐ γὰρ οἶδεν· οὐδὲ χρόνον λέγει, οὐ γὰρ εἶδεν· οὐδὲ μέγεθος λέγει, οὐ γὰρ ἥψατο. Φύσεις αὗται, σαρκῶν καὶ ὀφθαλμῶν συνέσεις· τὸ δὲ θεῖον αὐτὸ ἀόρατον ὀφθαλμοῖς, ἄρρητον φωνῇ, ἀναφὲς σαρκὶ, ἀπευθὲς ἀκοῇ, μόνῳ δὲ τῷ τῆς ψυχῆς καλλίστῳ, καὶ καθαροτάτῳ, καὶ νοεροτάτῳ, καὶ κουφοτάτῳ, καὶ πρεσβυτάτῳ, ὁρατὸν δι' ὁμοιότητα, καὶ ἄκουστον διὰ συγγένειαν, ὅλον ἀθρόον ἀθρόᾳ συνέσει παραγενόμενον. Recte Davisius h. l. ad verba ὄνομα μὲν οὐ λέγει, οὐ γὰρ οἶδεν animadvertit: "Stephanus edidit οὐ γὰρ εἶδεν. Male: quod etiam Heinsius animadvertit. Mendum typographicum, nec aliud quicquam videtur: οἶδεν enim dat uterque codex, nec aliter in suo Paccius legit. *Deus scilicet* ἀνωνομάστος *passim dicitur.* Vide Justinum Apol. i. cap. lxxxii. Tatianum Orat. ad Græcos §. vii. Eusebium de Laud. Constantini cap. xii. aliosque plures." Neque in priori loco Maximi opus est conjectura Reiskii (vid.

ad Maximum Tyrium I. I. R. Animadvv. p. 490.), qua pro *ἀνώνυμος νομοθέτης* legatur *ἀ. νομοθέταις*, imo ipsum Reiskium Maximi sententiam non satis percepisse apparet. Denique audi egregie precantem Arnobium advers. gentes i. 31. P. i. p. 20. sq. ed. Orell. "O maxime, o summe rerum invisibilium procreator! O ipse invisus, et nullis unquam comprehense naturis! dignus, dignus es vere, si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intelligensque natura, et habere et agere nunquam desinat gratias: cui tota conveniat vita genu nixo procumbere, et continuatis precibus supplicare. Prima enim tu causa es, locus rerum ac spatium, fundamentorum cunctorum quæcunque sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, *quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, quantitatis*, sine situ, motu, et habitu, *de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum: qui ut intelligaris, tacendum est, atque, ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino mutiendum.——Non est mirum, si ignoraris: majoris est admirationis, si sciaris.*" Cf. Orell. in *appendice ad Arnob.* p. 10. et Elmenhorst. ibid. p. 11., qui laudat locum similem Gregor. Naz. de fide orat. 49. HEIN.

4, 9. *δεύτερον αἴτιον*] In codice Medicæo hoc scholion ad marginem adscriptum est: Κακῶς κἀνταῦθα θεολογεῖς, Εὐσέβιε, *περὶ τοῦ συναvάρχου καὶ συναϊδίου, καὶ συμποιητοῦ τῶν ὅλων υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δεύτερον αὐτὸν ἀποκαλῶν αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, συναίτιον ὄντα καὶ συνδημιουργὸν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων, καὶ ὁμοούσιον.* In codice quoque Mazarino scholion recentiore manu appositum est, quo Eusebius similiter reprehenditur, qui filium patri subjecerit, et secundum ei locum attribuerit: *τί ταῦτ᾽ ἄνθρωπε ἐπὶ κακῷ τῆς σαυτοῦ θεολογεῖς κεφαλῆς, τὸν δόξῃ καὶ δυνάμει καὶ οὐσίᾳ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ πατρὶ ὑποβιβάζων καὶ ὑποτιθεὶς, καὶ τὰ δευτερεῖα τοῦ πατρὸς ἀπονέμων, ἐναντία φρονῶν καὶ γράφων τοῖς ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν δογματίσασιν ἁγίοις πατράσιν. Ὧν συνήγορος ἧς, εἰ μὴ προφανῶς ψεύδονται οἱ τὰς πράξεις συγγράψαντες αὐτῶν.* Id est: *Cur hujusmodi de Christo sermones in perniciem capitis tui profers o homo, eum qui gloria, virtute ac substantia undequaque similis est patri, subjiciens ac supponens, et secundum a patre locum ei attribuens. In quo contraria sentis*

ac scribis sanctissimis patribus, qui consubstantialem esse filium pronuntiarunt. Quorum sententiæ tu quoque subscripsisti, nisi palam mentiuntur qui acta illorum memoriæ prodiderunt. VALES.

4, 10. *τῆς τῶν καμνόντων*] Iambici sunt versus qui sequuntur, ex aliquo poëta tragico desumpti.

τῆς τῶν καμόντων εἵνεκεν σωτηρίας
ὁρᾷ τὰ δεινὰ, θιγγάνει δ' αἠδέων,
ἀλλοτρίοις τε συμφορῇσιν ἰδίας
———καρποῦται λύπας.

Qui versus sine dubio elegantissimi sunt, et Æschylum aut Sophoclem redolent. Expungendi tamen ex hoc loco mihi videntur, quippe qui sensum turbent [c]. Ad postremum autem illum versum alludit Gregorius Naz. in oratione i. p. 12. cum ait: *εἶτα οἱ μὲν τῶν σωμάτων θεραπευταὶ, πόνους τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ φροντίδας ἃς ἴσμεν ἔξουσιν, καὶ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρποῦσθαι λύπας, ὥς ἔφη τις τῶν παρ' ἐκείνους σοφῶν.* Ad quem locum Elias Cretensis notat verba hæc esse Hippocratis, quem Gregorius Nazianzenus sapientis cujusdam nomine designat. VALES. Ad verba statim præcedentia *οἷά τις ἄριστος ἰατρός.* vid. *Excurs.* x. ext. *Τὶς ἄριστος* autem ita junxerim ut sit *unus omnium optimus.* HEIN.

4, 12. *᾿Αλλὰ τότε μέν*] Proxime ante hæc verba dixerat *πάλαι καὶ νῦν.* Itaque primum hic exsequitur quid olim fecerit Christus pro hominum salute. Postea vero narrare incipit ea quæ nuper patraverat miracula. VALES. Paulo ante notandus est paulo infrequentior usus verbi *περιτίθεσθαι* in: *τὰ πρόστιμα τῶν ἡμετέρων ἀσεβημάτων περιθέμενος,* i. e. cum pœnam

[c] Hoc cur statuat Valesius, non satis video. Fortasse offensus V. D. *ἀσυνδέτῳ* post verbum *λύπας.* Sed hoc optime convenire puto gravius commoto Eusebio, cujus longe languidior fieret oratio, si scripsisset *καὶ οὐ νοσοῦντας* quamvis Valesius ita verterit, quasi *καὶ σὺν* legeretur, *nosque non modo ægrotantes.* Cf. Dionys. Halicarn. *περὶ τῆς ῾Ομήρου ποιήσεως* §. 8. *Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ᾿Ασύνδετον, ὁπόταν ἐξαίρωνται οἱ σύνδεσμοι οἱ συνδέοντες τὴν φράσιν, ὅπερ οὐ μόνον τάχους, ἀλλὰ καὶ ἐμφάσεως παθητικῆς χάριν γίνεται.* Ad quod probandum Dionysius statim laudat locum Homeri Odyss. x. 251. sq.:

῎Ηιομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' ᾿Οδυσσεῦ·
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα καλά.

De quo loco addit Dionysius: *᾿Εν γὰρ τοιούτοις ὁ καὶ σύνδεσμος ἐξῄρηται, τὸν τάχιστον τρόπον τῆς ἀπαγγελίας ζητοῦντος τοῦ λέγοντος.* Adde Longin. de sublimitate xix. 1. xx. 1. 3. ed. Weisk. Plut. in Plat. Quæst. p. 1011. E. *λόγος συνδέσμων ἐξαιρεθέντων πολλάκις κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν.* Valcken. *ad Euripid. Phœniss.* v. 108. HEIN.

impietatum nostrarum solus in se *suscepisset*, ut recte vertit Val. Sed sæpius recentiores verba quæ proprie de induendis vestibus dicuntur, ad multa alia et vel ineptius transferunt. Cf. quæ monui ad Euseb. H. E. v. 1. (p. 328. sqq.) infra ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης, ἔνδυσαι τὴν ἴσχυν, ἔνδυσαι τὴν δόξαν σου, πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ καὶ περιθήσῃ αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφης quo postremo loco significare voluit studium illud summum quo amplectitur κύριος sua τέκνα. Euseb. de martyr. P. c. v. τὸν δικαστὴν αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ περιβαλών. In martyrio autem Eupli apud Coteler. *eccles. Græc. monumm.* t. i. p. 195. legitur: τότε ὑψωθεὶς ὁ Καλβισιανὸς ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἐνδυσάμενός τε τὸ πρόσταγμα τῶν ἀσεβεστάτων βασιλέων, i. e. impiissimorum imperatorum *edicto munitus*, interprete Cotelerio. Et Achill. Tat. iv. p. 231. ed. Salmas. ἄνθος ἀντὶ φύλλου γίνεται, καὶ τὴν ὀδμὴν ἐνδύεται, odore *cumulatur*, ut vertit interpres. Clemens Alexandr. quis dives salv. τοὺς πλουσίους οὐδένα τρόπον ὁ σωτὴρ κατ' αὐτόν γε τὸν πλοῦτον καὶ τὴν περιβολὴν τῆς κτήσεως ἀποκέκλεικεν, i. e. quod attinet ad possessiones quas *habent*: vel fortasse rectius: quod attinet ad largam eorum possessionis copiam. Talia certe veterum prosaici scriptores rarissime habeant sed apud poëtas similia, ut ἀλκὴν, ἀναιδείην ἐπιειμένος apud Hom. Iliad. i. 149. vii. 164. ix. 372. xiii. 742. xxi. 381. Odyss. ix. 214. cf. Riccii *diss. Homerr.* x. p. 82. ed. Born. et *Gesenius hebræisch-deutsches Handwörterbuch* s. v. לָבַשׁ. Adde Pindar. Nem. xi. 21. Apollon. Rhod. i. 691. γαῖαν ἐφέσσασθαι, γῆν ἐπιέσσασθαι, i. e. ταφῆναι. Cf. Herodot. i. 47. χαλκὸν ἐπίεσται Valesius *ad Euseb. orat. de laudibus Constantini* c. vi. ad verba κυανῷ χρώματι καλλωπιζομένη. Alberti *ad Hesych.* t. i. p. 1352. Jacobs. *Anth. P.* p. 404. Eodem modo περικεῖσθαί τι usurpatur. Vid. Theocrit. Idyll. xxiii. 14. περικείμενος ὕβριν Hebr. v. 2. περίκειται ἀσθένειαν coll. vii. 28. ἔχουσι ἀσθένειαν. Jacobs. *Anthol. P.* ii. 2. p. 75. HEIN.

Ib. αὐτό μόνον idem est ac *solummodo*, qua locutione utitur Eusebius pæne omnibus paginis. Ait igitur Eusebius Christum olim quidem solo adventu et incarnatione sua homines qui captivi a dæmonibus tenebantur, servitutis jugo liberasse. VALES.

4, 14. μεγάλης βουλῆς ἄγγελλος] In codice Medicæo scholion

hujusmodi adscriptum est ad hæc verba: κακῶς καὶ ἀθέως βλασφημεῖ, ἀρχιστράτηγον ἀποκαλῶν μέγαν, τὸν σωτῆρα Χριστὸν καὶ Θεόν. VALES.

4, 15. βασιλικοῖς χαρακτῆρσι] Christophorsonus *majusculis literis* vertit. VALES. Val. vertit: *regalibus apicibus*, rectius. Sed idem verba quæ ante hæc leguntur σωτῆρά τε αὐτὸν ἐν στήλαις ἀναγορεύειν interpretatus est: cum servatorem *in edictis suis* prædicent, minus recte. Vid. *Excurs.* xvi. HEIN.

4, 16. καὶ αὐτοθεόν] Notandus est inprimis hic locus, in quo Eusebius Christum vocat αὐτοθεόν, id est, *per se ac vere Deum*. Hic enim unicus locus, meo quidem judicio, sufficit ad repellendas omnes calumnias eorum qui Eusebium nostrum Ariani dogmatis labe aspersum fuisse crediderunt. Sic etiam infra nominat τοῦ παμβασιλέως καὶ πανηγεμόνος, καὶ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου. Est autem hæc locutio Platonica. Nam ut Plato αὐτοαγαθὸν vocat quod est vere ac per se bonum, sic Eusebius αὐτοθεὸν dixit qui est vere ac per se Deus. VALES. Cf. Euseb. demonstr. evang. iv. 2. ubi Christum vocat Eusebius αὐτονοῦν καὶ αὐτόλογον, καὶ αὐτοσοφίαν, καὶ ἔτι δὲ αὐτοκαλὸν καὶ αὐτοαγαθὸν, et ibid. c. 13., ubi αὐτοζωὴ et αὐτοφῶς ille dicitur. Verum enimvero vix et ne vix quidem his omnibus quibus Christum ornavit Eusebius, epithetis probari potest, quod probari inde censet Valesius, Eusebium plane consensisse cum ecclesia in doctrina de Christo, ex qua ille ὁμοούσιος τῷ πατρὶ habendus erat. Cf. quæ monui ad Euseb. H. E. i. 1. Neque enim vox αὐτὸς in illis formulis eam vim habet, ut doctrinam orthodoxam et ecclesiasticam de Christo *necessario* et *plene* exprimat, ac non solum ad originem et causam spectat sed etiam rationem et naturam vel rerum vel hominum indicat, ita quidem ut verbi causa αὐτοθεὸς non solum significare possit et significet eum qui *per se* ac *sua vi* Deus est, sed etiam qui *vere* et *reapse* Deus est, quo quidem posteriori sensu si illud vocabulum et reliqua usurpavit Eusebius, eum doctrinæ orthodoxæ multo minus amicum se ostendisse patet, quam si priori ratione illis usus est. Namque *vere* Deum Christum vocare poterant vel Ariani. Cf. Pearson. *exposit. symb. Apost.* p. 39. Suicer. *Thes.* t. i. p. 580. sqq. Münscher. *Handbuch der Dogmengeschichte* tom. iii. p. 427. Ne vero dubites quin αὐτὸς sæpius in ejusmodi locutionibus naturam rei vel hominis signi-

ficet, eamque talem qualis esse debet, id est, perfectam, et similia, dicitur ita αὐτοαλήθεια Christus quoque in apologia Manuelis magni rhetoris p. 271. ed. Le Moyne in *varr. sacr.* et αὐτονεκρὸς apud Alciphron. epist. p. 291. ed. Bergler. est *plane* mortuus. Præcedit enim ἡμιθνῆτα. Similiter αὐτόχρημα est, *revera, reapse.* Vid. Bergler. l. l. p. 336. sqq. Adde Eustathium ad Homer. Odyss. xi. 19. Cognatus quoque est ille usus vocis αὐτὸς in compositione, quo significat rem vel hominem qualem sola mens sibi informat sine sensuum et adspectus judicio. Vid. Aristotel. Ethic. i. 6. ἔν τε αὐτοανθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστιν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. Xen. Cyr. i. 6. 8. αὐτὸ τὸ ἄρχειν. Vid. Weiske ad h. l. Schäfer. *melett. critt.* p. 28. Passow. *Lexic.* s. v. αὐτὸς n. v. Matthiæ *ausführl. griech. Grammatik* §. 467. p. 866. Sed præ ceteris huc pertinet locus insignis Justini M. cohortat. ad Græcos c. xvi., ubi Justinus Homerum etiam de uno ac vero Christianorum Deo loqui probaturus detorquet hanc in rem Homer. Iliad. ix. 445. ita: Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὴν ἑαυτοῦ περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ σαφῶς καὶ φανερῶς ἐκτίθεται (Homerus) δόξαν, πῇ μὲν διὰ τοῦ Φοινίκος πρὸς Ἀχιλλέα λέγων·

—οὐδ' εἴ κεν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νεὸν ἡβώοντα.

διὰ τῆς ἀντωνυμίας (i. e. per pronomen αὐτὸς) τὸν ὄντως ὄντα σημαίνων θεόν. Eadem repetit Justinus l. l. c. xxiv. Et similiter Cyrill. Alex. contra Julian. lib. i. Οὐ γὰρ, inquit, που φησὶν εἰ καὶ θεῶν τις ὑπόσχοιτο μοι τοῦ μὲν γήρως τὴν ἀπεμπολὴν, παλινάγρετον δὲ τὴν νεότητα—τὸ γὰρ, Θεὸς αὐτὸς οὐκ ἐφ' ἕνα τῶν ἐν μύθοις πεπλασμένων τινὰ, αὐτὸν δὲ δὴ μόνον κατασημήνειεν ἂν τὸν ἀληθῶς ὄντα θεόν. Eodem modo Andream appellari puto a Niceta apud Combefisium *auctar. noviss. P. P.* tom. i. p. 339. D. αὐτοφῶς id est, *veram* lucem. Præcedit πλήρης φωτός. Neque aliter ab eodem Niceta l. l. p. 386. A. Philippus αὐτοφῶς dicitur. Ad originem contra et causam spectat αὐτὸς in voce αὐτογέννητος a Basilio M. usurpata (cf. Suicer. l. l.) et in eo quod est huic synonymum, αὐτογένεθλος, quo non solum vulgaria lexica sed ipse Suicerianus thesaurus caret, quamvis illud legatur apud Euseb. demonstrat. evang. iii. p. 104. ed. Montacut. et præpar. evang. ix. 10., ubi laudat noster versus Porphyrii:

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.

i. e. regem ex se ipso genitum. Cf. Justin. l. l. c. xi. xxiv., ubi iidem versus commemorantur sed pro αὐτογένεθλον legitur αὐτογένητον, et Sophocl. Ant. v. 864. Eodem modo αὐτοθεὸν Origenes vocat patrem a filio ex ipsius sententia eo differentem, quod ille Deus est *per se ac sua vi*, a nemine alio ortus, hic divinitatem a solo patre accepit, ad quod discrimen significandum Origenes cum Clemente Alexandrino utitur quoque verbis ὁ θεὸς et θεός. Vid. Löffler. *kurze Darstellung der Entstehungsart der Dreieinigkeitslehre* in Ejusd. *kleine Schriften* tom. i. p. 104. p. 110. δ. cf. p. 39. Origen. Comment. in Johann. vol. iv. p. 50. ed. Ruell. αὐτοθεὸς ὁ θεός ἐστι—πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὸ αὐτοθεὸς μετοχῇ τῆς ἐκείνου θεότητος θεοποιούμενον. de princip. i. vol. i. p. 62. Neque aliter Deus dicitur αὐτοφυὴς in dramate Euripidis apud Clement. Alexandr. Strom. v. p. 717. et Euseb. præpar. evangel. xiii. p. 681 B. servato:

Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
Ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ'
Ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Ubi *Grotius* αὐτοφυῆ vertit *non aliunde satum*. Vid. Valckenar. *diatribe in Eurip. perditt. dramm. reliqq.* v. p. 41. "Deus Αὐτοφυὴς dicitur (loco laudato) ὁ ἔχων ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι,—*qui est a se ipso:* αὐτοθεός· vim istam vocis αὐτὸς in composito sic explicat Ulpian. *ad Demosth. de Cor.* p. 180, ὃς (hoc inserendum) οἴκοθεν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχει τὸ etc. *virtute nonnihil diversa* (i.e. ea verbi αὐτὸς significatione de qua antea disserui cf. Passow. s. v. αὐτοφυής) apud Platonem de LL. 1. p. 642. c. ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι—μόνοι γὰρ ἄνευ ἀναγκῆς αὐτοφυῶς εἰσὶν ἀγαθοί· *natura*, φύσει, *boni:* sic ista lego rejectis in marginem istis, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς, commodis interpretamentis vocis αὐτοφυῶς. (Cf. Maxim. Tyr. dissertt. vii. 5. tom. i. p. 110. ed. Reisk. οὐδέ ἐστι τὸ χρῆμα κομιδῇ ἑκούσιον ἀλλ' αὐτοφυὲς καὶ αὐτόματον. ibid. p. 111.) Deus dicitur αὐτοφυὴς, ut αὐτοτελὴς, *in se ac natura sua perfectus: Hippodamus Stobæi* p. 553. 24. αὐτοτελέα explicat, ὅσα δι' αὐτὰ τελέα ἐστὶ καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν,

οὔτε ποτὶ τὸ ἦμεν, οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν· τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ Θεός. *Euryphamo* p. 556. 42, homo dicitur non *αὐτοτελὴς—ἀλλὰ τέλῃος·* sic enim leg. pro *ἀλλ' ἀτελής*——Aristæo quoque Pythagoreo in Stobæi Eclog. p. 45. 53. Deus est *ἀγέννατος καὶ αὐτοτελής.* Sed quæ dixit Hymno in suum Jovem omnium efficacissima Aristides, t. i. p. 5, apte congruunt in deum Euripidis *τὸν αὐτοφυῆ· ὅδε ἐστὶ πρῶτός τε καὶ πρεσβύτατος, καὶ ἀρχηγέτης τῶν πάντων, αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ γενόμενος· ὁπότε δὲ ἐγένετο οὐκ ἐστὶν εἰπεῖν ἀλλ' ἦν τε ἄρα ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἔσται ἐσαεὶ αὐτοπάτωρ τε καὶ μείζων ἢ ἐξ ἄλλου γεγονέναι· καὶ—αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξ ἑαυτοῦ ἐποίησε, καὶ οὐδὲν προσεδεήθη ἑτέρου εἰς τὸ εἶναι."* Cf. ibid. p. 36. sq. Johann. v. 26. Cudworth. *system. intellectuale* p. 434. Similiter apud Euseb. de laudib. Constantini c. xii. ubi leguntur hæc: *θέλει δὲ ἀγαθὰ πάντα* (*Θεὸς*) *ὅτι——αὐτοαγαθὸν τῇ οὐσίᾳ τυγχάνει,* ipsum adjectum *τῇ οὐσίᾳ* et reliqua oratio docere videtur, *αὐτοαγαθὸν* Deum dici non sensu Platonis (cf. Wieland. *sämmtliche Werke* tom. xxxix. p. 186. p. 242. ed. Gruber. et hujus V. D. observatio l. l. p. 373.) bonum verum, absolutum, perfectum, sed potius bonum per se, suapte vi ortum. Adde Iren. adv. hæres. i. 14. 7. tom. i. p. 72. ed. Massuet. *κέχρηται δὲ διακόνῳ—ἵνα τῆς αὐτοβουλήτου βουλῆς φανερωθῇ ὁ καρπὸς,* quod vetus interpres vertit: *ab se cogitatæ* cogitationis, Billius: *voluntarii* consilii. Ibid. i. 1, 2. ubi decimus tertius Valentinianorum æon commemoratur *Αὐτοφυής.* Et Nicetas alio sensu quam de Andrea et Philippo probabiliter dicit *αὐτοφῶς* de Deo apud Combefis. *auctar. noviss. P. P.* tom. i. p. 344 B. *τοῦτον θάνατον ἔφασκεν εἶναι φρικτὸν καὶ πικρὸν, τὸν παρὰ τῶν ἀπίστων δὲ ἐπαγόμενον, πάσης—ζωῆς αἴτιον ἡγεῖσθαι ὡς αὐτῇ προσάγοντα τῇ αὐτοζωῇ, τῷ αὐτοφωτὶ, καὶ τῷ φώτων πατρί·* id est, *zum Urleben, Urlicht.* Denique cf. infra et de martyr. Pal. c. v. (pag. 730.) HEIN.

Ib. *τῆς αὐτοῦ προσηγορίας*] Christianorum nomen intelligit, per omnes ubique gentes fusum ac propagatum, nec solum Romanis, sed etiam barbaris cognitum. Quod si quis ipsum Christi nomen intelligere malit, equidem non magnopere repugnabo: paulo post enim subjicit Eusebius de Christianis, quod quidem non faceret, si de ipsis antea locutus fuisset. VALES.

4, 18. *θείων ναῶν ἀφιερώμασιν*] Musculus vertit: *divinorum*

templorum consecrationibus. Christophorsonus vero interpretatur: *divinis templis auguste consecratis.* Videtur tamen vox ἀφιέρωμα non consecrationem templorum designare, sed potius donaria quæ Deo consecrantur. Idque confirmatur sequentibus Eusebii verbis. Sic enim subdit: Οἷα τάδε τὰ τοῦ νεὼ περικαλλῆ κοσμήματά τε καὶ ἀναθήματα. Certe si consecrationem intellexisset Eusebius, ἀφιέρωσιν dixisset, ut supra in cap. 3. VALES. Nihilominus ipse Vales. vertit: divinorum templorum fabricis *consecratis.* HEIN.

4, 19. σωτῆρος ἡμῶν βασιλείας δείγματα] In codice Regio ad latus hujus lineæ apposita est hujusmodi nota ωρ. De qua nota abunde diximus in annotationibus ad lib. i. In cap. 16. lib. iv. (pag. 272.) eandem notam habet Regius codex ad illa verba Justini appositam: εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχῶν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι, *etc.* VALES.

4, 20. καὶ βεβηκότων] Musculus vertit: *domum ex vivis et crescentibus lapidibus structam.* Christophorsonus autem interpretatur: *Ex vivis incedentibusque in terra lapidibus.* Ego *ex vivis firmisque lapidibus* vertere malui. Neque enim intelligo quomodo probe fundata sit domus, si lapides incedunt. Eadem vox occurrit infra prope finem hujus cap. ζῶντας καὶ βεβηκότας καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους. Sed in his lector quod maluerit eliget. Neque enim Christophorsoni interpretationem hic damno. Quod vero hæc verba τῷ θεολογουμένῳ de Christo accepit, omnino probare non possum. Nam Eusebius paulo post dicit Christum esse illius templi lapidem angularem. Igitur Deum patrem hic intelligit, qui templi inspector sit. Hieronymus in cap. 2. Aggæi βεβηκότας λίθους ita vertit: *Neque enim putandum est Deum auro et gemmis ædificaturum Hierusalem, et non vivis lapidibus qui nunc volvuntur super terram.* Verba sunt Zachariæ cap. 9. λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ γῆς αὐτοῦ. Ad quem locum alludit idem Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virgin.: *Postquam de duritia nationum generati sunt filii Abrahami, cœperunt sancti lapides volvi super terram.* Et in epitaphio Paulæ: *Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra et seculo transituri sunt, sed in vivis lapidibus qui volvuntur super terram.* VALES. Musculi interpretationem verbi βεβηκότων ineptam esse, per se, credo, intelligitur. Sed Christophorsoni etiam cur rejicienda

sit, ex iis certe quæ Valesius annotavit, vix appareat. Quod enim dicit V. D., se non intelligere, quomodo probe fundata sit domus, si lapides incedant, eo ipsum ostendisse puto, se non satis perspexisse locum Eusebii, qui quos *λίθους* in mente habuerit, videndum est. Jam vero cum ex præcedentibus *τὸν ἔμψυχον πάντων ἡμῶν ναὸν* et ex sequentibus verbis *τοῦτον δὴ οὖν τὸν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἐπεσκευασμένον ζῶντος Θεοῦ ζῶντα ναὸν,* luculenter appareat, cum *λίθοις* eum h. l. comparasse homines, quatenus illi constituunt ecclesiam a Christo fundatam, per se profecto nulla causa est, cur non ut *ζῶντες* ita *βεβηκότες* i. e. *incedentes λίθοι homines* possint dici. Cf. Galat. ii. 19—22. 1 Petr. ii. 5. At nihilominus ipse Valesii interpretationem præferendam puto, idque propterea quia inferius ipso illo loco, quem jam significavit Valesius, *βεβηκότας λίθους* vix interpretari possumus *incedentes lapides*, imo ibi *stabiles* tantum interpretandum esse cum Valesio, satis apparet. Nam quamvis ibi quoque non de lapidibus qui proprio sensu dicuntur, cogitandum sit, sed potius animos hominum cum lapidibus contendat Eusebius et verba *πανταχόθεν τοὺς ζῶντας——καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους ἐγκρίνας* vertenda sint: *animos* undique *quasi* quosdam vivos—et firmos lapides undique seligens, tamen quomodo Eusebius si vel ineptissimis alibi eum uti concedere velles imaginibus, ut incedentes s. euntes lapides *animos* hominum sibi cogitare potuerit, nemo facile dixerit, nisi forte *τῶν ψυχῶν* de hominibus in universum dictum esse velit, ut de corpore potius hominis cogitandum sit, quod tanquam incedens ab Eusebio illo loco proponatur. Sed neque hoc posse statui, docent verba quæ statim sequuntur *ὅτι μὴ ψυχὴ μόνον καὶ διάνοια, καὶ τὸ σῶμα δὲ αὐτοῖς——κατηγλάϊστο.* Itaque recte vertit ibi *stabiles* lapides *βεβηκότας λίθους.* Val. Jam vero accedit, quod voce *βαίνειν* similiter utitur Eus. H. E. viii. 7. *τὴν ἐν σώμασι νέοις βεβηκυῖαν καὶ ἀδιάτρεπτον ἔνστασιν,* i. e. *stabilem*—constantiam. præparat. evang. i. 3., ubi hæc leguntur: *Αὐτίκα γοῦν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ κηρυχθήσεσθαι καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης,—θεσπίσαντος (τοῦ Χριστοῦ), τὴν δὲ ὕστερόν ποτε συστᾶσαν τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίαν ————ἀκαταμάχητον ἔσεσθαι—ἑστάναι δὲ καὶ μένειν ἄσειστον, ὡς ἂν ἐπ' ἀσείστῳ καὶ ἀρραγεῖ πέτρᾳ τῇ αὐτοῦ δυνάμει βεβηκυῖάν τε καὶ ἐρριζωμένην ἀποφηναμένου etc.* Quæ ultima verba Vigerus

ita vertit: utpote, quæ—tanquam immoto ac nullis omnino machinis perrumpendo scopulo, *altis defixa radicibus niteretur.* Præterea vid. Vigeri *animadvv.* p. 1. ad l. l. cf. Toup. et Weiske *ad Longin.* xl. 4. p. 458. Fischer. *in indice ad Palæphatum.* HEIN.

4, 21. *ἀληθεῖ λόγῳ*] Idem est ac *ἀληθῶς*. Musculus tamen et Christophorsonus *vero Dei verbo* interpretati sunt, quod meo quidem judicio ineptissimum est. VALES.

4, 22. *ἑνὶ μόνῳ τῶν ἴσων ἐφικτόν*] Post hæc verba asteriscus notatur in codice Med. et ad marginem adscriptum est, *καὶ τοῦτο ἀσεβές*. Omnino scholiastes qui hoc scholion adscripsit, existimasse videtur, Eusebium hic loqui de Christo, cum tamen de Paulino loquatur Tyriorum episcopo, quem ait secundum a Christo locum obtinere in regendis fidelibus. Hoc vero impietatis argui non potest, cum pontifices omnes imaginem Christi referant ejusque in administranda ecclesia vicem gerant. (? HEIN.) Fatendum est tamen, Eusebium nimis hic tribuisse Paulino, dum ei *τὰ ἴσα δευτερεῖα* tanquam æquali et collegæ Christi adscribit, dum Melchisedechum vocat. VALES. Vid. Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 398. not. 21. HEIN.

4, 23. *ὧν αὐτὸς κατηρτίσατο*] Intelligit fabricam ecclesiæ Tyri tam spiritalem quam materialem, cujus formam ac rationem solum ait edere posse Paulinum, qui eam fabricam divina ope architectatus est. VALES.

4, 24. *ναοῦ κατασκευῆς*] Beseleel arcam seu tabernaculum Dei fabricavit, non autem templum, ut legitur in Exodi cap. xxxviii. Templum igitur improprie sumit Euseb. pro tabernaculo. Eodem fere modo, quo in actibus apostolorum templum Dianæ dicitur pro ædicula. VALES.

4, 25. *ἀγαλματοφορῶν*] Metaphora est a sacerdotibus gentilium, qui simulacra deorum humeris suis bajulabant, ut notavi ad lib. xxii. Amm. Marcellini, ubi de Juliano imp. dicit: *Vehens licenter pro sacerdotibus sacra.* Eadem vox occurrit paulo infra. VALES. Vertit Val. *tanquam* imaginem gestans. HEIN.

4, 26. *πρῶτον ἆθλον ἠγωνίσατο*] Alludit ad Herculis labores seu certamina. VALES.

4, 27. *ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν*] Verba sunt ex Psalmo viii.

Davidis, ubi hodie legitur, *ut destruas inimicum et ultorem.* Vetus versio Gallicana habebat, *ut destruas inimicum et defensorem*, teste Sulpicio in vita Martini. VALES.

4, 28. *Καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσίν*] Imitatur Eusebius locum Dionysii Alexandrini, qui de Macriano ejusque liberis[d] ita loquitur in epist. ad Hermammonem quam refert Eusebius in lib. vii. cap. 23. *ὁ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπεὶ μηδὲ ἦν.* VALES. Vid. *Excursus* xvi. HEIN.

4, 30. *γιγάντων—ἐνστησάμενοι*] Dubium videri potest vel h. l., utrum Eusebius quoque variis illis, quæ de gigantibus inter antiquos circumferebantur, narratiunculis fidem habuerit, necne. Cf. quæ annotavi ad Euseb. H. E. i. 2. (pag. 12.) Adde Euseb. V. C. i. 5. *τῆς δ' αὐτοῦ μοναρχικῆς ἐξουσίας τὴν εἰκόνα δοὺς, νικητὴν ἀπέδειξε παντὸς τυραννικοῦ γένους, θεομάχων τ' ὀλετῆρα γιγάντων οἳ ψυχῆς ἀπονοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἦραντο τὸν παμβασιλέα τῶν ὅλων δυσσεβείας ὅπλα.* Contra Augustin. de civit. Dei xv. 23. "*Vidi*, inquit, *ipse non solus, sed aliquot mecum, in Uticensi litore molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere potuisse; sed illum gigantis alicujus fuisse crediderim.*" Cf. Arnob. adversus gentes ii. 75. "*Nonne literas auditis commemorantes vestras, fuisse homines olim Semideos, Heroas, cum immanibus corporibus atque vastis?* Non infantes sub uberibus matrum stentoreos legitis edidisse vagitus, *quorum ossa variis in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem, humanorum reliquias esse membrorum?*" Ad quem locum Orellius in *annott.* part. ii. p. 113. laudat Hieron. Magii Miscell. ii. cap. 4. Cf. Elmenhorstius et Stewechius ad l. l. Arnobii. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. iv. p. 298. sq. ed. nov. Præterea de gigantibus vid. Heyne *ad Apollodor.* p. 28. sq. Voss. *ad Virg. Georg.* i. 281. et *mythologische Briefe* ii. p. 259. sq. Klopfer. *mythologisches Wörterbuch* tom. i. p. 141. p. 750. sqq. cf. Riccii *dissertatt. Homericc.* p. 136. sqq. ed. Born. et Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 195. sq. Homer. Odyss. xi. 307. sqq. ibique Eustathius. HEIN.

4, 38. *εἰς τετράγωνόν τι σχῆμα περιφράξας τὸν τόπον*] Pessime Christophorsonus de sanctuario hæc accepit, cum de spatio

[d] Imo de solo Macriano. HEIN.

illo loquatur Eusebius, quod erat inter vestibulum et basilicam. Hoc igitur spatium in quadranguli speciem conclusum, quatuor obliquis porticibus a Paulino exornatum fuisse dicit. VALES.

Ib. ὧν τὰ μέσα] Supple κιόνων. Itaque *intercolumnia* verti, non male, ut opinor. Hæc igitur intercolumnia ait Eusebius undique conclusa fuisse repagulis ligneis cancellatis, in mediocrem altitudinem erectis. Μῆκος enim posuit pro altitudine, quod interpretes non viderunt. VALES. Vertit Val. inde a διαλαβὼν δὲ πλεῖστον usque ad μήκους περικλείσας ita: "*Sed inter templum ac vestibulum maximo intervallo relicto, hoc spatium in quadrati speciem circumseptum quatuor obliquis porticibus circumquaque exornavit, quæ columnis undique attolluntur. Intercolumnia porro ipsa septis e ligno reticulatis, in mediocrem et congruam altitudinem elatis circumclusit.*" Superius verba πρόπυλον δὲ μέγα——ἱερῶν ἑστῶσι ita interpretatus est: Magnum deinde atque excelsum vestibulum ad ipsos solis orientis radios extendit, iis qui a *sacro loci ambitu* longius remoti sunt, *etc.* De voce περίβολος cf. Valckenar. *ad Euripid. Phœn.* v. 1085. HEIN.

Ib. μέσον αἴθριον ἠφίει] Intelligit medium illud spatium sub divo, quod quatuor undique porticibus claudebatur, eadem plane forma, qua in hodiernis monasteriis sunt quæ vocantur pratella. Quod enim monachi vocant claustrum, nihil aliud est quam quatuor porticus, quarum in medio locus est sub divo quem *pratellum* vocant. Sed et in quibusdam monasteriis, locus ille subdivalis cancellis munitus est, eodem plane modo quo Eusebius in atrio ecclesiæ Tyri factum esse dicit, ne scilicet juventus in eum locum qui floribus conseri solet, insiliat. Id autem Latini proprie *atrium* vocabant. Certe Isidorus atrio tres porticus extrinsecus adjungi solitas esse dicit. VALES.

4, 40. τὴν τούτων θέαν παραμειψάμενος] Musculus vertit: *Quin et horum conspectu præterito.* Christophorsonus vero longa verborum ambage, ut solet, hunc locum ita expressit: *Quin etiam quo istas res ad oculos capiendos magna operum varietate concinne illustraret.* Quæ quidem interpretatio verbis Eusebii nullatenus respondet. Itaque nemo est, ut opinor, qui Musculi versionem commodiorem et meliorem non judicet.

Παραμειψάμενος ergo τὴν τούτων θέαν idem valet ac: prætergressus harum rerum spectaculum, seu: *transmisso harum rerum spectaculo ulterius progressus.* VALES.

Ib. παραπήγμασί τε χαλκοῦ] Christophorsonus vertit *repagulis.* VALES. Vales. *æreis tabulis.* HEIN.

4, 43. βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου] Jampridem conjeceram scribendum esse disjunctim τοῖς καθ' ὅλον, ut ex versione nostra apparet[c]. Tandem vero conjecturam meam confirmavit vetustissimus codex Mazarinus in quo ita diserte scriptum inveni. Sed major difficultas est, cuinam generi hominum hæc βάθρα seu *subsellia* parata fuerint. Leo quidem Allatius in epistola ii. de templis Græcorum, hæc subsellia ad communem usum laicorum disposita fuisse existimavit, quod confirmare videtur Clemens in constitutionibus apost. lib. ii. cap. 57. Verum Eusebius ipse aliud innuit. Infra enim totam hujus ecclesiæ fabricam allegorice exponens, thronis quidem designari scribit episcopos ac presbyteros, subselliis vero, diaconos et reliquos ecclesiæ ministros. Quare hæc subsellia ministris potius ecclesiæ quam laicis parata fuisse videntur. Certe laici sedendi in ecclesia potestatem non habebant, ut docet Optatus in lib. iv. Quod quidem ita intelligendum est, ut in conventu ecclesiastico, dum divinum celebratur officium, sedere non licuerit laicis. Peracto autem officio, sedere ipsis licebat, ut docet Athanasius in epistola ad solitarios: ἤδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν λαοῦ γενομένης ἀπολύσεως ἐξελθόντες. Et paulo post: ἄρτι γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὀλίγαι καθεζόμεναι. Sed et sermones seu conciones ecclesiasticas laici fere stantes audiebant, ut colligitur ex Eusebio in libro iv. de vita Constantini cap. 33. Possidio in vita b. Aug. cap. 16. VALES. Cf. Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 166. HEIN.

4, 44. καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον οἶκον εἰσβολαῖς ἡνωμένους] Christophorsonus vertit: *Atque adeo ad fenestras inferioris templi affixit.* Quod quid sibi velit, equidem nescio. Neque enim intelligo, quomodo exhedræ fenestris affigi possint. Existimavit scilicet Christophorsonus, εἰσβολὰς fenestras significare. Eusebius quidem paulo supra de fenestris loquens per

[c] Vertit Val. ac *præterea subselliis per universum templum ordine dispositis exornasset.* HEIN.

quas lumen in porticus infundebatur, ea voce usus est, *ἄνωθεν ἐπὶ ταύταις ἄλλῳ πλείονι φωτὶ διαφόρους τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολὰς ἐπενόει.* Ubi Christophorsonus *fenestras* vertit. Verum hoc in loco εἰσβολαὶ simpliciter et sine adjectione ulla positæ, fenestras significare non possunt [f]. Aut igitur portas designat ipsius basilicæ, quas etiam *παρόδους* supra vocavit, aut ambulationes quasdam per quas aditus patebat in basilicam, quas *transennas* vocat Paulinus in epist. 12. Malim tamen portas intelligere. Porro per œcos illos et exhedras, intelligit Eusebius baptisterium, secretarium, salutatorium, quæ conjuncta erant basilicæ. VALES. De baptisterio esse interpretandam vocem *ἐξέδρα* h. l., satis docent verba quæ statim sequuntur: *ἃ καὶ αὐτὰ——ἀπειργάζετο.* Vid. Augusti *Denkwürdigkeiten* tom. vii. p. 189. ii. sq. cf. Vales. *ad Euseb. de vit. Const.* iii. 50. Bingh. *Orig.* tom. iii. p. 252. HEIN.

4, 46. *τῶν τοῦ σωτῆρος οἰκονομιῶν*] In animadversionibus ad librum primum (pag. 4. sq.) Eusebii observavimus *οἰκονομίαν* non de sola incarnatione Christi dici, sed quæcumque Christus in carne gessit ad salutem generis humani, ea generaliter *οἰκονομίαν* vocari. Quod quidem pluribus exemplis illic allatis confirmavimus. Sed et hic locus id ipsum aperte demonstrat, in quo *οἰκονομίας* pluraliter appellat Eusebius, non mortem solum, sed etiam resurrectionem Christi. VALES.

4, 49. *ὁ νυμφίος λόγος*] Vide quæ annotavi ad Euseb. H. E. v. 1. (pag. 328. sqq.) Cf. ab initio capitis hujus verba: *Χριστῷ τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτογενεῖ αὐτοῦ λόγῳ τῇ τε ἁγίᾳ καὶ θεοπρεπεῖ τούτου νύμφῃ*, infra *τοιαῦτα τοῦ νυμφίου λόγου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νύμφην τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν ἐκκλησίαν etc.* Adde not. 44. scriptor. vitæ Syncleticæ apud Coteler. *eccles. Græc. monumm.* tom. i. p. 204. *Καὶ ἦν ἰδεῖν τῆς μακαρίας Θέκλης γνησίαν μαθητρίαν, τοῖς αὐτοῖς αὐτὴν ἑπομένην διδάγμασιν. Καὶ γὰρ τῶν δύο εἷς μνηστὴρ ἦν ὁ Χριστός· καὶ ὁ αὐτὸς ἦν τῶν ἀμφοτέρων νυμφαγωγὸς Παῦλος. Οἶμαι δὲ καὶ τὸν θάλαμον αὐτοῖς μὴ ἐναλλάττειν· εἷς γὰρ αὐταῖς παστὸς ἡ ἐκκλησία. Καὶ ὁ αὐτὸς Δαβὶδ μελῳδεῖ ἐπ' ἀμφοτέρων τὰ σεμνὰ καὶ θεῖα ᾄσματα.———Καὶ τὰ ὀψὰ δὲ τοῦ θείου γάμου, κοινὰ τοῖς ἑστιωμένοις.—Καὶ ἡ τῶν νυμφικῶν δὲ αὐταῖς περιβλημάτων μία τις ὑφή. Ὅσοι γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν*

f Vertit εἰσβολὰς supra recte Val. *aditus,* hoc loco *portas.* Cf. Sturz. *Lexic. Xenoph.* vol. ii. p. 77. HEIN.

ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο. Massalianos adeo eo vesaniæ progressos esse tradit Joh. Damascen. de hæres. lxxx. (Coteler. l. l. p. 303.), ut inter placita sua vel illud reciperent: *Ὅτι δεῖ τὴν ψυχὴν τοιαύτης αἴσθεσθαι (αἰσθάνεσθαι?) τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου νυμφίου, οἵας αἰσθάνεται ἡ γυνὴ ἐν τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἀνδρός.* HEIN.

4, 53. *ὁ νυμφοστόλος ὅδε*] Recte Christophorsonus *sponsæ exornatorem* vertit: hinc *νυμφοστολίαι* apud Basilium Seleucensem in libro i. de vita Theclæ pag. 10. editionis Antwerpiensis, et *νυμφοστολισθῆναι* apud eundem p. 40. Musculus tamen *paranymphum* vertit non male. VALES.

4, 54. *αὐτονοερὰν οὐσίαν*] Sic animam humanam vocat Eusebius, quod sit per se et natura sua intelligens. Sic philosophi *νοερὰς οὐσίας* vocant substantias spiritales, quas vulgo intelligentias vocamus. At Christophorsonus *νοερὰν* idem putavit esse ac *νοητὴν*, gravi errore. Sic enim vertit: *substantiam sola mentis intelligentia cognitam ei tribuens.* Atqui magnum discrimen est inter *νοητὸν*, id est, *intelligibile*, et *νοερὸν* quod est *intellectuale.* Nam Chimæra verbi gratia, et hujusmodi intellectus figmenta, *νοητὰ* sunt, sed *νοερὰ* nequaquam. Eadem vox occurrit infra. Nebridius in epist. lxxi. ad Augustinum utrumque optime distinxit his verbis: *potest enim, quemadmodum intellectualis animus ad intelligibilia sua videnda a sensu admonetur*, etc. Boëthius in dialogo i. Comment. in Porphyrium, pro intellectuali *intellectibilem substantiam*[g] dixit. VALES. Observatur discrimen verborum *νοητὸς* et *νοερὸς* ab Eusebio non minus quam h. l. in *αὐτονοερὸς*, in Vit. Const. iv. 64. *ὅσον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νοερόν τε καὶ φιλόθεον* demonstrat. evang. i. 7. ext. *ψυχαῖς—νοερὰν οὐσίαν κεκτημέναις* et aliis locis. Adde Constantini orat. ad sanctt. cœt. c. ix. *Πλάτων τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων πρῶτος ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἐθίσας ἀνακύψαι.* Et in Platon. Phæd. c. xxviii. recte jam Fischerus interpretatur *νοητὸν* quod sola mentis acie potest perspici, male aliis illud esse opinantibus idem quod *τὸ μὴ νοοῦν.* Cf. ibid. c. xxx. xxxiii. Corrigendus quoque est Irenæus adv. hæres. i. 5. 2. ubi male legitur *νοητοὺς*, cum scribendum sit *νοεροὺς* ut recte vidit Massuetus ad h. l., qui vero *νοητοὺς* non delevit. Ita autem recte disputat V. D. l. l. "Lege, *οὐκ*

[g] Intelligibilem? HEIN.

εἶναι νοερούς; sic enim legisse videtur interpres: nam vertit: *quos intellectuales* (non *intelligibiles*) *esse dicunt.* Et quidem vocem νοεροὺς, quæ Billio præ νοητοὺς jure merito arridet, a Tertulliano lectam fuisse perspicuum est: *Cælos autem*, inquit cap. 20., *noeros deputant, et interdum Angelos eos faciunt.* Hancque lectionem cum apud Irenæum, tum apud Tertullianum exigit ipsa Valentinianorum hypothesis. Volebant enim cælos *intellectuales esse*, non eo sensu quod intelligentia tantum comprehenderentur, sed quod sensu et intelligentia præditi essent, utpote qui angeli essent, id est, ab angelis regerentur." *etc.* Adde ejusdem Iren. adv. hær. i. 7. τοὺς δὲ πνευματικοὺς ἀποδυσαμένους τὰς ψυχὰς, καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους, i. e. spiritus *intellectuales* factos, ut vertit iterum vetus interpres. HEIN.

4, 56. διαφθονουμένοις ἀπελήλεγται] Vertit Valesius εἰς ἐπιβουλὴν——ἀπελήλεγκται: insidiis eorum qui jam pridem ipsius gloriæ invidebant, *remansit* obnoxia. Paulo ante τὸν οὐράνιον λόγον ἀγαλματοφορεῖν Val. interpretatus est: cœlestis sponsi *imaginem gestare.* Et sane h. l. ἀγαλματοφορεῖν aliter dictum videtur quam superius, de quo vid. (pag. 817.) Cf. verba ἣν αὐτὸς ὁ θεόπαις κατ' εἰκόνα τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δημιουργήσας. Contra vid. Nili de octo vitiis cap. iii. ext. Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν εἴδωλα, καὶ τιθεὶς ἐν ἀποκρύφῳ· ὡσαύτως καὶ ὁ ἔχων φιλαργυρίας πάθος· ὁ μὲν γὰρ, προσκυνεῖ κίβδηλον ἀνωφελές· ὁ δὲ, ἀγαλματοφορεῖ φαντασίαν πλούτου i. e. alter mentis cogitatu vanam informat gestatque *divitiarum imaginem*, interprete Combefisio in *auctar. noviss. P. P.* tom. i. p. 307. Perperam vero reddidisse videtur Val. verba quæ ibidem paulo ante leguntur: ἐκ τοῦ μὴ ὄντος *ex nihilo.* Neque enim Eusebium cogitasse veri simile de creatione quadam hominis tanquam αὐτονοερᾶς οὐσίας ex nihilo, quam ὁ θεόπαις fecerit, sed nihil significare probabiliter voluit additis verbis ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι nisi θεόπαιδα hominis φύσιν ἄφθαρτον, ἀσώματον, λογικὴν et αὐτονοερὰν οὐσίαν quam ille ἀρχῆθεν quidem tanquam Dei imaginem habuit, sed postea diaboli laqueis captus amiserit, restituisse *ita ut quod non amplius erat, iterum adesset.* Cf. superius τῆς ἐνθέου φημὶ, καὶ λογικῆς ἐν ψυχαῖς οἰκοδομῆς ἀνανεώματα et inferius αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἀνελάμβανε. HEIN.

4, 57. πεπυρακτωμένοις βέλεσιν] Intelligit malleolos, et hu-

jusmodi incendiaria tela, ut loquitur Amm. Marcellinus. Alludit autem ad locum Pauli apostoli, qui satanæ tribuit tela ardentia quibus homines oppugnat. VALES.

Ib. ἁγιαστήριον] Temere Lowthius propter transitum paulo celeriorem et abruptiorem ad ecclesiam ab animo h. l. nonnulla desiderari putavit. HEIN.

4, 58. διὰ βίου ἱερωμένους αὐτῷ] Hunc locum non intellexerunt interpretes, qui διὰ βίου interpretati sunt *per vitæ sanctimoniam consecratos.* Duo fuerunt genera sacerdotum; alii annui, ut apud Judæos sub principibus Romanis obtinuit [h] et apud gentiles fere omnes. Alii erant perpetui, quos διὰ βίου vocabant. Vetus inscriptio apud Gruterum pag. 313. ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Et in vetere nummo Perperenorum, quem edidit Jac. Sirmondus in Antitristano secundo, ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Sic igitur Eusebius sacerdotes Christianorum vocat ἱερωμένους διὰ βίου, eo quod illorum sacerdotium non annuum sit, sed perpetuum instar sacerdotii Christi, qui sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech, ut ait propheta. Certe ἱερωμένοι sacerdotes sunt apud Eusebium in capite 3. hujus libri: ἱερουργίαι τε τῶν ἱερωμένων. Διὰ βίου *Perpetuum sacerdotium* verti, secutus Velleium Paterculum, qui perpetuos Archontas interpretatus est, quos Athenienses vocabant ἄρχοντας διὰ βίου, ad differentiam decennalium et annuorum magistratuum. Sic in gestis purgationis Cæciliani Munatius Felix dicitur flamen perpetuus, et apud Augustinum in libro iii. contra Cresconium capite 29. Ex quo corrigenda est epistola 165. ejusdem Augustini, ubi legitur: *Recita illi gesta apud Numacium Felicem, Flavium procuratorem tunc ejusdem civitatis vestræ.* Scribe: *Munatium Felicem flaminem perpetuum, curatorem tunc ejusdem civitatis vestræ.* Error natus est ex scribendi compendio. Sic enim scriptum erat: FL. PP., ut legitur in gestis purgationis Cæciliani. Quibus notis flamen perpetuus designatur, ut tradit Magno in libro de Notis. Eorum mentio fit in lege 2. cod. Theodos. quemadmodum munera civilia indicantur:

[h] Cf. Combefisius in *auctar. P. P. noviss.* tom. i. p. 22. ad Joseph. in laudem Macchabæorum c. iv., Σίμων γάρ τις πρὸς Ὀνίαν ἀντιπολιτευόμενος τὸν ποτὲ τὴν ἀρχιερωσύνην ἔχοντα διὰ βίου. HEIN.

sacerdotales et flamines perpetuos atque etiam duumvirales ab annonarum præposituris inferioribusque muneribus immunes esse præcipimus. VALES.

4, 59. *καὶ φιλοκρινῶν*] Scribendum est *φυλοκρινῶν*, ut habet vetustissimus codex Maz. Id est, *singulis suum locum ac ordinem attribuens.* Vide quæ sequuntur infra. Si quis tamen vulgatam lectionem retinere maluerit, non valde repugnabo. Nam et *φιλοκρινεῖν* est *διαιρεῖν* teste Hesychio. VALES. Sive *φιλοκρινῶν* scribatur, sive *φυλοκρινῶν*, neutrum vocabulum alio sensu dictum esse posse intelligitur nisi ut sit *discernere* seu *secernere.* Neque enim propria vocis *φυλοκρινεῖν* significatio qua illud est stirpes s. genera discernere, non, ut Val. credidisse videtur, alicui rei suum locum et ordinem attribuere, h. l. obtinere potest et rectissime vertit ipse Valesius verba *ὃς τά τε ἄλλα——διάνοιαν*: "Qui cum in aliis rebus singulari judicio et ratiocinandi solertia præditus, tum in animarum quarum curam sortitus est, cogitationibus cognoscendis ac *discernendis* perspicacissimus." Jam vero *φυλοκρινῶν* non dubitavi equidem scribere quamvis *φιλοκρινῶν* cum Val. dederit Zimmermannus, quia *φυλοκρινεῖν* certe apud patres ecclesiasticos sæpius idem est quod *φιλοκρινεῖν*, id est, secernere, discernere, *φιλοκρινῶν* contra nostro loco ab iis verisimiliter profectum est, qui *φυλοκρινῶν* eodem modo dici posse non putarent. Accedit summa cod. Mazarini auctoritas et quod *φυλοκρινεῖν* simili ratione jam usurpavit Euseb. H. E. viii. 4. *Ὡς γὰρ ὁ στρατοπεδάρχης—ἄρτι πρῶτον ἐνεχείρει τῷ κατὰ τῶν στρατευμάτων διωγμῷ, φυλοκρινῶν καὶ διακαθαίρων τοὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἀναφερομένους*, i. e. eos qui in exercitu merebant, *lustrare*—ac recensere, ut bene vertit Val., quem sequitur Stroth. vertendo: *die Soldaten musterte.* Lectio autem *φιλοκρινῶν* vel h. l. spernenda est. Adde Cotelerium in *ecclesiæ Græcæ monumentt.* tom. i. p. 718., ubi ad verba Basilii *εὔχομαι τὸ καθαρὸν φυλοκρινηθὲν ἀκριβῶς κεχωρισμένον τοῦ βλαβεροῦ, μόνον συνεῖναι ἡμῖν* hæc annotavit V. D. "Pari modo in historia Georgii Pachymeris lib. viii. cap. 2. *ἐφυλοκρίνουν ἀκριβῶς τὴν ἐξήγησιν.* Non enim assentior docto interpreti ac de Græcis litteris optime merito, qui in hoc et aliis locis verbum *φυλλοκρινεῖν* probat. Est *φυλοκρινεῖν* non solum *τὰς φυλὰς διακρίνειν*, juxta Hesychium, sed etiam ex Suida *διακρί-*

νειν, καταδοκιμάζειν περιέργως, dijudicare, accurate perpendere, nec non *discernere, lustrare,* scrutari. Atque *id verbum* invenies apud Eusebium Hist. Eccl. lib. viii. cap. 4. lib. x. cap. 4. Basilium de Spiritu sancto cap. 29. aliosque: *φυλοκρινητικὴν* vero *σοφίαν* et *φυλοκρίνησιν,* in Clemente Alexandrino." HEIN.

4, 61. *θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας*] Intelligit Eusebius hypodiaconos, qui portas ecclesiæ servabant, et intrantes singulos ad sua loca deducebant, catechumenos videlicet ac pœnitentes, et energumenos ad Narthecem seu Catechumenium, fideles vero in chorum seu basilicam. Vide canonem 22 concilii Laodiceni, et quæ ad illum notarunt Zonaras et Balsamo. VALES.

Ib. *τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλήν*] Paulo ante observavimus, locum illum patentem et apertum, qui medius erat inter vestibulum ac templum, a Latinis dictum esse atrium. Græci eundem locum *αὐλὴν* vocabant, quæ vox non semel occurrit in evangelio, ubi vetus interpres semper *atrium* vertit. VALES. Vertit Val. *ἄλλους—ὑπεστήριζε*: *Alios primis columnis quæ forinsecus circa atrium in quadranguli speciem dispositæ sunt, suffulsit.* HEIN.

Ib. *τοῦ γράμματος προβολαῖς*] Hanc vocem Latine exprimere difficile est. Musculus quidem *propugnacula* vertit. Christophorsonus *repagula.* Neutrum probo. Ego *obices* interpretatus sum. VALES. Vertit Valesius: *intra primos litteralis quatuor evangeliorum sensus obices eos inducens.* HEIN.

4, 62. *οὐ μὴν πόρρω που τῆς θεοπτίας τῶν πιστῶν*] Intelligit eos qui a veteribus Christianis *competentes* vocabantur. Hi erant quasi quidam sacri baptismatis candidati. Tres igitur Catechumenorum ordines hic distinguit Eusebius. Primi erant, qui symbolum duntaxat, id est, *Christianæ fidei rudimenta* percipiebant, quos quidem exteriori ecclesiarum ambitui comparat. Secundi sunt quibus quatuor evangeliorum brevis expositio tradebatur, eosque Eusebius comparat columnis, quæ circa atrium quadrangulari forma dispositæ sunt. Tertii sunt competentes, qui proxime ad fideles accedunt. Si quis tamen per primos illos qui ambitui ecclesiarum comparantur, laicorum promiscuam multitudinem intelligere malit, secundos vero qui columnis comparantur atrii, de illis accipiat,

qui inter laicos ceteris eruditiores sunt, equidem non magnopere repugnabo. VALES.

4, 63. *τὰς δευτέρας τοῦ φωτὸς αὐγάς*] Ad hæc verba in margine codicis Maz. hoc scholion adscriptum est: *Ἄνθρωπε, τί σοι τῶν μακρῶν τούτων καὶ πανηγυρικῶν λόγων ὄφελος; ἢ τί κέρδος σοι τοῦ παντὸς τοῦδε φιλοπονήματος καὶ συντάγματος, οὐχ ὁμότιμον ὡς ὁρῶ τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, οὔτε μὴν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεισάγοντι, πανταχοῦ δὲ ἐπὶ τῶν λόγων τῷ πατρὶ τὰ πρῶτα χαριζομένῳ, τῷ δὲ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι τὰς δευτέρας τοῦ φωτὸς αὐγὰς παρεχομένῳ; Καλὰ δὲ εἰπεῖν· ὧν μία φύσις, δύναμίς τε καὶ δόξα, καὶ ἓν ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος· εἰκότως τοίνυν σὺ μὲν μετὰ τῶν σῶν δογμάτων καὶ πονημάτων ἐν γωνίᾳ ποῦ καὶ παραβύστῳ κατάκεισαι, λήθῃ παντελεῖ σχεδὸν καὶ βαθείᾳ σιγῇ καλυφθεὶς, ὁ τοιοῦτος δογματιστής· ἐν δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ λαμπροὶ λαμπρῶς ἀναστρέφονται καὶ φαίνουσιν ἡλίου φαιδρότερον, καὶ τὴν οἰκουμένην τῷ κλέει καὶ τοῖς λόγοις περιαυγάζουσιν, ὅτε μέγιστος πατὴρ θεόλογος, καὶ οἱ μετ' ἐκείνου δογματισταὶ καὶ διδάσκαλοι. Ταῦτα ἐνταῦθα γράψαι δεῖν ᾠήθην, ἵνα οἱ ἀναγινώσκοντές σε μὴ συναρπάζωνται, ἀλλὰ γινώσκοντές σε, καταφρονῶσι καὶ σοῦ καὶ τῶν σοῦ λόγων καὶ τῶν δογμάτων.* In codice Medicæo brevius adscriptum est scholion his verbis: *καὶ τόδε βλάσφημον.* VALES.

Ib. *τά τ' ἔνδοθεν*] Hunc locum ex codice Medicæo, Fuketiano et Mazarino pristinæ sanitati restitui in hunc modum: *λαμπρὸν καὶ φωτὸς ἔμπλεω τά τε ἔνδοθεν καὶ τὰ ἐκτὸς, etc.* Id est: *basilicam construxit splendidam ac luminis plenam, tam intus quam extra.* VALES.

Ib. *ὅτι μὴ μόνον ψυχῇ καὶ διανοίᾳ*] Melius scriberetur *ψυχὴ καὶ διάνοια.* Est autem hic locus illustris de castitate et continentia clericorum, qui tamen hactenus in obscuro latuit ob pravam interpretum versionem. Sic enim vertit Musculus, cujus versionem secutus est Christophorsonus: *Interiora autem et exteriora, quoniam non anima modo et mente, sed et corpore constant, castitatis ac temperantiæ floridissimo ornatu illustravit.* Quæ tamen interpretatio ferri non potest. Causam autem erroris ipsis præbuit prava interpunctio, quæ in editione Rob. Stephani et in Regio codice habetur. Nam post vocem *αὐτοῖς* adscripta est virgula. Verum codex Med. et Maz. merito eam virgulam non agnoscunt. VALES. Rectius quam Chris-

tophorsonus vertit Valesius verba *πάντῃ δὲ καὶ πανταχόθεν ———πολυανθεῖ κόσμῳ κατηγλάϊστο* sic: "præterea vivos et stabiles ac firmos animarum lapides undique seligens (de his vide quæ animadverti supra pag. 815.), amplam ac regiam domum ex omnibus construxit, *splendoris ac luminis plenam tam intus quam extra: quandoquidem non anima solum illis ac mens, sed etiam corpus castitatis ac modestiæ florido ornatu resplendent.*" Quocirca virgulam post *αὐτοῖς* delevi, quam Valesius et ipse Zimmermannus adhuc retinuerant. Quamquam vel retenta virgula sensus verborum haud mutatur. Nam vel tunc hoc dicit Eusebius, illam ædem propterea fuisse magnificam quod ex quibus illa quasi exstructa fuerit, i. e. qui in eam ingredi soliti sint, singulari quadam corporis *ἁγνείᾳ* eminuerint. Illud vero recte animadvertit Lowthius, certe h. l. Eusebium loqui de omnibus in universum Christianis, non de solis clericis, ut dicit Valesius. Sed vel sic quanti fecerit ipse abstinentiam a conjugio, noster satis declarat (cf. quæ animadverti ad Eus. H. E. ii. 17. p. 98. iii. 30. p. 184.), id quod luculentissime potest intelligi ex Euseb. demonstrat. evang. i. 8. p. 29. sq. ed. Montac., ubi noster tradit *τῇ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δύο βίων νενομοθετῆσθαι τρόπους, τὸν μὲν ὑπερφυῆ καὶ τῆς κοινῆς* (male in edit. Montacutii *καινῆς* legitur) *καὶ ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὐ γάμους, οὐ παιδοποΐας, οὐδὲ κτῆσιν, οὐδὲ περιουσίας ὕπαρξιν παραδεχόμενον* (cf. quæ monui ad Euseb. H. E. ii. 17. pag. 98. iii. 37. p. 197.), *ὅλον δὲ δι' ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους ἁπάντων ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον, καὶ μόνῃ τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ προσῳκειωμένον καθ' ὑπερβολὴν ἔρωτος οὐρανίου.* Ejusmodi homines ex mente Eusebii *τὸν θνητῶν βίον τεθνάναι δοκοῦντες, καὶ αὐτὸ μόνον τὸ σῶμα φέροντες ἐπὶ γῆς——οἷά τινες θεοὶ, τὸν τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶσι βίον, ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἱερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ——δόγμασι δὲ ὀρθοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας, ψυχῆς τε διαθέσει κεκαθαρμένης, καὶ προσέτι τοῖς κατ' ἀρετὴν ἔργοις τε καὶ λόγοις, οἷς τὸ θεῖον ἐξιλεούμενοι, τὴν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν σφίσιν ὁμογενῶν ἀποτελοῦσιν ἱερουργίαν.* Contra alter vitæ modus qui inter Christianos inveniatur, ex ejusdem Eusebii opinione est *ὁ ὑποβεβηκὼς ἀνθρωπινώτερος*, i. e. inferior s. vilior priore et hominum vulgarium, cum prior sit quasi deorum et *ὁ ἐντελὴς*, ut statim antea dicitur (male in edit. Montac. vertitur: alter vero *remissior* atque humanior.

Cf. index verb. s. v. *ὑποβαίνειν*). Ejusmodi Christianis permittit noster *γάμοις συγκατιέναι σωφρόσι καὶ παιδοποιίαις οἰκονομίας τε ἐπιμελεῖσθαι——ἀγρῶν τε καὶ ἐμπορίας, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικωτέρας ἀγωγῆς μετὰ τοῦ θεοσεβοῦς φροντίζειν*. Præterea vide demonstr. evang. i. 9., ubi causas etiam satis miras quidem affert Eusebius, cur non *ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς* apud vere Christianos quoque *τὰ τῆς πολυπαιδίας σπουδάζεται*. Cf. finis cap. 9. p. 33. edit. Montac. HEIN.

4, 64. *ὅλος—Χριστὸς*, totus—insidet Christus. Sic Hieronymus, seu quis alius de septem ordinibus ecclesiæ: *in illis esse partes et membra virtutum; in episcopo plenitudinem divinitatis habitare.* VALES.

Ib. *ἐν δὲ τοῖς μετ' αὐτὸν δευτερεύουσιν*] Presbyteros intelligit, qui secundum sacerdotii gradum obtinent. Et episcopum quidem ac presbyteros thronis ecclesiæ comparat, subselliis vero diaconos. VALES.

4, 65. *μονογενὲς θυσιαστήριον*] Cf. Ignaz. epist. ad Philad. *ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ εἷς ἐπίσκοπος*. Bingham. *Orig.* t. iii. P. i. p. 194. Augusti *Denkwürdigkk.* t. viii. p. 169. sq. Suicer. *Thes.* t. i. p. 1427. ii. d. HEIN.

4, 67. *Τόν τε ὑπερουράνιον χῶρον*] Scribe *τὸν δὲ ὑπερουράνιον χῶρον*, *etc.* prorsus necessaria emendatione. Postquam enim Eusebius de duplici ecclesiæ fabrica abunde locutus est, materiali scilicet ac spiritali, et utramque sibi invicem comparavit, transit tandem ad cœlestem illam Hierusalem, quippe quæ idea ac primitivum exemplar est degentis in terris ecclesiæ. At Musculus, cujus versionem more suo secutus est Christophorsonus, et ipse in hujus loci versione nihil omnino vidit, et totam venustatem sententiæ lectoribus obscuravit. VALES. Non ego ita opposita esse puto verba *τόν τε ὑπερουράνιον χῶρον* κ. λ. præcedentibus, ut pro *τε* scribendum sit *δέ*. In sequentibus *τοῖς ἀρρήτοις καὶ ἀνεπιλογίστοις θεολογίαις* vertit Valesius: *hymnis* quibusdam inexplicabilibus. Vid. Euseb. H. E. v. 28. (pag. 419. sq.). HEIN.

4, 69. *ἀναζωπυροῦντες*] Vide quæ monui ad Euseb. H.E. iv. 23. (p. 292.) Adde Plutarch. Pericles c. i. *ὀφθαλμῷ χρόα πρόσφορος, ἧς τὸ ἀνθηρὸν ἅμα καὶ τερπνὸν ἀναζωπυρεῖ καὶ τρέφει τὴν ὄψιν.* Maxim. Tyr. dissert. v. 2. tom. i. p. 87. ed. Reisk. HEIN.

5, 1. *Ἀντίγραφον*] Vid. Pagi ad a. 313. n. ii. qui Constan-

tinum sub finem a. 312. vel initio a. 313. Mediolanum venisse dicit, in qua urbe nostrum et quod ix. 9. commemoratum est edictum sit promulgatum. Præterea referri dicit Pagi in cod. Theodosiano leg. i. de bonis vacantibus, unde mense Martio Mediolani fuisse imperatorem constet. HEIN.

5, 3. *προστεθεῖσθαι σαφῶς*] In codice Fuketiano et Saviliano scribitur *ἀσαφῶς*. Utra autem verior sit lectio, difficile est dicere. Nam cum prior illa lex Constantini pro Christianis, cujus hic mentio fit, hodie desideretur, obscurum est quidnam hic sibi velit Constantinus, cum ait in ea lege adjectas fuisse multas ac diversas *αἱρέσεις*, eaque de causa multos a legis Christianæ professione deterritos. Christophorsonus quidem *διαφόρους αἱρέσεις* interpretatus est *dubias et controversas sententias*, quasi ea lex non perspicuum, sed obscurum et ambiguum sensum habuerit. Atque ita Baronius ad annum Christi 313. hæc Christophorsoni verba intellexit. Langus vero et Musculus *αἱρέσεις* opiniones et hæreses exposuerunt, multo certe rectius; *αἱρέσεις* enim pro sensu seu *διανοίᾳ* sumi non possunt, sed opinionem significant et sectam. Cum igitur imp. Constantinus, in illa priore lege, cunctis colendi prout vellent Numinis liberam facultatem concessisset, illud etiam adjecerat, non Christianis solum, sed etiam reliquis cujuslibet sectæ hominibus, id est, Judæis et Samaritanis, Marcionistis quoque et Montanistis, Novatianis, Sabellianis, omnibus denique omnium religionum sectis idem esse concessum. Quo quidem facto, religioni Christianæ non levis fieri videbatur injuria, quippe quæ cum hæreticis et schismaticis et cum Judæorum perfidia quasi ex æquo componeretur. Quare admonitus postea a catholicis Constantinus, hac posteriore lege id emendavit, sectarum omnium mentione penitus sublata, hoc est, quod infra dicit his verbis: *ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασιν ἐνείχοντο.* VALES. Vid. *Excursus* xvii. HEIN.

5, 6. *αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι*] Post hæc verba in codice Maz. Fuk. ac Savil. et apud Nicephorum sequuntur hæ voces: *θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν, etc.* optime, nisi quod pro *δεδωρῆσθαι* scribendum est procul dubio *δεδώρηται,* ut ex versione nostra apparet. Est autem hæc secunda Constantini constitutio data ad præfectum prætorii eum

ipsum, ad quem data fuerat prima lex pro Christianis. Ac prima quidem lex data fuerat Romæ, Constantino II. et Licinio II. coss. statimque in orientem missa ad Maximinum, ut habetur in libro ix. cap. 9. Hæc autem secunda data est Mediolani, anno sequente. VALES.

5, 7. *τύπος ἕτερος ἦν ὡρισμένος τῷ προτέρῳ χρόνῳ*] De locis publicis et cœmeteriis Christianorum exstat lex Gallieni apud Eusebium in libro vii. cap. 13. qua hujusmodi loca Christianis restitui jubentur. In prima igitur constitutione, quam victo Maxentio Constantinus et Licinius pro Christianis ediderunt, et cujus exemplar ad Maximinum imp. in orientem miserunt, hoc solum decreverant, ut loca omnia in quæ Christiani convenire consueverant, Christianis olim adempta, iisdem restituerentur. Sed de pretii restitutione nihil nominatim præscripserant; certe nec in lege Maximini imp. quæ Constantini ac Licinii legem proxime subsecuta est, de repetitione pretii quicquam cavetur, ut videre est in lib. ix. cap. 9. Itaque necesse habuit Constantinus, de ea re distinctius statuere, ut Christiani loca sibi adempta, et a fisco vendita vel donata, absque ulla pretii restitutione recuperarent. VALES.

Ib. *ἄνευ—ἀμελείας*] Lactant. de mortt. p. c. 48.: *sine ulla pretii petitione, postposita omni frustratione.* Hinc *ὑπερτεθείσης* ad *ἀμελείας* referendum, *δίχα* autem delendum tanquam vocis *ὑπερτ.* glossema, censet Lowthius. HEIN.

Ib. *τῆς τιμῆς ὑπερτεθείσης*] Sic vocat adjectiones, quæ fiunt in auctionibus vel licitationibus. Eas adjectiones vernacula lingua vocamus *Encheres.* Latini autem *adjectiones* appellant ut dixi. VALES. Val. vertit: sine repetitione ulla *superadjecti pretii*, Stroth. clarius: *ohne irgend einigen Ersatz des dafür erlegten Kaufpreises.* HEIN.

5, 8. *ἀποκαταστήσωσιν οὕτως*] Scribendum videtur *ὡσαύτως· εἰ δὲ ἢ οἱ ἠγορακότες, etc.* Atque ita plane a Constantino scriptum esse existimo. Quod si non verba, sensum certe assecuti sumus. VALES.

5, 9. *ἐπὶ τῷ νόμῳ ὃν προειρήκαμεν*] Id est, post legem illam Romæ datam Constantino II. et Licinio II. coss. cujus supra mentionem facit Constantinus. Et hæc quidem fuit prima lex imp. Constantini pro Christianis. Sed cum in ea lege Constantinus erga Christianos nimis se propensum declarasset,

solamque eorum religionem extollens, reliquas omnes sectas ac cæremonias damnare visus fuisset, coactus fuit hac secunda lege mentem suam ac sententiam explicare, ne gentiles prohibitum aut improbatum ab ipso deorum cultum quererentur. Omnibus igitur liberam colendi numinis facultatem a se concessam esse profitetur Constantinus, ita ut unusquisque pro arbitrio quamcumque velit sectam ac religionem sequatur. Hæc ergo secunda lex nihil aliud est quam explicatio primæ legis. Quippe in i. illa lege quædam verba erant, quibus et gentiles et Christianorum nonnulli, ii scilicet qui e catholica fide desciverant, Novatiani, Montanistæ et reliqui, non mediocriter offendebantur, cum se hæreticos in ea appellatos viderent. Sed et Christiani seu Catholici ægre ferebant sibi hæreticos adjungi et quasi copulari in eadem constitutione. Quamobrem Constantinus, ut erga omnes se benignum ostenderet, ea verba penitus suppressa voluit. Id enim sibi volunt hæ voces: *ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι, etc.* Hic est sensus hujus constitutionis, quem non sine magno labore expiscati sumus. VALES.

5, 12. *καθολικῇ ἐκκλησίᾳ* interpretem Eusebianum fraudulenter adeo scripsisse in epistola ad Anulinum data pro *universa ecclesia*, quod probabiliter imperatores scripserint, conjecit Kestner. *de Euseb.* p. 76. sq. propterea, quod Constantinum, æquissimum semper dissensionum Christianarum inter varias eorum sectas oriundarum arbitrum, uni tot ac tanta concessisse, qualia per hanc epistolam et deinde concessurus fuisset, difficile sibi possit persuadere. Sed illam Constantini æquitatem quomodo V. D. probare possit, nescio. Cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. iii. p. 232. sq. Præterea Kestneri conjecturæ certe Eusebius non favet verbis quæ paulo ante leguntur: *μόνῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.* HEIN.

Ib. *καὶ κατέχοιντο νῦν ὑπὸ πολιτῶν*] In codice Medicæo et Maz. et apud Nicephorum legitur *νῦν ἢ ὑπὸ πολιτῶν, ἢ ὑπό τινων ἄλλων.* Ego vero scribendum existimo *ἢ ὑπὸ πολιτευτῶν.* Sunt autem *πολιτευταὶ* decuriones, ut dudum notavi ad Amm. Marcellinum. Hi ergo decuriones persecutionis tempore loca et prædia ad catholicam ecclesiam pertinentia tanquam vacantia occupaverant. VALES.

5, 14. Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ] Quisnam sit hic Marcus quem cum Miltiade[k] Romanæ urbis episcopo jungit Constantinus, inter doctos ambigitur. Et Baronius quidem ad annum Christi 313. cap. 23. mendosum esse existimat Eusebii textum, et pro verbis καὶ Μάρκῳ, scribendum esse ἱεράρχῃ. Verum hæc emendatio, quod pace summi viri dictum sit, ferri non potest. Cum enim Miltiades vocatus sit episcopus urbis Romæ, superfluum est addere ἱεράρχην. Adde quod ea vox insolens est et affectata, cum tamen titulus ac dignitas cujusque, usitato vocabulo exprimatur. Rejecta igitur Baronii conjectura, quæ non nisi a viris Græci sermonis ignaris probari potest, existimo Marcum hic esse presbyterum ecclesiæ Romanæ, quem una cum Miltiade interesse huic synodo voluit Constantinus. Hic est, ut opinor, Marcus, qui post Silvestrum papam, episcopatum urbis Romæ gessit. Porro hæc epistola Constantini ad Miltiadem Rom. episcopum extabat in collatione 3. Carthaginensi, cap. 319. Verum postrema pars hujus tertiæ collationis, quæ meo judicio erat omnium utilissima, tota periit. VALES. Contra omnes Salmasii de primatu papæ Rom. p. 214. p. 289. impetus, qui hanc epistolam supposititiam esse voluit, aliorumque curiæ Romanæ servilium adulatorum ineptias vel καὶ Μαρίνῳ vel τιμιωτάτῳ vel χαίρειν μακρὸν conjectantium, sobriam Valesii disputationem recte tuetur Le Moyne in *varr. sacr.* tom. ii. p. 17. sqq. cf. Danz. *de Eus. Cas.* p. 142. sq. not. 68. HEIN.

Ib. τοιοῦτοι χάρται] Duo scilicet libelli, crimina Cæciliani Carthaginensis episcopi continentes, quos subscriptos Anulino proconsuli tradidit pars Majorini die 17. Calendis Maii Carthagine, Constantino Augusto III. et Licinio III. coss. ut refert Augustinus in epist. 68. Hos libellos χάρτας vocat Constantinus, eo quod plures chartas continerent, et acta quamplurima ad probationem criminum Cæciliani. At Christophorsonus χάρτας *epistolas* vertit male, ut opinor. Nam una duntaxat epistola ab Anulino ea de re missa est ad Constantinum, quam epistolam refert Augustinus in dicto loco. Chartæ vero plures ab Anulino missæ sunt, ut hic diserte testatur Constantinus his verbis: τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με ὑπὸ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, *etc.* ubi Christophor-

[k] Eodem Melchiade vocato. HEIN.

sonus iterum *epistolas* vertit pessime. In capitulo 306. collationis tertiæ cum Donatistis, chartæ dicuntur. Sic enim ibi legitur: *Interlocutio præcipiens recitari exemplum relationis ad Constantinum imperatorem ab Anulino proconsule destinatæ, qua Majorinus obstitisse Cæciliano, et chartas criminum ejus proconsuli ad principem dirigendas tradidisse signatur.* Chartas etiam vocat Augustinus in breviculo collationis. Idem Augustinus in epistola 68. ad Vincentium[1] libellum vocat, et ita superscriptum fuisse ait: *Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani, traditus a parte Majorini.* VALES.

Ib. *αὐθαίρετος*] Scribendum est proculdubio ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαιρέτους ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε. Id est: *quas divina providentia spontanea deditione nobis tradidit.* Certe cum Maxentii caput in Africam missum est, omnis Africa viso tyranni capite se Constantino tradiderat. Sed et ante cladem Maxentii, nonnullæ Africæ urbes se Constantino ultro dediderant, cum ille navales copias eo præmisisset. VALES.

5, 16. τιμιώτατε] Rectius apud Nicephorum scribitur τιμιώτατοι. Cum enim epistola scripta sit ad Miltiadem episcopum urbis Romæ, et ad Marcum, semperque in plurali numero eos alloquatur, ratio postulat ut in fine epistolæ scribatur τιμιώτατοι. Porro acta hujus synodi Romanæ exstant apud Optatum in libro i. Auctor synodici quem jam sæpe citavimus, ait hanc synodum Romæ collectam fuisse a Miltiade sanctissimo papa et Marco, Miltiadi Marcum adjungens perinde ac in epistola Constantini utrumque junctim nominari animadverterat. VALES.

Ib. δευτέραν—σύνοδον, i. e. concilium Arelatense a. 314. vid. Valesii *diatribe de schismate Donatistarum* cap. vii. ix. et *Ittigii historia schismatis Donatistarum* p. 268. sqq. in Ejusd. *appendice ad dissertat. de hæresiarchis* p. 241. sqq. HEIN.

5, 17. καταλλήλως ἐνστατικῶς] Scribendum omnino est κατ' ἀλλήλων, ut ad oram editionis Genevensis adnotatur. Sic etiam Savilius in margine sui libri emendarat. VALES. Et dedit Zimmermann. HEIN.

5, 18. ἢ καὶ μὴ πρότερον] Apud Nicephorum legitur εἰ καὶ μὴ, male, ut apparet. Ego, si quid mutandum, malim scribere οἳ καὶ, quod et in versione mea sum secutus. VALES.

[1] Opp. t. ii. p. 244. edit. Bened. HEIN.

5, 19. Κοντίκτορος Σικελίας] In codice Mazarino, Fuk. et Medicæo scribitur Κοντήκτορος. Sed sine dubio scribendum est Κουρήκτορος. Id est: *a Latroniano Correctore Siciliæ*. Hujus Latroniani mentio fit in veteri inscriptione Panormitana, teste Gualthero in tabulis Siculis numero 164. D. N. FL. VALERIO LICINIO AUG. DOMITIUS LATRONIANUS V. C. CORR. P. S. DEVOTUS N. M. QUE EJUS. Sed et Gualtherus in annotationibus ad hanc tabulam, adducit et emendat hunc Eusebii nostri locum. VALES. Apud Niceph. H. E. vii. 43 pessime legitur Κεντίκτωρος, quod Langum induxit ut agitatorem verteret. Sed equidem scribendum duxi Κορρήκτορος. Quamvis enim Κοντίκτορος, Κοντήκτορος, Κοντύκτορος et Κεντίκτωρος aperte sit falsum, tamen nec Κουρήκτορος verum sit, certe non memini unquam illud me legere ut Latinum *Corrector* eo significetur, quamvis satis magna sit scribendi in illa voce diversitas. Vide Coteler. *monumentt. eccles. Græc.* tom. i. p. 753., ubi ad verba martyrii Eupli Καλβησιανὸς ὁ λαμπρότατος Κορρέκτωρ hæc adscripsit V. D. "Scribitur quoque Κορρήκτωρ, Κορρίκτωρ, Κορήκτωρ, et in antiquis notitiis Κορίκτωρ. Vita Johannis Monachi apud Bollandum Martii xxx. num. 1. τὶς Κορήκτωρ (sic lego) ὀνόματι Πομπηϊανός. Sed de ea voce necessario legi debet Meursii Glossarium (qui vero male Κοντίκτορος nostro loco legit. Vid. Ejusd. Gloss. p. 264. cf. p. 269. ed. ii.); ut de Siciliæ Correctoribus, viri summa in his litteris eruditione Jacobus Sirmondus et Henricus Valesius in epistolam Constantini ad Chrestum, quam Historiæ suæ inseruit Eusebius lib. x. cap. 5. et ex qua etiam discimus circa Diocletiani tempora Siciliam, cujus urbs est Catana, rectam fuisse per Correctores. Verum quia postea administrarunt eam consulares, vel quia Correctoris nomen aut non intellectum fuit, aut ignotius visum, eo factum videtur, ut in actis aliis Calvisianus non Corrector appelletur, sed consularis, et Præses, et ἔπαρχος." Adde Suicer. *Thes.* t. ii. p. 146. s. v. Κορρίκτωρ. Brissonius *de verbor. significatione* lib. iii. s. v. *Correctores*, cf. Eutrop. ix. 9. Ammian. Marcell. xxvii. 4. Gruter. *inscription.* p. 407. n. 8. *Corrector Flaminiæ et Piceni,* ibid. p. 279. n. 4. *Corrector Tusciæ et Umbriæ*, ibid. p. 487. n. 2. *Corrector Lucaniæ et Bruttiorum.* Reines. *inscriptt.* p. 399. Stroth. *Uebersetzung* t. ii. p. 119. n. 10. HEIN.

Ib. *τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου*] Presbyteros intelligit, qui secundi ordinis sacerdotes vulgo dicebantur, ut ex Optato Milevitano, et Facundo Hermianensi aliisque scriptoribus jampridem notavit Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 78. et in notis ad librum duodecimum Facundi. Hieronymus in epitaphio beatæ Paulæ: *Aderant*, inquit, *Hierosolymorum et aliarum urbium episcopi, et sacerdotum inferioris gradus ac Levitarum innumerabilis multitudo.* Gregorius Naz. in carmine Iambico de vita sua pag. 6. narrans quomodo invitus a patre suo presbyter ordinatus sit, sic loquitur: *κάμπτει βιαίως εἰς θρόνους τοὺς δευτέρους.* Ubi vides secundum thronum tribui presbyteris, perinde ac in epistola Constantini, nec immerito. Nam episcopi in ecclesia sedebant in sublimiori throno, assidentibus hinc inde presbyteris in humilioribus subselliis, et adstantibus diaconis in veste candida, quemadmodum scribit idem Gregorius in somnio de ecclesia Anastasiæ p. 78. Eusebius in descriptione ecclesiæ Tyri thronos qui erant in ecclesia juxta altare episcopo et presbyteris attribuit, subsellia autem ministris. Ubi presbyteros etiam vocat *τοὺς μετὰ τὸν ἐπίσκοπον δευτερεύοντας.* Ita etiam Augustinus in epistola 48. secundum locum gubernaculorum appellat gradum presbyterii: *Nam quid existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram.* Certe in ordinatione presbyteri, post consecrationem hæc oratio olim ab episcopo dicebatur: *Da, æterne Deus, honorum auctor, distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa, amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum. Unde et sacerdotales gradus atque officia Levitarum sacramentis mysticis instituta creverunt, ut cum pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis et operis adjumentum sequentis ordinis viros et secundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes, Moysi spiritum propagasti, quibus ille adjutoribus usus in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in Eleazarum et Ithamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares et frequentioris officii sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum.* Et paulo post: *Acceptum a te Deus secundi meriti munus obtineant.* Hæc descripsimus ex vetustissimo libro pontificali Senonensis ecclesiæ. Eadem habet etiam ordo Romanus. Sunt autem

elegantissima, ac, ni fallor, a Leone papa composita. Porro ex his quæ dixi, apparet quantopere falsus sit Christophorsonus, qui *secundæ sedis* episcopos hic interpretatur, quem fere secutus est Sirmondus in tomo i. conciliorum Galliæ. VALES. Cf. Le Moyne *varr. sacrr.* tom. ii. p. 12. sqq. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. iv. p. 563. HEIN.

6, 1. Περὶ τῶν Χριστιανοῖς προσηκόντων] Hic titulus prorsus alieno loco positus est. Nam quæ sequitur epistola Constantini ad Cæcilianum, nihil dicit de bonis ad Christianos pertinentibus. Melius hic titulus præfigeretur capiti 5. in quo duæ referuntur Constantini sanctiones de bonis Christianorum. Recte igitur vetustissimus codex Mazarinus et Fuketianus, nullam hoc loco capitis distinctionem agnoscunt. VALES. Titulum istum Stroth. *Uebersetzung* t. ii. p. 120. plane in vertendo omisit, unde ex ipsius interpretatione lib. x. nonnisi octo habet capita. Cf. Ejusd. not. 2. Nos satis habendum putavimus uncis illum titulum includere. Cf. quæ annotavimus ad Euseb. H. E. vii. (pag. 581.) HEIN.

Ib. κατὰ——Μαυριτανίας] Cf. Bevereg. *ann. in can. xvii. conc. Carth.* p. 204. cit. Read. ad h. l. HEIN.

Ib. διασημότατον recte vertit Valesius *perfectissimum.* Perfectissimatus enim dignitatem habebant rationales, minorem illam *clarissimatus.* Vid. Valesius ad Ammian. Marcell. xxi. 16. Nec sub eo dux quisquam cum *clarissimatu* profectus est. Erant enim, ut nos quoque meminimus, *perfectissimi.* Ibid. xxviii. 2. not. c. Præterea de Rationalibus vide Euseb. H. E. viii. 11. (pag. 677.) Adde Valesium in *excerptt. ex Dion. Coccei.* p. 112. Euseb. V. C. iv. 1. Locus autem egregius inde explicandus est Lactant. Institt. div. v. 14. 18. "*Nemo Deo pauper est, nisi qui justitia indiget, nemo dives, nisi qui virtutibus plenus est, nemo denique egregius nisi qui bonus et innocens fuerit, nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit, nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.*" Cf. Senec. epist. ii. 3. Euseb. H. E. iv. 8. (pag. 225.) Dorville *ad Charit.* p. 198. Grotius *ad Actor.* xxviii. 7. Kuinœl. *prolegg. ad evang. Lucæ* §. 4. HEIN.

Ib. Φόλλεις] De hoc nummo vide quæ doctissime commentatus est Petavius in *Epiphan.* tom. ii. p. 431–452. Cf. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1460. Petav. *ad Julian. epist.* p. 112. sqq. ed.

Spanhem. Gronov. *de pecunia vett.* iv. 13. 16. Stroth. *Uebersetzung* t. ii. p. 121. not. 3. "*It is clear from the accounts of the ancients and especially of Epiphanius* (de menss. et pondd. p. 184.) *that there were two kinds of φόλλεις, of which one was about the 625th part of the other. The least kind, as we are told by Suidas and others, was equal to an obolus, but this is plainly not the one to be understood here, as in that case the whole gift would not have amounted to much more than* 100 *dollars, which would have been a mere trifle for such extensive provinces. Taking the larger kind, it would amount to a sum of more than* 70,000 *dollars, and in all probability, this is what ought to be taken here.*" Adde Zosim. histor. ii. 38. p. 199. ed. Cellar. Ἀπεγράψατο δὲ (Κωνσταντῖνος) τὰς τῶν λαμπροτάτων οὐσίας, τέλος ἐπιθεὶς, ᾧτινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα. Καὶ ταῖς τοιαύταις εἰσφοραῖς τὰς πόλεις ἐξεδαπάνησεν. Ἐπιμεινάσης γὰρ καὶ μετὰ Κωνσταντῖνον τῆς ἀπαιτήσεως ἐπὶ χρόνον συχνὸν, ἐξαντλουμένου κατὰ βραχὺ τοῦ πλούτου τῶν πόλεων, ἔρημοι τῶν οἰκούντων αἱ πλεῖσται γεγόνασι. Ceterum Zosimus l. l. de *profusionibus immodicis*, quas Constantino quoque Aurelii Victoris epitome tribuit, agit: Κωνσταντῖνος—διετέλεσε δωρεαῖς οὐκ ἐν δέοντι γενομέναις, ἀλλὰ εἰς ἀναξίους καὶ ἀνωφελεῖς ἀνθρώπους (his probabiliter Christianos simul significat Zosimus), τοὺς φόρους ἐκδαπανῶν· καὶ τοῖς μὲν εἰσφέρουσι φορτικὸς, τοὺς δὲ μηδὲν ὠφελεῖν δυναμένους πλουτίζων. Τὴν γὰρ ἀσωτίαν ἡγεῖτο φιλοτιμίαν. Cf. Euseb. V. C. iv. 2. 54. Cellar. ad l. l. Zosimi p. 197. not. 62. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. iii. p. 238. tom. iv. p. 711. sqq. Planck. *Geschichte der christl. kirchl. Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 236. HEIN.

Ib. Ὁσίου] Vid. Stroth. *Uebersetzung* t. ii. p. 122. not. 4. "*The Hosius here mentioned was undoubtedly the celebrated bishop of Cordova in Spain, who had great influence with the emperor. Eusebius alludes to him again on other occasions, though not by name, in the second and third book of his Life of Constantine.*" De voce statim præcedenti *βρεούιον,* tenendum usitatius esse *βρέβιον* quod ita explicat Balsamon. ad canon. xcvii. concil. Carthag. p. 721. Βρέβιον λέγεται ἡ κατ' ἐπιτομὴν σύντομος γραφή· vid. Suicer. *Thes.* t. i. p. 710. sq. cf. Meursii *Glossarium* p. 95. ed. ii. HEIN.

6, 3. Οὐικαρίῳ τῶν ἐπάρχων] De vicariis præfectorum

abunde dixi ad lib. xiv. Amm. Marcellini[m]. Erant hi vicarii tunc temporis perfectissimi, non autem clarissimi aut spectabiles. Docet id epistola Constantini imperatoris ad Probianum proconsulem Africæ, quam refert Augustinus in epist. 68. his verbis: *Ælianus prædecessor tuus, merito dum vir perfectissimus Verus vicarius præfectorum tunc per Africam vestram incommoda valetudine teneretur*, etc. Scribe *per Africam nostram.* Sic enim loquitur Constantinus in epistola ad Elaphium. Atque ita scribitur apud eundem Augustinum in lib. iii. contra Cresconium cap. 70. VALES.

7, 1. Περὶ τῆς τῶν κληρικῶν] In vetustissimo codice Maz. et Fuk. hoc caput 6. dicitur, et recte quidem, ni fallor. Vide quæ supra notavi ad caput 6. VALES.

Ib. τῆς ἁγιωτάτης ἐπουρανίου] Christophorsonus addit vocem δυνάμεως, ex Constantini epistola ad Chrestum. VALES.

Ib. Ἀνυλῖνε τιμιώτατε] In codice Med. Maz. Fuk. et Savil. legitur Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. Porro relatio Anulini proconsulis qua his Constantini literis respondet, exstat apud Augustinum in epist. 68. his verbis: *Anulinus vir clarissimus proconsul Africæ. Scripta cælestia majestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano et his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio parvitatis meæ insinuare curavit, eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestræ liberati esse videantur catholici, custodita sanctitate legis, debita reverentia divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies extiterunt quidam adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum et libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ, atque impendio postularunt, ut ad sacrum et venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem. Quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorundem actis, quo cuncta majestas vestra possit digno-*

[m] Cap. 5. *Martinus agens illas provincias pro præfectis*, i. e. vicarius Britanniarum. Præter alia vero Valesius ad l. l. Ammiani observavit hæc: "Aliud est *agere pro præfecto*, aliud *agere pro præfectis*. Agere enim pro præfecto dicitur is, cui præfectus urbi seu prætorio in speciali negotio vices suas mandavit. At vero pro præfectis agere dicitur, qui ordine codicillorum vicariam potestatem exercet. Constantinus in epist. ad Macarium: Δρακιλλιανῷ τῷ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη." Vicarius igitur est certe plerumque i. q. agens pro præfectis. HEIN.

scere, parvitas mea dirigere curavit. Per *scripta cœlestia* intelligit Anulinus epistolam Constantini ad ipsum datam de immunitate clericorum, quæ ab Eusebio in hoc capite relata est. Quod quidem apertissime declaratur his verbis, quæ proxime sequuntur in relatione Anulini: *Cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestræ liberati esse videantur catholici.* Ceterum has Constantini epistolas præpostero ordine retulit Eusebius. Nam epistola Constantini ad Cæcilianum episcopum, item ejusdem epistola ad Anulinum cum relatione ejusdem Anulini, quam supra citavi, præcedere debent epistolam Constantini ad Miltiadem episcopum urbis Romæ. Omnes enim eæ epistolæ pertinent ad concilium Romanum quod habitum est in causa Cæciliani coram Miltiade PP. Constantino III. et Licinio III. coss. anno Christi 313. VALES.

7, 2. κληρικούς] Vid. Neander. *Denkwürdigkk. aus der Geschichte des Christenth.* tom. i. p. 290. sqq. p. 295. sqq. ed. ii. cf. p. 425. Ibid. tom. ii. p. 111. sqq. ed. ii. Cf. Nitzsch. *de testamentis xii. patriarcharum commentat.* p. 19. Vitemberg. 1810. 4. Bœhmer. *xii. dissertt. juris eccles. antiqui*, diss. vii. p. 340. sqq. Schmidt. *Handbuch der christl. Kirchen-Geschichte* tom. i. p. 309. tom. iii. p. 15. Gieseler. *Lehrbuch der Kirchen-Geschichte* t. i. p. 142. a. et quæ ipse monui ad Euseb. H. E. v. 1. (p. 315.) v. 28. (pag. 421.) Adde iii. 23. ὅπου δὲ κλήρῳ ἕνα γέ τινα κληρώσων τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων. Quæ verba melius vertit Strothius: "*theils einen oder den andern von denen die der Geist anzeigte, zu Kirchen-Lehrern zu bestellen*," quam Valesius: "partim etiam ut homines sibi a divino Spiritu indicatos *in clerum quendam seu sortem Domini seponeret.*" Præterea vide sis, quam belle ipso hoc Eusebii vel potius Clementis loco ecclesiæ pontificiæ de ordinatione commentum tueri studuerit Combefisius in *auct. noviss. P. P.* tom. i. p. 192. sq., nominatim in vocem σημαίνεσθαι inferens quæ in ea minime insunt, vel divinæ prædestinationis vel ordinationis gratiæ notionem cum Cariophilo, qui σημαινομένων idem esse opinatus est quod σφραγιζομένων. Male quoque Combefisius post verbum κλήρῳ comma posuit et vertit *in clerum cooptaret.* Verba quæ statim sequuntur, λειτουργιῶν ἀλειτουργήτους recte Valesius vertit: *ab omnibus omnino publicis functionibus immunes*, et Strothius:

von allen Staatsdiensten und Lasten befreyt. De clericorum vero ἀλειτουργησίᾳ vid. Planck. *Geschichte der christl. kirchl. Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 290. sqq. HEIN.

Ib. ἐξολισθήσεως vocabulum non solum vulgaria lexica et Suicerus sed ipse Lobeck. *ad Phrynich.* p. 743. ignorat, nonnisi παρολίσθησις ex Euseb. V. C. ii. 69. commemorans. Est autem ἐξολίσθησις cum descendat a verbo ἐξολισθαίνειν, i. e. *labi deorsum*, et improprie: *labi in vitium* [vid. Irmisch. *ad Herodian.* i. 3. 4. tom. i. p. 63. sq. ῥᾷστα γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδονὰς ἐξολισθαίνουσι. Cf. Toup. *ad Longin. de subl.* iii. 3. p. 239. sq. ed. Weisk. incerti scriptoris dial. Philopatr. c. xviii. p. 179. ed. Gesner. τὸ ὀλισθηρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν], est igitur synonymum verbi παρολίσθησις, et πλάνη, unde vertit Vales. *casu*, Stroth. *Fall.* Melius etiam ille *lapsus*, hic *Straucheln* vertisset, ut uterque V. D. vere vertit in Euseb. V. C. ii. 69. Sed ἱεροσύλου melius fortasse interpretatus est Strothius *entheiligenden* quam Valesius *sacrilego.* Cf. interpp. ad Rom. ii. 22. Mire denique Strothius vocem πλάνης proprie dictum esse h. l. credidit. Vertit enim: *durch Herumreisen.* HEIN.

8, 1. Πανηγύρεσιν] Vid. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archæologie* tom. iii. p. 329. iii. cf. Euseb. V. C. ii. 19. iv. 23. Bingham. *Origg.* tom. ix. p. 170. Irmisch. *ad Herod.* v. 6. tom. iii. p. 192. sq. HEIN.

8, 2. μεγάλου] Erat hæc consueta Augustorum appellatio non minus quam iis μείζω τάξις καὶ προσηγορία (Euseb. V. C. iv. 68.) et *superior potestas* (Ammian. Marcell. xv. 8.) tribuebatur. Cf. Lactant. de mortt. persecut. c. xviii. ut *duo* sint in republica *majores* qui summam rerum teneant (i. e. Augusti), item *duo minores*, qui sint adjumento (i. e. Cæsares). Ammian. Marc. xx. 5. xiv. 11. cf. Spanhem. *ad Julian. orat.* p. 292. HEIN.

Ib. ἐπιγαμβρίας vertit Valesius *affinitate.* De hac latiori vocis significatione vid. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 72. 287. sq. cf. Mtth. xxii. 24. et ad h. l. Paulus *Commentar.* tom. iii. p. 266., ubi præter alios locos hic ipse Eusebii laudatur. Eodem modo γαμβροὶ Græcis appellantur quicunque per nuptias affinitate juncti sunt, generi, soceri, uxoris fratres.

sororum mariti. Brunck. *ad Sophocl. Œdip. T.* v. 70. Homer. Iliad. v. 474. sq.

> *φῇς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἑξέμεν, ἠδ' ἐπικούρω,*
> *οἶος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι.*

Ad quem locum Eustathius: Γαμβροὶ, inquit, *νῦν μὲν οἱ κοινῶς οὕτω καλούμενοι· ἡ δὲ τραγῳδία ἐν τῷ, κήδευσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενθεροὺς δηλοῖ, ὡς καὶ αὐτοὺς κατὰ γαμικὸν κτηθέντας συνάλλαγμα.* Καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ δὲ Οἰδίπους *γαμβρὸν ἑαυτοῦ τὸν τῆς* Ἰοκάστης *ἀδελφὸν* Κρέοντα *λέγει, ὡς ἐξ ἐπιγαμβρίας συγγενῆ, ἀλλαχοῦ μέντοι κηδεστὴν, κυριολεκτῶν, αὐτὸν λέγει ἐν τῷ, ἄναξ ἐμὸν κήδευμα* (Sophocl. Œd. T. v. 85.). Cf. Valckenar. *ad Euripid. Phœn.* p. 431, p. 159. sqq. Heyne *ad Virg. Æn.* ii. 344. Latiori sensu legitur quoque *ἀδελφὸς* apud Lucian. diall. mortt. xii. p. 62. ed. Voigtländer., et sæpius etiam apud Romanos, ut satis notum, *fratris* vocabulum. Vid. Cicer. ad famil. iv. 4. ad Attic. i. 5. post redit. in Senat. x. Liv. xxxv. 10. xxviii. 35. cf. Ernesti *ad Sueton Calig.* c. xxiii. not. b. Augustin. tractat. xxviii. in Johann. Wahl. *Clav. N. T.* s. v. *ἀδελφός*. *Gesenius hebraeisch-deutsches Handwörterbuch* s. v. אָח HEIN.

8, 3. *τῆς ἐκ πατέρων συγγενείας*] Amplector emendationem quæ ad marginem codicis Turnebi adscripta est *εὐγενεία*. Erat enim Constantinus nobilissimo genere natus, quippe qui originem stirpis suæ ad Claudium imperatorem referret. VALES.

8, 5. *Τοσοῦτον ἀρετῆς τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ὅπλον*] Nicephorus vocem *ἀρετῆς*, quippe quæ sensum turbaret, expunxit. Extat tamen in omnibus nostris codicibus, et apud Gelasium Cyzicenum. Itaque videndum, an legi possit *τοσοῦτον τὸ μέγα θεοσεβείας ἀρετῆς ὅπλον*. Sic Eusebius infra in fine hujus libri *θεοσεβείας ἀρετὴν* dicit, et in libro i. de vita Constantini initio. VALES. Ἀρετῆς non expungendum puto. Male vertit Valesius: Tantam vim habet magna illa *pietatis* armatura, et Strothius: *so viel vermag die grosse Rüstung der Gottseligkeit.* Vertendum potius: magna *eximiæ pietatis* armatura. Vide quæ annotavi vii. 32. (p. 647. sq.). Rectius certe in Euseb. V. C. i. 1. *θεοσεβείας ἀρετῇ* interpretatus est ipse Val.: ob *eximiam* religionis *virtutem*, rectissime Strothius: *durch ihre erhabene Gottseligkeit.* Sed *ἀρετῆς* nostro loco sane ineptius collocatum

ante verba τὸ μέγα, fortasse ponendum sit post vocem θεοσεβείας ita ut legatur: τοσοῦτον τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ἀρετῆς ὅπλον. HEIN.

8, 7. ὑπὸ τῆς ἐμφύτου κακίας ἠναγκασμένος i. e. mirum quantum, ut plane cæcaretur Licinii animus, et præ ceteris effecit vehementissima eique plane familiaris ac naturalis peccandi cupiditas. Ne quis enim durius interpretetur verba ἔμφυτος et ἠναγκασμένος, mitior Græcorum patrum de voluntatis humanæ libertate sententia impedit, et loquendi usus contrarium admittit. Vid. A. Hahn. *Ephraem der Syrer über die Willensfreiheit des Menschen, nebst den Theorien derjenigen Kirchenlehrer bis zu seiner Zeit, welche hier besondere Berücksichtigung verdienen* in: *Zweite Denkschrift der hist. theol. Gesellschaft zu Leipzig* p. 63. sq. not. 24. cf. Döderlein. *Institt. Theol. Christ.* tom. i. p. 58. sq. "*vitium naturale dicimus, non quod pertineat ad hominis naturam, sed quod nobis ita sit domesticum, familiare, proprium, ut nulla ratione aliunde contractum dici possit.*" Adde Origen. contra Cels. iii. p. 151. ed. Spencer. πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν πάντες πεφύκαμεν, ἔνιοι δὲ οὐ μόνον πεφύκασι, ἀλλὰ καὶ εἰθισμένοι εἰσὶ ἁμαρτάνειν. Ibid. vii. p. 363. Euseb. de martyr. Pal. c. iv. τῆς ἐμφύτου θεοεχθρίας—αὐτοῦ et inferius: πνεύματι ὥσπερ θείῳ κατεσχημένος καὶ κατά τινα φυσικὴν, μᾶλλον δ' ἔνθεον καὶ ἀληθῆ φιλοσοφίαν κ. λ. H. E. i. 2. (pag. 11.) præparat. evangel. ii. 6. p 72. extr. ed. Viger. cf. scriptor. tragœd. Χριστὸς πάσχων v. 261. sqq.

Οὐ γὰρ θεός σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει·
Ἐν τῇ προαιρέσει δὲ καὶ γνώμῃ βροτῶν
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ὡς τὰ πάντ' ἀεί.

Præterea cf. Plat. Phæd. xxx. ὃ αὐτὴ ἡ ὁμιλία τε καὶ ξυνουσία τοῦ σώματος——ἐνεποίησε ξύμφυτον i. e. in alteram quasi naturam convertit. Similiter Polyb. vi. 46. Cretensibus tribuit ἔμφυτον πλεονεξίαν et Josephus apud Euseb. iii. 10. πᾶσι δὲ, inquit, σύμφυτόν ἐστι εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα κ. λ. Plutarch. Pyrrhus c. xii. cf. Plutarch. Pelopidas c. vi. πρὸς τὸ πάτριον αὐτοῖς (Ἀθηναίοις) καὶ σύμφυτον εἶναι τὸ φιλάνθρωπον. Dorville *ad Chariton.* p. 589. 601. ext. Et Cicer. de finib. ii. 31. *innatam* dicit homini *gratuitam probitatem*, quatenus ad eam facil-

lime ab ipsa natura et communi quodam quasi sensu ducatur et trahatur. Denique apud Cæsar. B. G. i. 41. 1. *innata* esse dicitur *cupiditas,* quæ oratione imperatoris erat excitata. HEIN.

8, 8. *τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας*] In libro i. de vita Constantini cap. 54. hæc paulo fusius explicantur his verbis: *γυμνῇ λοιπὸν τῇ κεφαλῇ, τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας, ἡγεμονικῶν ταγμάτων ἀποβάλλεσθαι, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσιν αἱροῖντο θύειν, παρεκελεύετο· ἐγυμνοῦντο δῆτα τῶν κατὰ πᾶν ἔθνος ἀξιωμάτων αἱ τάξεις ἀνδρῶν θεοσεβῶν.* Id est: *tandem abjectis ambagibus, perfricta, quod aiunt, fronte decrevit, ut milites qui per singulas urbes judicibus apparebant, nisi dæmonibus sacrificare mallent, ab apparitione præsidialis officii removerentur. Proinde officia magistratuum per singulas provincias, viris piis ac religiosis Dei cultoribus nudabantur.* Non mirum est hæc a Christophorsono non esse intellecta, quando quidem pauci admodum ac pæne nemo hactenus hæc intellexit. Duplex erat militia apud Romanos, altera castrensis seu legionaria, altera civilis, quæ etiam *cohortalis militia* dicitur in codice Theodosii. Qui in hanc cohortalem militiam adscripti erant, vulgo a Latinis *officiales* seu *apparitores* vocantur, a Græcis autem communi vocabulo *στρατιῶται.* Sic Themistius in oratione i. pag. 38. et Chrysostomus homilia i. in epistolam i. ad Corinthios pag. 8. et pag. 10. et in homilia 62. in evangelium Matthæi. Quin etiam *στρατεύειν* est apparitoris officio fungi apud eundem Chrysostomum homilia i. in Matthæum: *καὶ ἄρχοντας ἀριθμεῖν δύνασαι οἷς ἐστρατεύσω τὸν ἔμπροσθεν χρόνον.* Quem locum sic vertit Anianus: *Potes enumerare non solum principes sub quibus anteactis temporibus militasti.* Cum potius sic vertere debuisset: *præsides omnes et rectores provinciarum potes recensere, quibus antea apparuisti.* Interdum autem Græci ad distinctionem castrensis militiæ, hos apparitores appellant *τοὺς στρατιώτας κατὰ πόλιν.* Ita Eusebius in locis supra citatis. Et Themistius in orat. xvii. pag. 457. *ὁπόσον ἀστυκοῦ στρατιώτου φιλοκέρδεια.* Qui locus doctissimum interpretem valde exercuit. Atqui *ἀστυκὸς στρατιώτης* Themistio idem est ac *ὁ κατὰ πόλιν στρατιώτης* apud Eusebium, apparitores scilicet præsidum et præfectorum prætorio, qui fiscalia tributa exigebant. In edicto Theodorici cap. 73. miles et apparitor judicis pro eodem

sumitur. Et apud Cassiodorum in præfatione Variarum. De his militibus accipiendus est locus Chrysostomi in homilia nuper edita de liberis educandis: *οἱ μὲν στρατεύονται κατὰ τῶν ἀδικούντων· οἷον εἰσὶν ἐν τῇ πόλει οἱ στρατιῶται.* VALES. A Valesio dissentit Beveregius in *annott. in can. xii. concil. Nicæn.* i. p. 78. et Licinium non eos tantum qui in cohortali sed etiam qui in castrensi militia ad honores et dignitates evecti sunt, exauctorari jussisse contendit. Sed an hoc exinde pateat, quod Constantinus qui postea libertatem illis ad honores suos redeundi concessit, de militaribus honoribus in universum, nulla facta distinctione, præcepisse dicitur ab ipso Euseb. V. C. ii. 33. dubito. HEIN.

8, 9. *ὁ παρανομώτατος*] Similiter Magnentius dicitur a Julian. orat. i. p. 42. ed. Spanhem. *Ῥωμαίων βασιλεύων καὶ νόμων κύριος.* Et Philo in leg. ad Caium p. 1009. *νόμον*, inquit, *ἡγούμενος ἑαυτὸν, τοὺς τῶν ἑκασταχοῦ νομοθετῶν ὡς κενὰς ῥήσεις ἔλυεν.* Cf. Sueton. Caligula c. xxxiv. Contra a Juliano l. l. p. 45. D. magnopere laudatur gravitas Constantini *οὐ βασιλέως τῶν νόμων ἄρχοντος.* Cf. Spanhem. ad h. l. Gataker. *ad M. Antonin.* x. 25. p. 370. sq. Et Plinius in panegyr. c. lxv. *Non est*, ad Trajanum inquit, *princeps supra leges, sed leges supra principem.* Adde Dionis Chrysostom. orat. lxii. tom. ii. p. 322. ed. Reisk. *ἀγαθὸς ἄρχων ἀγαπᾷ τοὺς νόμους, ὅτι οὐ δέδοικε.* Cf. ejusd. orat. i. tom. i. p. 58. orat. iii. p. 114. Contrarium vero Eusebius infra quoque optime significat verbis: *τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων εὖ καὶ σοφῶς κειμένους νόμους περιγράψαι τολμήσας, βαρβάρους τινὰς καὶ ἀνημέρους ἀντεισῆγε νόμους, ἀνόμους ὡς ἀληθῶς καὶ παρανόμους*, i. e. vetustas Romanorum leges recte et sapienter constitutas ausus abolere, et barbaras quasdam atque immanes planeque *illegitimas* et *iniquas leges* illarum loco substituere, interprete Val. De illo *νόμους ἀνόμους καὶ παρανόμους*, constat talem dicendi rationem ipsis veteribus esse satis frequentem. Vid. Euripid. Iphig. A. v. 1082. *ἀνομία νόμων.* Rhes. v. 75. Sophocl. Philoct. v. 848. Plutarch. Pericles c. xx. *ὁ δύσερως ἐκεῖνος καὶ δύσποτμος ἔρως.* Eustathius ad Homer. Odyss. xviii. 73. *Ἶρος Ἄϊρος.* Valckenar. *ad Eurip. Phœniss.* v. 1747. Neque Eusebio illud infrequens. Vid. iv. 11. *ἀτελέστους αὐτῶν τελετὰς μυσαράς τε μυσταγωγίας* x. 4. *ἄθεσμα δαιμόνων θεσμία.* HEIN.

8, 10. *πᾶσαν ἥμερον ὑπερεξάγων φύσιν*] In libro i. de vita Constantini pro *ὑπερεξάγων*, legitur *ὑπερακοντίζων*. At Christophorsonus *ὑπεξάγων* legisse videtur. Musculus vero secutus est eam scripturam quæ legitur in libr. i. de vita Constantini. Sic enim vertit: *Erat ea lex palam impudens et immanissima, et quamvis placidam excedens naturam.* Verum in lib. i. de vita Constantini, haud dubie scribendum est *πᾶσαν ἀνήμερον ὑπερακοντίζων φύσιν.* Sic enim loquitur Eusebius infra in hoc cap. VALES.

8, 11. *ἐπὶ τοῖς τὸν βίον μεταλλάττουσι*] Langus, Musculus et Christophorsonus verterunt *mortuos,* quod non probo [n]. Quænam porro fuerit hæc lex Licinii, difficile est dicere. Videtur tamen ad testamenta morientium pertinuisse. Abrogata autem est a Constantino post partam de Licinio victoriam. VALES.

Ib. *Ἐπισκήψεις*] Sic etiam vocat Eusebius in libro viii. cap. 17. ubi de Maximino agit orientis tyranno. Sed in libro

[n] Recte vertit Valesius *morientes.* Sed placet h. l. data opportunitate quædam exponere de ipsa locutione *μεταλλάττειν τὸν βίον* s. *ζωὴν* et *μεταλλάττειν* simplici. Videntur enim illæ locutiones eodem modo quo *διαχρῆσθαι* (cf. quæ monui ad Euseb. H. E. ii. 25. (pag. 126.) Cæsar. B. C. i. 22. ext. *consulere vitæ durius* i. e. mortem sibi consciscere. Philipp. ii. 30., ubi equidem prætulerim lectionem difficiliorem *παραβουλεύεσθαι τῇ ψυχῇ* ut sit: *præsens vitæ discrimen adire,* quamvis Knappius aliique VV. DD. legunt *παραβολεύεσθαι.* Cf. 1 Corinth. xi. 27. et Jaspis. ad l. l. epistolæ ad Philipp. not. ce.), videntur igitur illæ propterea maxime de morte usurpatæ esse a veteribus, vel ethnicis vel Christianis, quod rei tristitiam nativa sua vi lenientes, hominis naturam et animum non tam morte dissolvi et exstingui, quam mutari duntaxat ac perfici hominemque ex hac vita non tanquam ex domo sed tanquam ex hospitio discedere significarent. Nostrates similiter *das Leben mit dem Tode verwechseln, das Zeitliche mit dem Ewigen.* Videatur locus quem ex Plutarcho laudavit Tholuck. *das Wesen und die sittlichen Einflüsse des Heidenthums* in: Neander. *Denkwürdigkeiten* tom. i. p. 97. sq. Adde Bast. *epist. crit.* p. 116. app. p. 38. Plutarch. Solon c. xv. Ἃ δ' *οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους συντάξεις, φυλακὰς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας, πρώτου Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος.* Helladius Chrestom. p. 22. *ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις.* Euseb. V. C iii. 46. *ὡς μὴ τεθνάναι εἰκότως—δοκεῖν, μεταβολὴν δὲ καὶ μετάθεσιν τῷ ἀληθεῖ λόγῳ τῆς γεώδους ζωῆς ἐπὶ τὴν οὐρανίον ὑπομεῖναι.* Præterea vid. Cotelerius in Fabricii *cod. apocr. N. T.* tom. iii. p. 784. 15. Gataker. *ad M. Antonin.* ii. 11. p. 63. ii. 17. p. 78. Cf. quæ annotavi ad Euseb. H. E. iii. 30. (p. 185.) Cicer. Cat. maj. c. xix. ext. xxiii. 1 Corinth. xv. 51. 52. 2 Corinth. v. 2. 4. Philipp. iii. 21. 1 Thess. iv. 15. sqq. Hebr. xi. 5. sqq. Sexcenties autem locutionibus *μεταλλάσσειν τὸν βίον* s. *ζωὴν* et *μεταλλάσσειν* simplici ita noster utitur, ut sit *mori.* Vid. H. E. iii. 25. iv. 1. 10. 11. 15. cf. Irmisch. *ad Herodian.* i. 2. tom. i. p. 34. HEIN.

i. de vita Constantini σκήψεις vocat, id est, *rationes cogendæ pecuniæ.* Græci veteres πόρους et πορισμοὺς dicebant. Itaque et liber Xenophontis extat περὶ πόρων. Posteriores Latini *titulos* dixere. Sic Amm. Marcellinus in lib. xix. *et conquisitorum detestanda nomina titulorum.* VALES. Hinc vertit Valesius nostro loco ἐπισκήψεις *indictionum titulos* et Stroth. *Titel von Auflagen.* Præcedens νόμους περιγράψαι est *abolere* leges. Alias eodem modo dicitur διαγράφειν νόμους. Vide quæ annotavi ad Euseb. H. E. vi. 44. (pag. 532.) HEIN.

Ib. ἀναμετρήσεις τε γῆς] Recte Langus *iteratas agrorum mensiones* interpretatus est. Quod plane confirmat Rufinus, qui vertit *census innovare.* Neque enim novi census fieri possunt absque iterata agrorum mensione. Quippe census apud Romanos duo complectebatur, modum scilicet agrorum et capitum numerum, ut alibi notavi. Vide librum primum de vita Constantini cap. 55. Porro de avaritia Licinii præter Eusebium testatur Aurelius Victor, et Victoris epitome. Quod vero ait Eusebius, Licinium gravissimis exactionibus subditos oppressisse, duorum veterum scriptorum testimonio refellitur. Nam Victoris quidem epitome de Licinii moribus hæc habet: *agraribus plane ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus altusque erat, satis utilis,* etc. Libanius vero in oratione pro templis gentilium ita loquitur: παίδων τοίνυν ἡμῶν ὄντων, καθαιρεῖ μὲν τὸν περιυβρίσαντα τὴν γνώμην (scribo Ῥώμην) ὁ Γαλατῶν ἐπ' αὐτὸν ἀγαγὼν στρατόπεδον, οἱ θεοῖς ἐπῆλθον πρότερον εὐξάμενοι· κρατήσας δὲ καὶ ἀνδρὸς ἐπ' ἐκείνῳ ταῖς πόλεσιν ἀνθεῖν παρεσχηκότος, *etc.* Id est: *me quidem adhuc puero tyrannum qui Romam omni contumeliarum genere affecerat, debellavit Constantinus, ducto adversus illum Gallorum exercitu, qui post vota diis immortalibus facta in hostem profecti sunt. Post hunc vero, cum alium qui urbes florentissimas præstiterat, superasset,* etc. Ac primum quidem illum qui Romanæ urbi fœde illuserat, Maxentium sine dubio intelligit. Alter vero ille citra controversiam Licinius est, sub quo urbes ait floruisse Libanius. VALES. Quæ de Licinio tradidit Eusebius (cf. cap. 7.), non sine ira studio eum tradidisse, Constantino nimium quantum faventem, satis docuit Mœller. *de fide Eus.* p. 42. sqq. p. 57. cf. Eus. V. C. i. 42. 44. 53. ii. 3. iii. 7. 15. Zosim. hist. ii. 18. 38.

Stroth. *Uebersetzung* tom. ii. p. 126. not. 8. p. 204. not. 1. et infra cap. ix. HEIN.

Ib. καὶ τῶν κατ' ἀγροὺς—ἐπιζήμιον κέρδος Valesius vertit: *exitialis denique lucri compendium* ex rusticis etc. Strothius: *und suchte sogar von den Leuten auf dem Lande,——einen Gewinn, der sehr drückend war.* Neque aliud quidquam potest significare ἐπιζήμιος. Cf. Xenoph. Mem. i. 2. 57. Philipp. iii. 7. sq. Sensus autem loci accuratius definitus hic est: "Licinius adeo mortuorum rusticorum bona vel tota vel magnam eorum partem ad se rapere studuit, id quod non poterat non magno esse detrimento mortuorum illorum cognatis et affinibus." Absurdum vero esse puto, quod dicit Strothius l. l. p. 130. not. 1. "*May it not mean a profit from fines which he imposed on this people even after their death?*" Præterea cf. Philo vit. Mos. i. p. 624. B. ζημία χρημάτων Xenoph. Ages. xi. 6. HEIN.

8, 12. ἐξυρκισμούς] Non dubito quin legendum sit ἐξορισμούς. Nam in lib. i. de vita Constantini cap. 55. ubi hæc omnia iisdem fere verbis repetit Eusebius, pro eodem habet ὑπερορίους τιμωρίας. VALES.

Ib. εὐπατριδῶν] *Patricios* vertit Christophorsonus, tralaticio errore, quem jam antea confutavimus. Nobiles autem dicebantur, qui oriundi erant ex iis qui magistratum gessissent vel in urbe Roma, vel in municipiis. In actis præsidialibus Tarachi, Probi et Andronici: *Maximus præses dixit: quo genere es Andronice? Andronicus dixit: de nobili genere, et primi ordinis Ephesiorum filius.* VALES. Vid. Vales. *ad Eus. H. E.* iii. 17. Quamquam hoc ipso loco *patricios* commode posse verti, defendit Dorville *ad Chariton.* p. 562. ed. Beck. ita: "*An Domitianum, de eo sermo, credemus inter tot occisos plane a familiis patriciis abstinuisse? non sit vero simile;* πολλοὺς εὐπατρίδας καὶ ἐπισήμους ἄνδρας *sustulisse dicitur. Profecto Constantini tempore rariores illæ sinceræ reliquiæ gentium patriciarum, quando jam aliud patriciorum genus enatum, de quo Du Cangius; sed de Domitiano ibi agitur, quando adhuc exstabant. Qui illi* ἐπίσημοι? *nobiles. Glossæ:* ἐπισημότης, *nobilitas.*" Vid. Irmisch. *Excurs. ad Herodian.* i. 2, 3. tom. i. p. 786. sq. "*Equidem in scriptoribus Rom. historiam tradentibus nihil*

video quod impediat, quominus εὐπ. vertamus patricios proprie, h. e. 1. *in vetustissima rep. Rom. patrum s. senatorum primorum filios,* 2. *eos qui ab his orti et sic porro,* 3. *alios universe, etiam e plebeiis, pro variis temporibus,*" etc. HEIN.

Ib. ὁ ἐσχατόγηρως [o]] Atqui Licinius mortuus est anno ætatis 60. ut scribit Victor in epitome. Quare Eusebius hoc loco rem exaggerat oratorio more. VALES.

8, 15. κατακρεουργούμενοι] Cf. vii. 10. καταχορδεύειν. Toup. *ad Longin.* xxxi. 2. ed. Weisk. HEIN.

9, 1. Τούτῳ μὲν οὖν] Ab his verbis caput 9. inchoavimus, quam conjecturam nostram plane confirmat vetustissimus codex Mazarinus et Fuketianus. In quibus etiam hoc capitulum octavum dicitur, recte ut supra notavi. VALES.

Ib. σώφρονα συναγαγὼν λογισμόν] Id est: *modestam in se colligens mentem.* Phrasis est Eusebiana. Sic enim loquitur in lib. iii. de vita Constantini cap. 5. et cap. 11. At Langus interpres Nicephori vertit *moderatam contrahens mentem,* quod non probo. VALES. Adde Euseb. H. E. viii. 17. in. Συναγαγὼν οὖν εἰς ἑαυτὸν τὴν διάνοιαν. Cf. Abresch. *dilucidd. Thucydd.* p. 500. Dorville *ad Chariton.* p. 432. HEIN.

9, 2. ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ] Vid. Spanhem. *ad Julian.* p. 92. HEIN.

9, 3. οὐκέτ' ἦσαν] Vid. *Excursus* xvi. Verba autem quæ paulo ante leguntur, χθὲς καὶ πρὸ ἡμέρας bene vertit Valesius: *heri ac nudius-tertius* i. e. *paulo antea.* Cf. verba ἀθρόως δῆτα καὶ λόγου θᾶττον, quæ ne tantum *antea, olim* vertamus illa, quod per se non minus iis possit significari, suadent. Similiter i. 2. legitur χθὲς καὶ οὐ πρότερον φανεῖσαν i. 9. χθὲς καὶ πρώην iii. 38. ἐχθὲς (cf. Sturz. ad Maittaire *de Græc. ling. diall.* p. 90. init.) καὶ πρώην. Iren. adv. hær. i. 15. 4. t. i. p. 78. ed. Massuet. τὸ δὴ λεγόμενον, χθὲς καὶ πρώην. cf. Euseb. de mart. P. c. vii. extr. Vid. Koeppen. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias* tom. i. p. 177. sq. ed. Ruhkopf. *ad Hom. Iliad.* ii. 303. "χθιζά καὶ πρώϊζα *is a general expression of the ancients for any space of time; here it means a period of nine, that is of many years. Herodot.* ii. 55. *takes it for* 400 *years.*" Sophocl. Antig. 456. οὐ γάρ νῦν γε κἀχθὲς ἀλλ' ἀεί ποτε.

[o] Vide de hac voce, vii. 21. (pag. 587.) HEIN.

Aristoph. Ranæ 726. χθὲς τε καὶ πρώην. *Plutarch. ii.* p. 349. *C.* ὄψε καὶ πρώην. *Plato Alcib. ii. c. V.*" Adde Euseb. demonstrat. evang. iii. 7. p. 113. ed. Montac., ubi Christi discipulos ita loquentes facit Eusebius: ἄνδρες φίλοι, τὸν μὲν δὴ χθὲς καὶ πρώην——ἐπ' ὀφθαλμοῖς ἁπάντων ἡμῶν τὴν ἐσχάτην ὑπομείναντα τιμωρίαν (i. e. Jesum), *etc.* Gataker. *ad M. Antonin.* x. 7. p. 355. " Hebræi dicunt, תְּמוֹל sive אֶתְמוֹל וְשִׁלְשׁוֹם quod Græci vertunt, cum Marco nostro, χθὲς, sive ἐχθὲς καὶ τρίτην, et τρίτην ἡμέραν. *Genes. c.* 31. *v.* 2. 5. *Deut. c.* 19. *v.* 6. *Reg. l.* 1. *c.* 4. *v.* 7. *et c.* 10. *v.* 11. *et c.* 21. *v.* 5. *et lib.* 2. *c.* 5. *v.* 2. *Annal. l.* 1. *c.* 11. *v.* 2. aliquando etiam ἐχθὲς καὶ τρίτης. *Reg. l.* 4. *c.* 13. *v.* 5. *quanquam laxius isti, non pro nuper tantum, sed pro jam olim etiam usurpant.* Moses *Exod. c.* 4. *v.* 10. גַּם מִתְּמוֹל גַּם מִשִּׁלְשֹׁם quod Græc. πρὸ τῆς χθὲς, *et* πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας (Cf. Gesenius *hebræisch-deutsches Handwörterbuch* s. v. שִׁלְשֹׁם). Latin. *heri et nudius tertius* (Vid. Erasmi *adagg.* ii. 5. 42.)—Ceterum a priore illa formula haud multum abludit Platonis illud in Euthydem. πέρυσι ἢ προπέρυσι. Πέρυσι δὲ ἢ προπέρυσι οὐδέπω ᾔστην σοφώ. Posteriore Xenophontis illud Hellen. l. 3. Νῦν τε καὶ πέρυσι ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νῦν τε καὶ πέρυσι. *et nunc et olim iidem sumus.*" Cf. Irmisch. *ad Herodian.* vii. 3. tom. iii. p. 617. sq. Latini interdum similiter dicunt *nunc nuper.* Vid. Arnob. adversus gentes i. 34. At vero Jupiter, ut vos fertis—*nunc nuper* in utero matris suæ formatus, absolutus mensibus et consummatus decem, *etc.* Cf. Heraldus et Orellius ad h. l. Adde Donat. ad Terent. Eunuch. prolog. v. 9. HEIN.

9, 4. ἐκπρέπων scripsi præeunte Zimmermanno pro ἐκπρέπως, quod justo religiosius tenuit Valesius. Ipse enim in præfat. p. ix. " *Adeoque,* inquit, *nobis religio fuit, in his libris aliquid interpolare, ut ne tum quidem cum locum depravatum esse manifestissime apparebat, conjecturæ nostræ indulgere voluerimus.*" Ad quod probandum statim hunc ipsum locum laudat Valesius et: " *Poteramus,* inquit, *hic veram lectionem levi negotio restituere et pro* ἐκπρεπῶς *emendare* ἐκπρέπων. *Sic enim eum Eusebii locum citat Gelasius Cycizenus in libro secundo: nec aliter scribitur in libro secundo Eusebii de Vita Constantini*

cap. 19. ubi hic locus iisdem plane verbis repetitur." Quæ rationes, credo, necessitatem illius emendationis satis evincunt. HEIN.

Ib. *σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ*] Crispum Cæsarem et Faustam Augustam a Constantino esse necatos, summus veterum scriptorum consensus extra omnem ponit dubitationis aleam. Ex Christianis enim illum tradunt Hieronymus de scriptt. eccles. in Lactantio, Suidas in Κρίσκης. Orosius vii. 28. Sidonius Apollinaris epist. v. 8. et omnium accuratissime Zonaras, ex gentilibus Aurelius Victor, Eutropius et Zosim. hist. ii. 29. Ἐπεὶ δ' εἰς Ῥώμην ἀφίκετο (Κωνσταντῖνος), μεστὸς πάσης ἀλαζονείας, ἀφ' ἑστίας ᾠήθη δεῖν ἄρξασθαι τῆς ἀσεβείας. Κρίσπον γὰρ παῖδα, τῆς τοῦ Καίσαρος— ἀξιωθέντα τιμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τοῦ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι, τοῦ τῆς φύσεως θεσμοῦ μηδένα λόγον ποιησάμενος, ἀνεῖλε. Τῆς δὲ Κωνσταντίνου μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ τῷ τηλικούτῳ πάθει δυσχεραινούσης,——ὁ Κωνσταντῖνος κακῷ τὸ κακὸν ἰάσατο μείζονι. Βαλανεῖον γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρωθῆναι κελεύσας, καὶ τούτῳ τὴν Φαύσταν ἐναποθέμενος, ἐξήγαγε νεκρὰν γενομένην. Neque vero Eusebii silentium horum facinorum illa reddit incerta. Vid. I. Leunclavii *apologia pro Zosimo* p. viii. sqq. præmissa Zosimo Cellarii: "*At non meminit, aiunt, eorum parricidiorum Eusebius Pamphili filius, Constantini æqualis, et eidem jam mortuo superstes. Quid si testem hunc ego non admisero? nam male genus hoc historicorum, antistites inquam, et monachi, solent audire; quod liberales in se principes et laudant prolixius, et studiosius a facinorum non modo culpa, sed etiam suspicione liberent: aliis, ceteroqui non contemnendis, quo jure, qua injuria vel neglectis, vel etiam notatis* (Cf. supra cap. viii. p. 847. 849). *At ista sane contra scriptorem insignem exceptione non utamur. Demus id Eusebium vel non voluisse, vel non debuisse scribere; quod ita rationes et ipsius, et temporum sese darent. Aut enim vivo Constantino scripsit historiam, aut eo jam rebus humanis exemto.* [Non solum non ante cædem Crispi historiam eccl. ad exitum perductam, sed etiam decimum certe librum post Constantini demum mortem in lucem emissum esse probavit Kestner. *de Euseb.* §. 22. p. 24. sq.] *Vivum offendere, relato in historiam hoc immani facinore, non nisi cum præsenti vitæ discrimine potuit: idem si eo fecisset extincto, ne a Constantio,*

qui patri et fratribus superstes fuit, graviora quoque perpeteretur, cautio erat. Nam cui quæso pepercisset, cognato qui sanguini non pepercit? Itane dicemus isthæc parricidia falso conficta, quia patris, et patre mortuo, filii longe crudelioris metu nullus tum ea litteris prodere fuit ausus? At Crispum laudat Eusebius, inquiunt.———Quasi vero furore concitus patris animus ex suspicione de nefaria filii cum noverca consuetudine, tantum in ipso calore iracundiæ imperare sibi potuerit, ne respectu præclaræ illius indolis juvenem occideret: aut non injuriam spectatæ illius virtuti factam ipsemet postea testatus sit, quum interfecti talis filii dolore ac desiderio Faustam conjugem, cujus illum caussa suspectum habuerat, in balneo vivam exstinxit. Eusebius ergo, si salvus esse volebat, aliter sibi consulere melius haud poterat, quam si totam necati Crispi mentionem de historia sua prorsus excluderet. Nam de duobus ut alterum faceret, necessarium erat: vel uti nocentem Crispum, vel innocentem periisse fateretur. Nocentem facere noluit, quod omnibus aliter videretur: innocentem jugulatum dicere non potuit, ne patrem accusaret. Atque hinc revera colligitur, alienum a culpa criminis hujus fuisse Crispum; quod ei testimonium innocentiæ cum alii tribuunt, tum ipse Zosimus, ab avia Helena gravissime deploratum scribens. Maluit igitur Eusebius suas quasdam ob causas in medio relinquere, quod Zosimus ab iis temporibus remotior, ob ipsam factorum memoriam, præterire silentio nequaquam debuit. Cf. Manso *Leben Constantins des Grossen* p. 64. sqq. HEIN.

Ib. ὑπὸ τὴν αὐτῶν εἰρήνην] Sic Seneca in lib. de clementia Neronem ita loquentem inducit: *Hæc tot millia gladiorum quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur.* Et ante eum Velleius Paterculus in lib. ii. *Aberat in ordinandis Asiæ orientisque rebus Cæsar, circumferens terrarum orbi præsentia sua pacis suæ bona.* Eodem sensu apud Velleium et in veteribus nummis reperitur PAX AUGUSTA et PAX AUGUSTI, id est, quam orbi Romano præstat imperator. Alio sensu dicitur pax Romana ab eodem Seneca in libro de clementia, et in libro de providentia, id est, pax qua fruitur imperium Romanum. VALES. Ad rem cf. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 66. HEIN.

9, 5. ἦν δὲ φωτὸς ἔμπλεα πάντα] Hæc verba quomodo sint interpretanda, prima specie sit ambiguum. Strothius quidem

proprio sensu ea accepisse videtur. Vertit enim: "*Alles war voll von Licht.*" Atque huic explicationi conveniant bene verba statim præcedentia: λαμπρὰς δ' ἐτέλουν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτῶν ἡμέρας. Quidni enim dies illi festi luminum splendore illustrati et reapse λαμπροὶ ita redditi esse credi possint? Sed nihilominus impropriam illorum verborum interpretationem equidem veriorem puto ac Valesium rectius vertisse: "*Lux quædam jucundissima omnibus superfundi videbatur.*" Vocabulum igitur φωτὸς de magna illa lætitia et candida quæ omnium animis tunc affulgebat, spe stabilioris salutis ac felicitatis ab Eusebio dictum erit. Huic enim interpretationi unice favent verba sequentia καὶ μειδιῶσι προσώποις (vid. infra.) *etc.*, præcedentia autem certe non minus ei conveniunt quam alteri propriæ. Accedit quod Eusebius suus ipsius interpres esse videtur supra cap. ii., ubi de eadem re ita loquitur: μάλιστα ἡμῖν—ἄλεκτος παρῆν εὐφροσύνη καί τις ἔνθεος ἅπασιν ἐπήνθει χαρά. Adde Euseb. V. C. i. procem. ubi verba φωτὸς δ' ἐξαστραπτούσῃ στολῇ καταλαμπομένην (ψυχὴν) respondent sequentibus: αἰωνοθαλεῖ δὲ διαθήματι, ζωῆς τε ἀτελευτήτου καὶ μακαρίου αἰῶνος ἀθανασίᾳ τετιμημένην. Ibid. i. 22. ext. πάντα—εὐφροσύνης ἐπληροῦτο καὶ ἀλέκτου χαρᾶς. Ibid. ii. 19. λαμπραί τε φωτὸς εὐσεβείας μαρμαρυγαὶ τοῖς πρὶν καθημένοις ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου φαιδρὰς παρεῖχον ἡμέρας οὐδ' ἦν τις ἔτι προτέρων μνήμη κακῶν. Quam usitatus vero Græcis et maxime Homero sit ille vocabuli φῶς, φάος usus, satis constat. Vid. Köppen. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias* tom. v. p. 284. sq. ad Il. xx. 95, ubi φάος optime interpretatur V. D. "*d. i. Heiterkeit, die heitere Hoffnung des Siegs.*" Cf. Iliad. xxi. 485. Euripid. Orest. v. 233. ἥκει φῶς ἐμοῖς καὶ σοῖς κακοῖς. Phœniss. v. 1281. θυμὸς ἐν φάει βίος. Non respexit Eusebianos locos Suicer. *Thes.* t. ii. p. 1486. De usu simili vocis φῶς in N. T. vid. Keil. *histor. dogmat. de regno Messiæ* p. 31. *additamm.* p. 83. iii. cf. Fleck. *de regno Christi* dissert. i. p. 55. sqq. not. 48. Wahl. *Clav. N. T.* s.v. φῶς et Bretschneider. *Lex. Man.* s. h. v. HEIN.

Ib. μειδιῶσι προσώποις] Est hæc locutio Homerica (Iliad. i. 495. sq. xxi. 491.), qua usus est Eusebius in libris quoque de vita Constant. M. et equidem i. 14. ii. 19. iv. 4. Val. vertit *renidenti* vultu. Stroth. *mit lächelndem Antlitz.* Primitus

vero voce *μειδιᾷν* potius micans quædam et quasi radians in vultu lætitia videtur significata esse. Vid. Thiersch. *Grammatik, vorzüglich des homerischen Dialekts* §. 123. 2. not. p. 176. ed. iii. Cf. Plutarch. Brutus c. li. *ἠθικῶς δὲ σφόδρα μειδιάσας ὁ Βροῦτος.* Constantin. oration. ad sanctt. cœt. c. xxi.

> *Ἄρχεο μειδιοῶσαν ὁρῶν τὴν μητέρα κεδνὴν*
> *Γνωρίζειν.*

Ut locus hic habet ex emendatione Valesii. Regius enim cod. *μειδιῶν ὡς ἄν,* Steph. *μειδιόων ἀνορῶν.* Euseb. præpar. evang. ii. 5. cf. Arnob. adv. gentes v. 26. P. i. p. 187. ed. Orell. Eustathius ad Hom. Odyss. xiii. 250. (Baumgarten-Crusii *Odyss.* P. i. vol. ii. p. 30.) et Passow. *Lexic.* s. v. *μειδάω.* Lobeck. *ad Phryn.* p. 82. Adde Jungermann. *ad Polluc.* ii. 194. Weiske *addenda ad Longin.* p. 639. Kuster. *ad Iamblich.* p. 104. Valckenar. *ad Theocrit. Adoniaz.* p. 198. B. "in multis talibus duplex forma obtinuit; dicebant *Γεφυρίζειν* et *Γεφυριάζειν*, *Μυκτηρίζειν* et *Μυκτηριάζειν. Δωρίζειν* et *Δωριάζειν.* Hoc attigit H. Stephanus in Append. Thes. de Dial. Attic. p. 213. *Ἀσκωλίζειν* et *Ἀσκωλιάζειν*, D. Ruhnkenius *ad Timæi Lexic.* p. 37. (p. 51. ed. ii.). In similibus hic illic a viris doctis ad Hesychium fuit erratum." Cf. Thiersch. l. l. ibid. §. 220. 73. HEIN.

Ib. *Κατηφεῖς* quo non minus apte usus est Euseb. quam prioribus vocabulis, h. l. est *demissi*, mœsti, *niedergeschlagen*, ut bene reddidit Strothius. Opponuntur enim præcedentia *μειδιῶσι προσώποις, ὄμμασί τε φαιδροῖς.* Alias *κατηφὴς* dicitur quoque qui propter aliquam rem pudore suffunditur ejusdemque hominis est *κατήφεια.* Vid. Plutarch. de vitioso pudore p. 328. E. *ὡς γὰρ τὴν κατήφειαν ὁρίζονται λύπην κάτω βλέπειν ποιοῦσαν, οὕτω τὴν αἰσχυντηλίαν μέχρι τοῦ μηδὲ ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπεικοῦσαν, δυσωπίαν ὠνόμασαν.* Apollon. Lexic. Homer. p. 387. ed. Toll. *κατηφείη αἰσχύνη καὶ στυγνότης καὶ ὄνειδος, καί ἐστι κατὰ τὸ ἔτυμον, κατωπίη, ἀντὶ τοῦ κάτω τοὺς ὦπας ἔχειν, τοὺς ἐπί τισιν αἰσχροῖς κατηφεῖς γενομένους.* Cf. Polluc. iv. 136. 143. Homer. Iliad. iii. 51.

> *δυσμένεσιν μὲν χάρμα, κατηφείην δέ σοι αὐτῷ;*

xvi. 498. *κατηφείη καὶ ὄνειδος.* xvii. 556. xxii. 233. Odyss. xxiv. 451. Plutarch. Numa c. x. *μετά τινος δεινῆς κατηφείας· οὐδὲ*

ἐστιν ἕτερον θέαμα φρικτότερον, οὐδ' ἡμέραν ἡ πόλις ἄλλην ἄγει στυγνοτέραν. Unde simul patet synonymum verbi κατηφὴς esse στυγνός. Adde Chrysostom. tom. iv. p. 741. A. μὴ στυγνάζειν μηδὲ κατηφιᾷν. tom. ii. p. 386. A. μὴ γένῃ κατηφὴς μηδὲ στυγνάσῃς. ibid. p. 656. A. tom. iii. p. 435. Clement. Alexandr. quis dives salv. ἀπῆλθε στυγνὸς καὶ κατηφής. M. Antonin. i. 15. p. 4. ed. Gataker. Similiter quoque ac κατηφὴς et στυγνὸς dicitur σκυθρωπὸς et alia quæ rem magis etiam adumbrant et veluti oculis subjiciunt. Vid. Constantin. oration. ad sanctt. cœt. c. xvii. ἀντὶ δὲ σκυθροπότητος φαιδροὺς ἐποίει pro quo dici poterat ἀντὶ δὲ κατηφείας φ. ἐ., ut nostro loco ὄμμασι φαιδροῖς contrarium est sequentis κατηφεῖς. Maxim. Tyr. dissert. vii. 2. tom. i. p. 104. ed. Reisk. Cf. Euseb. H. E. vii. 22. φαιδροτάτην—ἤγαγον ἑορτήν. Adde Chrysostom. de sacerdot. i. 24. 38. ἵνα χρόνον βραχὺν τὰς ὀφρῦς συναγάγωσι, καὶ φαιὰ περιβάλωνται, καὶ κατήφειαν ὑποκρίνωνται. Matth. vi. 16. μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί. LXX. ad Job. xv. 12. Eurip. Orest. v. 1304. Alcest. v. 791. sqq. Aristoph. Lysistr. v. 7. μὴ σκυθρώπαζ' ὦ τέκνον, οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. Aristænet. epist. i. 17. μὴ σκυθρώπαζε, καλή γε οὖσα· μηδὲ τὰς ὀφρῦς ἄναγε. Alciphron. epist. p. 152. ed. Bergler. σκυθρώποις εἶναι τοιούτοις ὄμμασι. ibid. p. 318. δριμὺ βλέπει καὶ τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς. Valckenar. *ad Euripid. Hippolyt.* v. 173. στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται. HEIN.

Ib. χορεῖαι] Merito hæc vox displicuit Nicephoro cum de Christianis sermo sit Deum laudantibus. Itaque pro voce χορεῖαι, παιᾶνες substituit. Apud Eusebium in libro ii. de vita Constantini cap. 19. legitur χοροὶ, quod tolerabilius est quam χορεῖαι. Ferri tamen utcumque potest vox χορεῖαι. Nam Christiani choreas ducere solebant in festivitatibus martyrum, quo illis honorem haberent, eorumque certamina ac victorias hoc pacto celebrarent, ut scribit Gregorius Naz. in carminibus ad mulieres curiosius sese exornantes pag. 152. Contra hujusmodi choreas graviter invehitur Basilius Magnus homilia 14. in ebrietatem. VALES. Cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* tom. iv. p. 432. Sed quomodo hæc ad hunc locum quadrent, ubi de martyribus nihil plane legitur, non intelligo. HEIN.

9. 6. διὰ τῆς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐνεδείξαντο νομοθεσίας] Hæc

est scriptura codicis Regii, quem fere ubique secutus est Stephanus. Sed in reliquis exemplaribus, Maz. scilicet, Med. Fuk. et Saviliano, totus hic locus longe aliter scribitur hoc modo: *δι᾽ ὧν εἰς προὖπτον ἅπασιν ἀνθρώποις παρέσχον ὁρᾷν, ἐπεδείξαντο.* Quam lectionem utpote plurium ac vetustiorum codicum consensu confirmatam, merito alteri præferendam putavi. VALES.

EXCURSUS I.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. I. 11, 6.

CUI non dictus Hylas? Ingens est ac pæne incredibilis eorum VV. DD. numerus, qui celebratissimi illius Flaviani de Jesu Christo testimonii *αὐθεντίαν* in examen vocarunt. Nos quidem satis habebimus, primum certe potissima quæ de hac re composita et edita sunt, scripta commemorare, deinde nostram sententiam pro ipsis chartæ angustiis breviter quidem et omnibus fere quæ leviora esse videantur, omissis, sed minime sequentes alios tanquam interpretes, defendere, postremo quid de Cæsareensi episcopo hac in causa nobis statuendum esse videatur, exponere.

Itaque, ut ante omnia ab eo exordiamur, quod primum proposuimus, Flav. illud testimonium ut fortissimos adversarios, ita gravissimos defensores inde a seculo XVI. nactum esse, inter omnes constat. Ex illorum vero numero primus innotuit Hubertus Gifanius Jureconsultus, quem secuti sunt Lucas Osiander. in *epitome historiæ ecclesiasticæ Centur. I.* lib. ii. §. 7., Jacob. Salianus in *annalibus V.T.*, Jacob. Cappellus in *commentar. in acta Apost.*, Ludov. Capellus in *compend. histor. Jud.* p. cx. et in *responsoriis ad Joan. Cloppenburchium*, p. 168. Joan. Cloppenburchius in *epistola ad Lud. Cappellum*, p. 158. et Joseph. Scaliger. in *Scaligerianis*, p. 177. Sed accuratius et subtilius Josephi testimonium esse spurium et a Christiano nescio quo confictum, ostendere studuerunt primi Sebaldus Snellius in epistolis suis ad Rupertum et Arnoldum quæ exstant in Arnoldi *epistoll. collectione* (ep. I. III. X. XIV.), Christoph. Arnoldus in *prolegomenn. de Flavii*

Josephi testimonio, Dav. Blondellus in *epistol. ad Arnoldum* 1651. (*epistoll. philoll. et historr. de Fl. Josephi testim.* XVII.), et Tanaq. Faberus, brevius disputans de illa causa in *notis ad Luciani Peregrini t. viii.* p. 274. edit. Bip. 1653., fusius in *epistoll. philoll. et historr. de Fl. Josephi testimonio* XXX., Norimb. 1661. 12. repett. in Opp. Josephi edit. Havercampi t. ii. append. p. 233. Excipiunt hos viros (Abbé de Longuerue) *sur le passage de Joseph en faveur de Jesu Christ* (contra Daubusium cujus liber mox indicabitur] in Clerici *biblioth. ancienne et moderne,* t. vii. p. 237, Godofr. Lessius in *dissertt.* II. *super Josephi de Christo testimonio,* Götting. 1781. 1782. 2. et in libro: *Wahrheit der christlichen Religion,* p. 318., eorumque agmen claudit Eichstædtius in: *Flaviani de Jesu Christo testimonio αὐθεντία quo jure nuper rursus defensa sit,* Quæst. I—IV. Jenæ 1813—14. fol. In tali vero eorum qui contra testimonium illud pugnaverunt, VV. DD. multitudine tamen non defuerunt qui Josepho illud vindicare summo studio conarentur. Inter quos maxime nominandi sunt Joa. Picus Comes Mirandulanus in *epist. ad amicum ignotum,* Centuriatores Magdeburgenses Centur. i. 1, 10., Joannes Casaubonus in *exercitatt. xi. ad annales Baronii xxi.*, Georg. Calixtus in *disputationibus de veritate unica relig. Christ.* Them. xviii., Paganus Gaudentius in libro *de progressu philosophiæ apud Romanos* c. lxxvii., Sebastianus Lepusculus in *epistola ad M. Severinum Ertzbergium scripta,* Basil. d. 24. Feb. 1559., ex qua sola H. Gifanii sententia cognosci potest (cf. Melch. Goldasti *centuria epistolarum philologg.* N. 61.). Huetius in *demonstrat. evang.* p. 27., Guilielm. Spencerus in *annotationibus suis in Origenis libros,* Carol. Daubusius in lib. ii. *pro Flavii Josephi de Christo testimonio cum præfat. Grabii,* Londin. 1706. 8. (Josephi opp. edit. Havercamp. t. ii. append. p. 187. et Havercamp. *præfat.*), Houtteville *erwiesene Wahrheit der christl. Religion durch ihre Geschichte,* Francof. 1745. 4. p. 275–311., Oberthuerius in *præfat. ad t. ii. Josephi versi a I. B. Friese,* Alton. 1805., C. G. Bretschneider. *πάρεργον super Josephi de I. C. testimonio* in Ejusd. *capitt. theol. Jud. dogm. e Fl. Josephi scriptis collectt.*, Lipsiæ 1812. 8. p. 59. et C. F. Bœhmert. *über des Fl. Josephus Zeugniss von Christo,* Lipsiæ 1823. Denique novissimo tempore prodiit: *De testimonio de Jesu Christo Flavii Josephi*

dissertatio historico-critica auctore Mag. Joh. M. Strettenberg. P. i. ii. Lundæ 1824. 4. Cujus dissertationis scriptor quamvis quid sit de Flaviano testimonio statuendum, non definire audeat, tamen ad illius *αὐθεντίαν* agnoscendam et tuendam videtur esse proclivior. Vid. *Leipziger Litteraturzeitung* Fasc. lxxv. a. 1825. p. 597 sq.

Sed sequitur jam, ut quid ipse de nobilissimo illo testimonio statuam, paucis exponam. Atque equidem, re diutius mecum reputata, in rei summa non possum non accedere ad eorum sententiam, qui locum illum Josephi neque plane supposititium nec prorsus genuinum, sed interpolatum esse censeant. Referendi huc sunt potissimum Ricardus Montacutius in *Varr. Lectt. et notis ad Euseb. demonstrat. evang.* lib. iii., Henricus Ursinus in *epist. ad Christoph. Arnoldum* (*epistt. philoll. et historr. de Fl. Joseph. testim. xx.*), Jo. Henr. Bœclerus in *epist. ad Christoph. Wagenseilium* (*epistoll. philoll.* etc. xxii.), Joann. Hispanicus in libro *Schibboleth*, Stephanus Le Moyne in *notis ad Hippolyti librum*, Thomas Ittigius in *prolegg. ad novam Josephi editionem* t. ii., et in *Histor. eccl. primi a Chr. n. sæculi selectt. capitt.* p. 369., Dansius Villoison. *Anecdd. Græc.* vol. ii. p. 70., Venet. 1781. Paulus *Commentar über das N. T.* t. iii. p. 740 sqq. ed. ii. et in: *Heidelberger Jahrbücher der Litteratur* vi. (1813.) P. iii. p. 269. P. xiii. p. 733 sqq., Censor libri: *Historiæ ecclesiasticæ veteris monumenta præcipua collegit H. Olshausen,* in: *Leipziger Litteraturzeitung* Fasc. lvi. p. 442. sqq. a. 1823. Gieseler. *Lehrbuch der Kirchengeschichte* t. i. p. 66. ed. i. et Reuterdahl. *de fontt. hist. eccl. Euseb.* p. 15. Cf. Clerici *ars crit.* iii. 1, 15. Ammon. *censura libri Bretschneideri: capita theologiæ Judæorum dogmaticæ e Jos. scriptis etc.*, in: *Kritisches Journal der neuesten theol. Litteratur* P. i. Fasc. i. p. 50–53. et Ammon. *biblische Theologie* t. ii. p. 232 sqq. ed. ii. Plura quæ de Flaviano testimonio scripta prodierunt vide apud Fabricium *biblioth. Græc.* t. v. ed. Harles. et in ejusdem Fabric. *de veritate relig. Christ.* p. 138 sq. *luc. evangel. salutar.* p. 22 sq.

Age igitur, ut primum ostendere coner, non prorsus esse Josephi testimonium habendum pro spurio, si quis ante omnia externas rationes hac in re sequi velit, ut debemus eas ex mea sententia ante omnia sequi, ne satis incerta vagetur et quasi

erret tota disputatio, locum illum Josephi qualis hodie exstet, legi in omnibus editis et scriptis Josephi codicibus cognoscimus. Vid. Fabricii *biblioth. Græc.* iv. 6. "his patrum testimoniis accessit consensus non modo editorum codicum, sed etiam manu exaratorum Græcorum Latinorumque, quos evolverunt Bosius, Bigotius et Lambecius." Ittig. *prolegomm. in Joseph.* p. 16. "fatendum est, hoc Josephi testimonium in editis et scriptis Josephi codicibus constanter legi." Bœhmert. *über das Zeugniss des Josephus von Christo* p. 154. not. 71. Unde profecto sequitur, nisi gravissimæ et necessariæ adsint causæ, testimonium illud Josephi totum supposititium esse, minime pronunciari posse. Neque vero ejusmodi causæ adsunt nec Eichstædtium eas attulisse puto. Quod enim Justinus Martyr in dialogo cum Tryphone quem ad religionem Christianam adducere cupit, testimonio Josephi haud usus est, hujus rei causam Valesius jam recte in eo quæsivit, quod ex solis libris sacris et nonnisi ex certis et luculentis prophetarum effatis cum Tryphone sese acturum esse, Justinus profitetur. Accedit quod Judæorum in Josephum odium illo tempore quo Justinus vixit, probabiliter erat adhuc majus et vehementius quam ut Tryphonem faciles aures præbiturum esse suæ ex illo Josephi testimonio ductæ argumentationi, Justinus posset sperare. Vid. Bœhmert. l. l. p. 189 sqq. Quod vero Origenes non solum silentio prætermisit Flavianum testimonium, quale hodie illud habemus, sed adeo Josephum ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ describit in commentariis ad Matthæum p. 223. contra Celsum i. p. 35., illud quamvis suam sententiam defendens nonnisi ita expedire potuerit Bœhmertus l. l. p. 196., ut Josephum ab Origene satis fugitivo oculo lectum esse contendat, tamen nobis qui vel particulis quibusdam nobilissimi illius emblematis contenti erimus, minime obesse poterit. Quod si Origenes Jesum a Josepho minime pro Messia esse habitum affirmat, concedere possumus sequi inde ut Origenes in Josepho non legerit ea verba, quæ illi Origenis sententiæ videantur repugnare, sed cum non omnia ac singula illam ob causam in suspicionem vocanda sint, sententia nostra eo minime labefactatur. Cf. B. Thiersch. *Urgestalt der Odyssee oder Beweis, dass die homerischen Gesänge zu grossen Parteien interpolirt sind* præf. p. vi. sq. 'Ceterum si patrum et aliorum quam codicum auctoritati hac in causa

tantum tribuatur, longe majorem numerum esse eorum qui testimonio Josephi utuntur illudque genuinum existimarunt, ad eosque pertinere Eusebium tum in hist. eccles. i. 11. tum in demonstrat. evang. iii. 5. p. 124. ed. Montacut., Ambrosium in libro de excidio urbis Hierosolym. lib. ii. p. 200., Hieronymum in catalog. scriptt. ecclesiastic. t. i. p. 275., Rufinum in histor. eccles. iii. 11., Isidorum Pelusiotam epistoll. iv. 225., Sozomenum in hist. eccl. i. 1., Cassiodorum in histor. tripart. i. 2., Nicephorum Calistum in hist. eccl. i. 39., Cedrenum compend. histor. t. i. p. 196., Zonaram Annall. i. 4. et Suidam in Lexico s. v. Ἰώσηπος, novimus. Unde nec Photii silentium etiamsi illius silentii causas satis probabiles non attulisset Boehmertus l. l. p. 198 sqq. et Eichstædtius plus ei tribueret quam tribuit, tamen nostram sententiam minime labefactare posse censerem. Præterea vid. Schrœckh. *christliche Kirchengeschichte* t. ii. p. 72. Neque vero interna argumenta in promptu sunt, quibus totum Josephi locum esse spurium, evincatur. Ut enim egregie erraret, qui hoc cum Tanaq. Fabero in *epistol. ad Jo. Chabrolium* p. 269. t. ii. Joseph. ed. Havercamp. ex voce τὶς concluderet, quæ post verbum Ἰησοῦς et ante σοφὸς ἀνὴρ legitur apud Eusebium in hist. eccl., non item apud Josephum (vid. Bœhmert. l. l. p. 155 sqq. cf. Eichstædt. Quæst. iii. p. iv.: "Unus Eusebius (hist. eccl. i. 11.): Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ. Quod exagitare non debebat Tan. Faber, quasi et oblitus fuerit falsarius, Josephum alibi (Archæol. xx. 9. 1.) satis significare, nosse se, quis esset Jesus, neque eum pro ignobili aliquo homuncione habuisse, et præterea fuerit absurdus, qui ignobilem istum, Ἰησοῦν τινα, tamen hoc loco ita descripserit, ut eum ante omnes Prophetas veteres poneret. Nam idem Eusebius alio in loco (demonstrat. evang. iii. 5.) voculam τὶς omittit; omittunt etiam interpres Latinus, Rufinus Aquileiensis, et omnes Græci, qui ex Eusebio sua petiisse videntur"), ita quod orationem contextam loco illo interrumpi ideoque locum totum ab aliena manu Josepho adsutum dicunt VV. DD., a sententia nostra minime potest nos avocare. Nam primum nullo modo possum verum esse censere quod contendit Eichstædt. Quæst. ii. p. iv., quæ et rebus et verbis essent conjunctissima in Joseph. Antiqq. xviii. 3. 1 sqq., intruso illo de Christo emblemate ita esse dis-

sociata, ut distracta nunc hiet narratio. Nimirum Josephus l. l. duas gentis suæ clades et calamitates commemorat, a Romanis acceptas: unam eo tempore, quo Pilatus orta seditione multos Judæorum interemerat (§§. 1. 2.), alteram tum cum Tiberii jussu tota Italia Judæi expulsi sunt ac quatuor eorum millia, specie militiæ, in insulam Sardiniam relegata (§. 5.). Jam vero hæc posterior calamitas quoniam acciderat Judæis propter insignem fraudem veteratoris Judæi, patria religione male abutentis, et matronæ Romanæ proselytæ donaria, templo Hierosolymitana destinata, turpiter invertentis, ne quis Romanus fraudem illam Judæis per contumeliam objiceret, Flavium prius (§. 4.) narrasse aliud longe gravius facinus equitis Romani, sacra Isidis fœdantis, et simulato Anubidis nomine Paulinæ pudicitiam sollicitantis, quod exprobrati, si forte, Judæi regerere possent adversariis, hoc quidem bene vidit Eichstædt. l. l. p. iii. Sed num, quæso, propterea duæ illæ calamitates tam inseparabili inter se nexu cohærent, ut altera alteram statim neque ulla de Christo περιοχῇ interposita (§. 3.), debuerit excipere? Quidni ipse Josephus, postquam priorem calamitatem exposuit (*καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις*), eodem tempore quo hæc accidisset, Jesum inter æquales eminuisse recordatus (*γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον etc.*), prius pauca de Jesu referre et deinde ad ἕτερον illud δεινὸν in quod Judæi similiter ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους i. e. procuratore Pilato inciderunt, devenire poterat? Argumenti quidem similitudine atque affinitate cohærere (cf. Cappellus in *responsoriis ad Joh. Cloppenburchium* p. 168 sq. in Joseph. opp. edit. Haverc. t. ii. p. 278. Lardner. *A large Collection of ancient Jewish and Heathen Testimonies to the truth of the Christian religion* vol. i. p. 157. London. 1764. 4.), quæ §§. 1. 2. 4. 5. leguntur, illud facile largior, sed Josephum nihil potuisse (§. 3.) inter ea interponere quod eodem tempore quo ea quæ §§. 1. 2. narraverat, acciderat, minime inde sequitur. Similiter opportunius Josephum sub finem quinti capitis de Christo quædam traditurum fuisse, nolo contra Tan. Faberum (vid. Joseph. edit. Haverc. t. ii. p. 270.) cupidius negare, sed Antiqq. xviii. 3. 3. nullum plane nisi ineptissimum illis locum fuisse, non nego sed pernego. Neque vero tacendum est, Josephum alibi quasdam παρεκβάσεις narrationibus suis solere intexere, satis

demonstrasse Boehmertum l. l. p. 180. sqq. p. 184. sqq. Præterea cf. Bretschneider. *πάρεργον* p. 62. et Euseb. H. E. V. 28. Annot. p. 420. sq.

Quæ cum ita sint, illam quam ab orationis *συναφείᾳ* repetierunt VV. DD., contra Josephi testimonium rationem minime eam esse censere possum, ut totus ille locus Josephi esse negandus sit, contra plura sese nobis offerunt quæ Josephum, ut nunc prorsus omittamus quærere, quid retulerit de Jesu Christo, tamen certe aliquid de Jesu retulisse probent. Videmus enim, quod hac in causa est longe gravissimum, videmus Josephum de Christo voluisse, potuisse et adeo debuisse fere quædam tradere. Voluit, nam quamvis summum quod sibi in scribendo proposuit, consilium in eo contineatur, ut sui populi historiam mandaret litteris (cf. Bœhmert. l. l. p. 68.), tamen omnium rerum quæ essent paulo insigniores et graviores, cognoscendarum amorem ipsa natura ejus animo impresserat (cf. Bœhmert. l. l. p. 68. p. 114.); potuit, neque enim ei deerant fontes, unde quasdam de Christo notitias hauriret (cf. Bœhmert. l. l. p. 53. p. 113.), tanta florebat apud Romanorum principem gratia et auctoritate ut Judæorum odium quominus nonnulla referret de Christo, eum non magis posset impedire quam Romanorum longe facilius etiam illud tolerantium ira (cf. Bœhmert. p. 115.), denique ab ingenio Josephum ad illud efficiendum destitutum fuisse, quamvis omnia negentur et pernegentur, tamen nemo negabit. Sed debuit adeo fere quædam Josephus de Christo commemorare, cum de aliis longe levioribus rebus exposuerit et Johannis baptistæ ac Jacobi Justi mentionem fecerit Antiqq. xviii. 5. 2. xx. 9. 1.

Jam vero docendum nunc est pro virium nostrarum tenuitate, nullo modo omnia quæ hodie tanquam Josephi nobilissimo illo Antiqq. xviii. 3. 3. loco leguntur, a Josepho esse conscripta. Quamvis autem, quidquid contrariam opinionem stabilire posse videretur, non sine industria et ingenii acumine novissime attulerit Bœhmertus, contra quem quia reliquos adversarios satis refutavit Eichstædtius, potissimum nobis jam pugnandum videtur, tamen vel illius impetus facile posse non dico reprimi sed comprimi, existimamus. Age igitur, ut ipsam illam viam, quam Bœhmertus in disserendo persecutus

est, teneamus, quæ V. D. in primo libri sui capite de animi ingeniique cultu quem Josephus habuerit, et de gradu dignitatis ad quam primum in civitate Judaica, deinde Romana pervenerit, exposuit, fere omnia probo. Similiter quæ in capite secundo docere ille studuit, Josephum fuisse hominem, si a magna quadam et effusa gloriæ et vitæ cupiditate discesseris, probum et honestum, Judæum vero ut ad mortem usque germanum et strenuum (p. 41. 48. adde Joseph. de vita sua §. 2.), ita a multis errorum commentis et nominatim ab animi illa angustia qua se et suam gentem tantum amabant Judæi, satis alienum imo gratuitæ cujusdam cum omnibus cujusvis gentis et religionis hominibus communitatis studiosum, facile credo. Neque vero magnam Josephi ἀξιοπιστίαν in universum voco in dubium (p. 49 sqq. cf. *Excursus* ii.), largior etiam Josephum libros suos scribentem meliori Essenorum potius quam perversiori Pharisæorum doctrinæ et disciplinæ favisse, quod tertio capite præeunte quidem Is. Vossio in *chronologia sacra* (adjuncta illius *dissertatt. de septuaginta interpretibus eorumque translatione,* Hag. Com. 1661. 4. p. 165.), nobis probare conatus est V. D., an probaverit, satis incertum est (vid. F. Oberthuehrius in Fabricii *Bibl. Gr.* vol. v. p. 2. cf. Eichstædt. Quæst. ii. p. vii. not. 24.), ipse denique quamvis alio consilio et ratione qua Bœhmertus, Josephum potuisse, voluisse et debuisse quodammodo de Jesu scribere affirmavi (p. 113–132.). At enim vero quod inde a p. 132. demonstrare voluit Bœhmertus, Josephum eadem quæ hodie apud eum leguntur, de Christo scripsisse, hoc vero nego ac pernego. Neque enim ex iis quæ antea V. D. exposuit, illud sequitur, imo sibimet ipsi ille ut illud defendere posset, vario modo contradixit. Ita ut potiora nonnisi attingam, falsa sunt quæ proponit Bœhmertus p. 133: "*That Josephus, if he spoke of Jesus and his history at all, must have spoken of him in honourable terms, is clear from his love of truth as an historian, which no one can mistake, and which approved itself by giving just as much credit to his enemies as his friends.*" Quomodo enim, quæso, ea esse potest ἀξιοπιστίας vis ac natura, ut cui eam velimus tribuere, ille laudare debeat, quæ ex vera animi sententia laudare nequit? Et nonne potius Josephi ἀξιοπιστία eo minueretur, si majori quam ut Judæus poterat, observantia de

Christo scripsisset? Non minus profecto illud fieret quam si ea non vere retulisset de Jesu, quæ quamvis Judæus poterat referre. Sed non magis probatur Bœhmerti opinio eo quod secundo loco scripsit: "*Because in his position he was obliged to pay some regard to the influential Christians who were so closely connected with the imperial court at Rome, and it may be assumed as certain, that Josephus would rather have been silent altogether, than embitter and provoke them to an open quarrel, by speaking lightly or giving a false account of Jesus.*" Josephum quidem non posse inter ζηλωτὰς Judæorum referri ut v. c. Justum Tiberiensem, imo eum suam quemque sententiam in rebus divinis sequi facile passum esse, atque inde satis vanitatis convinci eorum opinionem qui testimonium Josephi eo tueri vellent, ut dicerent, Josephum voluisse bilis suæ virus in Christianos eo evomere, hoc ipse certo persuasum habeo, sed an recte potest credi, Josephum nulli plane religioni præ reliquis fuisse addictum, nullam præ reliquis esse secutum, ideoque iisdem laudibus Christi doctrinam quam Mosis celebrasse? Non ipse Bœhmertus concessit Josephum ad mortem usque germanum et gnavum in rei summa fuisse Judæum? Neque vero justos rei fines egressus est Josephus quod Johannem baptistam virum probum fuisse judicat et Jacobum injusto modo a Judæorum pontifice trucidatum, cum hoc sane vel Judæus paulo liberalior deberet profiteri (p. 134 sqq.). Sed ipse Bœhmertus cum hoc certe intellexisset, ex tribus illis rationibus quas proposuerat, nondum probari singula verba testimonii illius Josepho tribuenda esse, ut hoc demonstraret, eo se adductum vidit, ut conjiceret, Josephum reapse fuisse—Christianum, publice tamen castra Christianorum non secutum (p. 140. sqq. cf. Rupertus in *epist. ad Seb. Snellium* p. 245. edit. Joseph. Haverc.). Atque ita omnes dubitationes de αὐθεντίᾳ testimonii Flaviani removisse sibi V. D. visus est. Sed ut taceam vel sic Bœhmertum satis singula verba Jos. debuisse torquere, qua de re paulo post sermo erit, quali tandem fundamento nititur illa conjectura? Quid nos potest commovere, ut credamus non solum purioris Essenorum doctrinæ amicum sed etiam religionis Christianæ tectum fautorem fuisse Josephum? Nullam equidem potui invenire causam nisi—pretiosam illam gemmam Josephi sartam tectam conservandi justo majorem

cupiditatem. Quodsi Josephus non solum Pharisæismi pravitatem sed etiam Essenismi perversitatem perspexisset et Christum solum ἀλήθειαν et σωτῆρα esse intellexisset, cur non publice ejus asseclis se adjunxit? Cur religionem Christianam non palam professus est? Romani erant satis patientes diversarum religionis sententiarum, Judæos timere Josephus non opus habebat, quod Bœhmertus ipse sæpius monuit sed miro modo secum pugnans retractat p. 151. Neque magis sibi V. D. consentit in eo, quod p. 150. sq. conjicit, Josephum aut a se impetrare non potuisse ut palam a religione Mosaica desisceret, aut hominum de se opinionem timuisse. Quomodo enim deinde dicere possemus, quod tamen antea multis ostendere studuit Bœhmertus, Josephum fuisse virum veritatem si non magis quam vitam, certe magis quam reliqua omnia amantem? Josephum vero credidisse se non opus habere palam ad Christianos transire, quia ut Essenus satis jam consentiret cum Christianis (p. 152.), hoc nemo sibi persuadebit, nisi qui Josephum satis ignarum utriusque disciplinæ fuisse velit temere contendere. Et quomodo deinde stare poterit ipsius Bœhmerti conjectura, Essenorum doctrinæ etiam religionem Christianam prætulisse Josephum? Quid vero probent exempla Nicodemi, Gamalielis et Pauli, cum illi quamvis meliores Judæi, tamen Judæi manserint, Paulus vero toto animo Christianum sese esse serius palam ostenderit, non magis intelligere memet fateor, quam quid sequatur ex locis Act. vi. 7. xv. 5. Cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. ii. p. 396 sq.: "*That a Josephus, who expected a temporal Messiah, a worldly sovereign, and was prepared to recognize him in Vespasian, says nothing of the miracles of Jesus, is almost a stronger proof of the credibility and inspiration of the apostolic writings than his notice would have been.—His silence is more natural and intelligible than his mention. What an unblushing brow must a man of the high intellect of Josephus have had, if he had described the miracles of Jesus Christ with the candour of the apostolical descriptions, and then, because he would not be a Christian, had represented them as trifles, or the effects of magic, with all the marks of divinity thus clearly impressed upon them. Worldly views and interests did not hinder him from believing the truth; he took therefore the wisest part as regards his worldly honour by saying nothing, in*

order to escape the character of a liar or of a person without the sense of shame. Place an unbeliever, who denies the truth of Christianity, in apostolic times, let him be an eyewitness of all the miracles of Christ and his apostles, and that perhaps Josephus was of not one only; is it probable, when the sight of all these miracles could not move him to be a Christian, that he would become their historian, or if he did, that he would write the truth? Would he not be silent, unless indeed he had reached the very highest pitch of shamelessness?"

Sed commemorandum denique est aliud argumentum, quod quamvis ab ipso Bœhmerto prætermissum, tamen vere esse Josephi illud de Christo testimonium, quale nunc habemus, nonnullis ostendere videri possit. Quod quidem argumentum censor libri Olshausenii in: *Leipziger Litteraturzeitung* Fasc. lvi. p. 443 sq a. 1823. his verbis protulit: "*The strongest argument against the spuriousness of the first passage,* (i. e. illius loci quo legitur testimonium Josephi de Christo), *which has been overlooked by many, and not sufficiently insisted upon by others, is this; that Josephus, according to the custom of the learned of his nation, at the end of the 20th book of his Antiquities gives the whole number of the lines or verses of which the whole work consists, to wit 60,000. If Josephus numbered them himself, and set down the number in writing, which no one will dispute, it is quite clear the passage in question cannot have been interpolated. For, say the defenders of its genuineness, if it was not there before, there must have been an hiatus in the work compared with its present state, whereby an error in the number of the lines would have been unavoidable. A compression of the words in the lines before or after, so as not to increase their number, is at variance with all probability, and if attempted would certainly have been discovered.*" Quibus censor ille statim hæc addit: "*There is so much force in this objection. that even the most violent impugner of the passage must be startled by it at first sight, and bethink himself, whether he can answer it, and how to set about it. The passage has been tampered with, that admits of no doubt. It cannot be wholly interpolated, or the number would not agree. Some substitution therefore must have been made of the same length, and such as not to break the connexion with the context——Josephus could not have been totally silent about Jesus, without laying himself open to the charge of ignorance or partiality. According to the order of*

events which he had to relate, here was a proper place to mention him. Josephus undoubtedly wrote something about Jesus, but what? and in what words? that we can hardly hope to determine. The writer however cannot help supposing, that in mentioning the name of Jesus in this passage, he referred to the infamous invention of his being the son of Mary by Joseph Pandera, brought forward by Wagenseil in his telis igneis Satanæ, Toledod Jeschu. —— *Celsus, one of the earliest and bitterest opponents of Christianity, was aware of this shameful invention, and makes use of it in his attacks. Origen. c. Celsum, p. 26. et 75. Höschel's Edit.* (Adde Epiphan. hæres. lxxviii. Joh. Damascen. iv. 15. Andreæ Cretensis orat. in circumcisionem Domini et Raban. Amulon. contra Judæos cap. xl. cf. Coteler. *eccles. Græcæ monumentt.* t. ii. p. 539. Ammon. *biblische Theologie* t. ii. p. 262 sqq. ed. ii.). *Now in whatever way he became acquainted with it, whether from the writings of Josephus or any other source, the fact itself cannot be denied. The account therefore must have been fabricated very early, so that it is not contrary to probability to suppose even Josephus to have been acquainted with it. The circumstance which follows the passage, in which he speaks of Jesus, bears no small resemblance to the tale of Pandera. A Roman voluptuary, Decius Mundus, is not able to move the heart of the chaste Paulina, till he is introduced to her in secret, by the aid of the Egyptian priests, when she resigns herself to his embrace, under the idea that she shall conceive a god, by him whom she supposes to be Anubis. Could the transition to the history of Decius Mundus be more easy, than when that of Pandera had gone before? The resemblance between the fate of the Egyptian priests and that of the Jews, who were generally considered as one and the same sect with the Christians, makes this supposition more probable. What may be said in reply, will be that Josephus, if it had any foundation, has despatched the history of Pandera too quickly as compared with that of Mundus. On the other hand we should remember, that Josephus does not always treat of events at greater or less length according to their relative importance, that he might have had weighty reasons for not dwelling upon this, and that he perhaps referred to an account already written."* Jam vero ut libere dicam quod sentio, equidem quamvis ipse postremis illis censoris doctissimi conjecturam cujus certe similem jam protulit Tob. Eckhardus

(*Non-Christianorum de Christo testimonia ex antiquis monumentis proposita et dijudicata* p. 93.) teste Eichstædtio Quæst. ii. p. iii. sq. not. 2, non everti concedam, tamen plura alia in promptu esse existimo quæ illam prorsus reddant improbabilem, nihilo autem minus illo argumento quod V. D. proposuit, Flaviani testimonii αὐθεντίαν minime evinci censeo. Primum enim quamvis largiri velim, cum Josephus ipse numerum versuum ex quibus totum suum opus constaret, indicaverit, ea quæ in illo testimonio interpolata esse videantur, minime *plane* esse posse *insititia*, id est, ita ut pro iis ab ipso Josepho haud scripta fuerint alia quædam ejusdem qualis illa, magnitudinis, tamen quomodo tandem inde quod Josephus illud quod dictum est, sub finem operis sui archæologici fecit, sequitur, necesse esse ut Josephus pro iis etiam verbis quæ cur interpolata esse credamus, nulla causa est, alia scripserit, ita ut a Josepho plane alium locum, qualem illum de Christi per Panderam procreatione, profectum esse debeamus statuere? Imo vero nihil, quantum equidem video, opus est sumi nisi pro iis verbis testimonii, quæ a Jos. minime scribi poterant, ipsum scripsisse alia ejusdem magnitudinis, iis quæ vere ejus sunt, similia et non minus cum iis cohærentia, quam cohærere illis voluit ficta sua verba ille qui testimonium Josephi interpolaverit. Quod vero ad bellam illam de Christi procreatione narratiunculam pertinet, Josephum illam retulisse non magis persuadere mihi possum quam eum de Christo tradidisse ea, quæ multi eum tradidisse voluerunt. Nam in neutra causa sine ira et studio scripsisse Josephum equidem possem censere (cf. quæ monui supra p. 865. sq.), nisi forte eum veram esse illam de Christo fabellam, cujus liber a Wagenseilio editus mentionem fecit, credidisse, ipsi velimus credere. Neque illud opus erit statuere, Jos. pro iis verbis testimonii quæ interpolata sunt, scripsisse alia, si quam facile ipse in computandis operis sui versibus potuerit labi vel librarii numerum a Jos. recte indicatum depravare, meminerimus.

Itaque his expositis accedendum est ad singulas Josephi testimonii partes et quid ex illis Josepho recte possit tribui, quid non possit, explorandum. Ac primum quidem Josephum potuisse de Christo dicere: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ, vix quisquam negabit. Vid. Eichstædt.

Quæst. iii. p. iv. "verba σοφὸς ἀνὴρ, per se spectata, defensores recte monuerunt, nihil offensionis habere in scriptore, qui alienus fuerit a Christi religione: ut mirandum sit, venerab. Paulum, acutissimi virum ingenii, qui et ipse depravatum mutationibus locum putat, nuper (vid. *Heidelberger Jahrbücher* iii. p. 269., ubi exemplo verbi haud allato vertit: '*einen revolutionären Mann*') στροφὸν potius vel συστροφὸν, quam σοφὸν, legi maluisse. Etenim Judæi, ipso Josepho (Antiqq. Jud. xx. 11. 2.) testante, σοφὸν eum dicebant, qui legum esset scientiam consequutus, et in sacris litteris rerum verborumque vim scite interpretari possit: qualem Jesum fuisse, Judæi non infitiabantur (vid. Matth. xiii. 54. Marc. vi. 2. Luc. iv. 16.). Afferunt præterea Flavii alios locos (ut lib. contr. Apion. ii. 16. t. ii. p. 482.), ubi philosophi Græci eodem honoris nomine appellantur." Quin etiam Judæorum magis σοφίαν tribui, docet Eichstædt. l. l. not. 9. loco Joseph. Archæol. ii. 13. 3. p. 107. Cf. Sturz. *Lex. Xenophont.* vol. iv. p. 66 sq. 1. 5. 6. Missis autem nunc quidem verbis εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, Josephi non esse posse patet sequentia τῶν ἡδονῇ (Eusebius σὺν ἡδονῇ) τἀληθῆ δεχομένων. Eo enim quid aliud dixisset Josephus nisi Christum veritatem hominibus manifestasse? Hoc vero nisi Bœhmerti conjecturæ velimus assentiri Josephum tectum Christianum fuisse, nunquam Josephus quamvis Judæus liberalior, profiteri poterat. Ceterum ipse Bœhmertus nescio cur novas finxerit verborum τἀληθῆ significationes (p. 169 sqq.) et cur in universum tantopere desudet in explicandis Josephi verbis, cum si quis ejus sententiam quamvis sine justa causa amplectatur, Josephum singula testimonii sui verba protulisse, mirum esse non possit, cur non plura etiam in Christi laudem dixerit, possit. Sed verba sequentia: Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους (Eusebius τῶν Ἰουδαίων), πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς (Euseb. ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ) ἐπηγάγετο Josephi esse posse existimo. Neque enim spuria esse certe illa πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς inde necessario sequi videtur, quod historiæ repugnare dixerunt VV. DD. (vid. Paulus *Heidelberger Jahrbücher* p. iii. p. 269. Eichstædt. Quæst. ii. p. vii.), a Christo *multos* etiam gentiles ad novam doctrinam adductos fuisse, cum hoc ita videatur cum historiæ fide conciliari posse ut scriptorem non

loqui de Christo in hac terra vivente, sed ad sequentia tempora respexisse statuamus, quibus apostolorum eorumque successorum opera vel inter gentiles satis magna cepit religio Christiana incrementa, quod Kreusslero jam similiter censente, ut testatur Eichstædt. l. l., nuper attulit Bœhmert. l. l. p. 169 sqq.

Neque vero ut nunc mittam verba: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, Josephi non sunt: *Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον* (Euseb. *οὐκ ἐξεπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν*) *ἀγαπήσαντες* eodem modo quo ultima: *Εἴς τε νῦν* (Euseb. *Εἰσέτι τε νῦν*) *τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.* Quamquam fortasse hæc ipsa majori jure spuria esse censeas cum censore in: *Leipziger Litteraturzeitung* Fasc. lvi. p. 442 sq. "*The words εἰσέτι τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἀπέλιπε τὸ φῦλον have a very suspicious look. Josephus was born a few years after the death of Christ, made prisoner of war by the Romans, and according to the account of Hieronymus, carried with them to the capital, where he was engaged with his writings till the reign of Domitian. Josephus therefore was certainly writing in the first century of the Christian era.* Εἰσέτι νῦν *or according to the editio princeps εἴς τε νῦν, generally denotes a longer period than that from the commencement of the Christian name in the year* 44. *to the date of the writings of Josephus. It is therefore acting on high probability to take the words last quoted, εἰσέτι—φῦλον, for the addition of a later period, like Genes. xxxii.* 32, *so that the whole passage has a spurious appearance.*" Sed cum vix semper illud valeat, quod de *εἰσέτι νῦν* h. l. legitur, res ipsa non ita certa nobis videtur, ut *εἰσέτι—φῦλον* supposititia esse putemus. Contra illa: Ἐφάνη γὰρ *αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν,* quæ nescio cur iterum torqueat Bœhmert. p. 179., et: *τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ* (Euseb. *ταῦτα καὶ*) *ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ* (Euseb. *περὶ αὐτοῦ θαυμάσια*) *εἰρηκότων,* Josephum non potuisse scribere apparet. Vid. Eichstædt. Quæst. ii. p. viii.: "Aut quis Josephum existimet de Christi in vitam reditu, tanquam de re certa et in facto posita, scripsisse? Ἐφάνη *γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν.* Quæ sequuntur denique, *τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων,*

ea ut rursus recte ab homine Christiano dicerentur, quis dici a Judæo sacerdote potuisse credat? Præsertim quum ista omnia ita sint prolata, non ut scriptor aliorum opinionem, sed ut suam ipse sententiam et persuasionem declaraverit." Quod quidem temere negant ut antiquiores ita recentiores *αὐθεντίας* testimonii defensores, et in his Bretschneiderus et Bœhmert. —Sed accedimus nunc ad verba in quibus rei cardo vertitur: *εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ* et: *Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων*: et *Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν*, quibus de posterioribus cum de prioribus longe alia quam omnes de iis statuunt, statuenda esse existimemus, simul hoc demum loco agendum putavimus. Quid enim? Josepho deberi illa verba: *εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ* ipse affirmo, sed inde simul reliqua ei non tribuenda esse, recte posse colligi censeo. Quod quamvis innumerabilis fere scriptionum copia de loco Josephi in publicum prodierit, tamen, quantum quidem novi, nemo adhuc contendit. Male enim omnes adhuc interpretati sunt verba *εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ* ita, quasi iis significaretur quædam dubitatio utrum sit vere dicendus Jesus homo, nec ne. Ita Strothius et Bœhmertus l. l. p. 4. verterunt: "*wenn man ihn anders einen Mann nennen darf*" et Valesius: "si tamen virum eum appellare fas est." Atque inde factum est, ut tum qui interpolatum esse crederent nobiscum locum Josephi tum qui plane supposititium eum esse dictitarent, quin illa verba spuria dicenda sint, minime dubitarent, ii vero qui testimonii *αὐθεντίαν* defenderent, nonnisi contortis et perversis interpretationibus illa verba Josepho possent vindicare, in quo præ reliquis omnibus facile eminet Daubusius de testimonio Christi apud Joseph. t. ii. p. 218. sqq. ed. Haverc., qui, ut rectissime scripsit Eichstædt. Quæst. iii. p. iv., quot machinas adhibet ad vindicandam sententiam *εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ*, tot fere ineptias profert. Neque vero Bœhmert. l. l. p. 159. sqq. similibus ineptiis liber est, et in universum vehementer desudat in eo ut singula testimonii verba satis ambigua esse, in quamcunque partem flecti ideoque Josepho tribui posse ostendat (cf. p. 165.), quod nemo ei concedet nisi qui cum eo Josephum tectum et tergiversantem Christianum fuisse temere opinetur. Hinc perversas ejus interpretationes quarum maximam partem a Bretschneidero aliisque testimonii *αὐθεντίας* defensoribus

prolatam luculenter jam perstrinxit Eichstædt. Quæst. ii. iii., copiosius exponere et refutare vix opus sit, et meliores certe interpretes fuerunt omnes ii αὐθεντίας testimonii defensores, qui quamvis ita mordicus illud tenuerint, ut totum Josephum potius e mundo tollendum quam pretiosam illam gemmam ex Christiana ecclesia tollendam esse existimarent, ut Abr. Whelocus et Grabius, tamen ipsius Josephi verba ex historicæ interpretationis legibus interpretari quam ut a Josepho Judæo dici potuisse videantur, omnibus modis flectere atque huc illuc torquere mallent. Cf. Eichstædt. Quæst. iii. p. iii. not. 1. Sed ut jam redeam eo, unde digressa est oratio, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ Jos. tribuenda eorumque sententiam hanc potius esse existimo: "*Siquidem, quandoquidem Jesus homo dicendus est.*" Ita igitur Josephus egregie cavit statim ab initio testimonii sui verbis illis, ne quis forte ipsum vel quod σοφὸν Jesum vocaverat, vel propter ea quæ posthac dicturus erat, plura dixisse crederet, quam quæ ipse ut germanus Judæus dicere poterat. Quæ si est vera illorum verborum interpretatio, per se patet Josepho non posse adscribi sequentia: Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων et multo minus illa: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν (quæ tamen ipsa verba vel antea cum male Josephi esse negarentur illa εἴγε—χρὴ, hujus non esse posse, recte monitum est, et perperam Hieronymus primus, quod sciamus, vertit: *Et credebatur esse Christus.* Vid. Eichstædt. Quæst. ii. p. v. sqq. Cf. Is. Vossii *chronolog. sacr.* p. 163. Paulus *Heidelberger Jahrbücher* P. iii. p. 269., qui ingeniosius quam verius conjecit: πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπήγαγε τό· ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν i. e. *Aber auch viele Heiden führte herbei jenes: Der Messias war dieser*). Nam quid deinde sibi vellet illud γὰρ et quo illud referretur? Quamvis vero credas Josephum omisso γὰρ dicere potuisse Christum patrasse miracula et homines docuisse, tamen alio modo erant deinde illa: Ἦν παραδόξων κ. λ. annectenda et fere hoc: Ἦν δὲ καὶ παραδόξων κ. λ. Neque deinde tam simpliciter scribere Josephus poterat: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, cum antea diserte professus esset, hominem fuisse Christum. Imo necessario dicendum ei erat certe: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἐπιστεύετο vel ἐνομίζετο, vel ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν ὁ λεγόμενος ut Antiqq. xx. 9. 1. scripsit Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (cf. Matth. xxvii. 22.), nisi data

opera obscuritatem sermonis Josephum quæsivisse temere velimus statuere. Jam vero ut ne temere ipse vulgarem interpretationem verborum εἴγε ἄνδρα λέγειν αὐτὸν χρὴ rejecisse videar, ante omnia adscribenda puto ea, quæ de discrimine verborum εἴγε et εἴπερ exposuit Hermann. ad Viger. p. 833 sq. "*Multum interest inter* εἴπερ *et* εἴγε.—Εἴπερ *ita ab* εἴγε *differt, quod* εἴπερ *usurpatur de re quæ esse sumitur, sed in incerto relinquitur, utrum jure an injuria sumatur;* εἴγε *autem de re, quæ jure sumpta creditur.* Εἴπερ δοκεῖ σοι, *dicimus ei, de quo non certo scimus, quid ei placeat, aut de quo id nescire simulamus.* Εἴγε δοκεῖ σοι, *dicimus ei, de quo scimus, quid ei placeat.*" Cf. Hermann. *præfatio ad Sophocl. Ajac.* p. xx. sq. Sed observatur hoc discrimen non minus quam a veteribus, etiam in N. T. libris. Vid. Ephes. iii. 2. εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς κ.λ. i. e. *siquidem* audivistis de ratione muneris Dei beneficio in vestros usus mihi concessi. Liberius, sed ad sensum recte vertit Jaspisius: *Neque* enim *vos latet* ratio muneris *etc.*, perperam alii apostolum nonnisi conjicere se significare h. l. putarunt, lectores epistolæ non latere illam rationem. Cf. Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* t. iii. p. 261. qui hoc epistolæ loco non recte, ut mihi videtur, usus est, ut illam Ephesiis non destinatam esse ostenderet, quamvis hoc ex reliquis argumentis satis certum sit. Coloss. i. 23. εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι i. e. *siquidem* vos firmiter fidei esse adhæsuros mihi persuasi. Quamvis enim Colossenses nondum satis esse fortes et constantes nosset apostolus, tamen simul optima quæque de iis ille sperare et confidere poterat. Cf. ii. 5. 6. Quare falso vertisse puto Lutherum: "*So ihr anders bleibet im Glauben gegründet und veste*" et Jaspisium: "si *modo* in religione bene fundati ac constantes manseritis." Cf. Galat. iii. 5. Adde Chrysostom. t. ii. p. 489. sq. E. ed. Montef. ὁ γὰρ μυριάκις ἑαυτὸν θανάτοις ἐκδοὺς (Paulus), πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ χρημάτων ἐφείσατο, εἴγε παρῆν. καὶ τί λέγω, εἴγε παρῆν; καὶ γὰρ μὴ παρόντων δυνατὸν δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐφείσατο. Ubi recte εἴγε usurpasse Chrysostomum, non solum verba μὴ παρόντων sed etiam antecedentia docent, quibus Paulum omnia et in his χρήματα pro hominum salute non dubitasse δαπανᾶν dixit et unde certe ad momentum sumpsisse eum, apostolum habuisse vere χρή-

ματα, intelligitur. Similiter *εἴπερ* recte usurpavit Dionysius Alexandrinus apud Eus. H. E. vii. 11. ubi Æmilianus præfectus iis qui deos gentilium colere nollent, respondisse legitur: *τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον εἴπερ ἐστι θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν*; Ubi minus recte vertit Valesius verba *εἴπερ ἐστι θεός*: *siquidem* Deus est, quam Strothius qui simpliciter interpretatus est: *wenn er Gott ist.* Nam illo *εἴπερ* Æmilianus gentilis se dubitare significat an sit Deus ille quem Christiani Deum esse existiment. Contra *εἴγε* pro *εἴπερ* posuit Cornelius in epistola ad Fabianum apud Euseb. H. E. vi. 43. *ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἴγε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι* quod recte vertit Valesius: "si *tamen* hujuscemodi baptismum suscepisse dicendus est," et Strothius: "*wenn man anders sagen kann, dass ein solcher Mensch sie empfangen.*" Nam hoc loco dubitare se significare voluisse Cornelium apparet, an illud affirmari possit necne, ideoque *εἴπερ*, non *εἴγε* scribendum erat. Et similiter quisquis interpolaverit locum Josephi, *εἴγε* pro *εἴπερ* accepisse intelligitur, quod recentiorem Græcitatem sane sæpius confudisse probabile est. Sed quo jure, quæso, Josephum cujus dictionem elegantem et tersam justa laude ornavit ipse Bœhmert. l. l. p. 50., *εἴγε* et *εἴπερ* inter se permutasse credamus, quod permutasse scriptores ecclesiasticos docet sane satis luculenter præter alios Sozomenus H. E. i. 19., ubi illa *εἴγε*—*χρὴ* illustrat verbis: *ἄνδρα μὲν γὰρ αὐτὸν ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ*, et in fine: *καί μοι δοκεῖ ταῦτα ἱστορῶν μονονουχὶ βοᾷν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν*? Adde Isidor. Pelus. epist. iv. 225. Neque vero codices illa *εἴγε*—*χρὴ* non esse Josephi probant. Vid. Eichstædt. Quæst. iii. p. v. "Nos hac in re plane adstipulamur Daubusio (vid. Josephi opp. edit. Haverc. t. ii. p. 218.), recte monenti, innixæ perpaucis iisque valde ambiguis testimoniis opinioni de interpolatione horum verborum (*εἴγε*—*χρὴ*) repugnare cæterorum librorum omnium mirificum consensum, tum Græcorum, tum etiam Latinorum, atque eorum quidem, quos vetus iste penes Vossium interpres sequutus sit." Cf. Ittig. *prolegomm.* p. 91. ed. Havercamp. Joseph. R. Montacut. *ad Eus. demonstr. evang.* p. 2. Le Moyne *varr. sacrr.* p. 931. Dansius Villoison. *Anecdd. Gr.* vol. ii. p. 69. et in *epistt. Vinar.* p. 88. Quæ cum ita sint, nos quidem testimonium

illud Josephi spuria uncinis includendo ita scribendum ducimus: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή [Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων]. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο [Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν]. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ πρῶτον ἀγαπήσαντες [Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων]. Εἴς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. Atque ita verissimum esse apparet quod de Josepho pronuntiavit Theodoretus commentar. in Daniel. t. ii. Opp. p. 697. Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος τὸ μὲν Χριστιανικὸν οὐ δεξάμενος κήρυγμα, τὴν δὲ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνέτοιμος, unde, quamvis recte possit colligi, aliquod Josephi de Jesu testimonium Theodoretum cognovisse, et quamvis adeo illum idem testimonium, quod nunc ut Josephi habemus, cognovisse putemus, tamen hoc simul satis apparet, non pro genuino habuisse Theodoretum totum Josephi testimonium sed nonnisi ea de Jesu illum esse testatum existimasse quæ vel ille ut Judæus qui coleret veritatem, non poterat non testari. Cf. Bœhmert. l. l. p. 197. not. 90. Sed nec tacendus est locus alter perinsignis Origenis contra Cels. ii. extr. quamvis ille, ut videtur, ab omnibus VV. DD. adhuc neglectus, ubi dicit Origenes esse λόγον τοῦ Ἰουδαίου qui hæc de Jesu profiteatur: "ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν, καὶ τοιοῦτος, οἷον αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν." Quod statim refutans Origenes, ita pergit: Οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος, τολμήσας ἐπισπεῖραι πάντῃ τῇ οἰκουμένῃ τὴν κατ' αὐτὸν θεοσέβειαν καὶ διδασκαλίαν, δύναται ἀθεεὶ ποιεῖν ὃ βούλεται *etc.* Sed illo λόγῳ τοῦ Ἰουδαίου qui verbis ἐκεῖνος——δείκνυσιν contineretur, *genuinum* Josephi de Christo testimonium significare Origenem, nonne satis probabile? Neque enim sine causa scripsisse potest ille τοῦ Ἰουδαίου imo aperte certus Judæus hoc modo significatur, et egregie quoque sibi ipsi consentit deinde Origenes, qui alio loco Josephum ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ dixerat et hoc loco illum nonnisi pro homine habuisse Jesum affirmat. Neque vero exinde probari potest ea testimonii Josephi verba quæ ipsi vindicavimus, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή Josephi non esse posse. Nam

ipsum horum verborum sensum nonnisi sed optime neque εἴγε cum εἴπερ ut alii patres, confundens expressit Origenes testari scribens Josephum de Jesu: ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν. Contra quæ hodie statim sequuntur verba illa εἴγε—χρή: Ἦν γὰρ παραδόξων—δεχομένων minime legit in Jos. Origenes, imo quid ibi legerit, egregie ipse nobis declaravit, additis ut Jos. verbis: καὶ τοιοῦτος, οἷον αὐτὸ—δείκνυσιν. Pro uno τοιοῦτος in Jos. fuisse debet τοιοῦτον, et haud exigua lacuna veri Josephi testimonii est suppleta. Nam quis tandem qui iis quæ adhuc disputavimus, assentietur, Josephum post illa εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ scripsisse dubitet: καὶ τοιοῦτον οἷον αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν, *et talem qualem et verba et res ipsa indicant?* Et nonne denique verum esse hoc modo appareret illud quod supra contra doctissimum censorem *Ephemeridd. litter. Lipss.* monuimus, minime opus esse ut credamus Josephum loco genuini testimonii sui de Jesu plane alia in Antiqq. xviii. 3. 3. scripsisse, sed simpliciter pro verbis testimonii spuriis ipsum posuisse alia ex totidem litteris constantia? Ubi igitur hodie leguntur: Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τὰ, Josephus scripserat: καὶ τοιοῦτον, οἷον αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν. Hæc enim verba non minus constant ex 54. litteris quam illa spuria. Quodsi placuisset Origeni totum λόγον τοῦ Ἰουδαίου, i. e. Josephi, illo loco afferre, non minus quæ pro illis τἀληθῆ δεχομένων illa Ἦν——τὰ statim excipientibus quam quæ pro reliquis verbis insititiis Josephus scripsisset, cognosceremus. Sed Josephi testimonium vere significari illo Origenis loco, statuit ipse Fabricius in *salutar. luc. evangel.* p. 32., quomodo tamen ad verba Origenis οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος potuerit adscribere: "*Josephi locus, supra* p. 17.," non intelligo. Nam illa οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος non esse Josephi sed Origenis, manifestum est, quamvis fortasse crediderit Fabricius l. l., exprimi illis Josephi εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Sed hoc cui in mentem venire possit, ille non solum Origenis orationem misere claudicare et hiare deberet concedere, siquidem τολμήσας ἐπισπεῖραι *etc.* ut sua verba sine ullo orationis vinculo perversissime annexuisset Origenes, sed etiam ineptissime usum esse illo λόγῳ τοῦ Ἰουδαίου, cum paulo post Ἰουδαίους ἀπιστοῦντας dicat αὐτοῦ, i. e. Χριστοῦ (vid. ἀλλ' ἐπεὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ ὁ

Χριστὸς ἦν etc.) λόγῳ, Origenem censeret necesse esset. Quodsi Josephus οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος dixisset de Jesu, nonne potius inter tectos certe Christianos Origenes eum referre debebat, neque vero inter ἀπιστοῦντας hoc et aliis locis? Sed ipse Fabricius interpretatione Latina quam subjungit l. l., ostendit se illa οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος tribuisse Origeni.

Restat nunc, ut investigem, quid de Eusebio nostro hac in causa statuendum esse videatur. Atque ut sine multis ambagibus dicam, quod sentio, quamvis temere Tanaq. Faberum Eusebio vitio vertisse censeam, quod totum illud testimonium Flavianum supposuerit (cf. Bœhmert. l. l. p. 203 sq.), cum totum illud esse supposititium, ex nostra sententia demonstrari nequeat, quamvis non minus temere Eusebium epistolarum illud inter Abgarum et Christum finxisse commercium, cum Bourgueto censeremus, quod vel propterea non potest statui, quod ex archivis Edessenis hausisse litteras illas Eusebium novimus (vide quæ monui ad Euseb. H. E. i. 13. p. 49. sq. cf. *Excurs.* x. xi.), tamen non deesse causas existimo, quibus ductus ipsum Eusebium interpolasse locum Josephi suspiceris. Antequam vero sententiæ illius causas exponam, brevissime refellenda puto ea quæ scripsit præeunte Valesio hac in causa Mœller. *de fide Euseb. C.* p. 87. "Equidem nullus dubito et locum ante Eusebii tempora corruptum fuisse et ab ipso genuinum habitum; nusquam enim ut gravissimam rem repetam) eum (Eusebium) piæ isti amentiæ, quæ aut fraudes unde aliquid honoris rebus Christianis accedere posset, committeret aut fabulas fingeret, deditum fuisse deprehendo." Ut enim nunc concedam, quod dixit Mœllerus, an inde quod alias nullam fraudem commisisse sciremus Eusebium, sequeretur, eum neque nostra in causa *potuisse* ejusmodi fraudem committere? Imo hoc tantum recte posset contendi, non sine gravioribus causis Eusebium posse talis criminis accusari. Sed ut jam ad ipsas illas causas progrediar, quas puto afferri posse, in suspicionem vocat Eusebium, si quid video, primum illud, quod ante eum testimonium Flavianum esse interpolatum satis est improbabile. Nam non solum nullus ex patribus ante Eusebium testimonio illo quale hodie habetur, usus est (vid. Bœhmert. l. l. p. 13*. cf. p. 158.*), quod nisi forte nullum ex illis patribus intelligere potuisse putemus, quam

egregio illo testimonio possent uti, permirum videri debet, sed Origenes etiam qui Josephum disertis verbis ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ, i. e. Ἰησοῦν ἡμῶν οὐ καταδεξάμενον εἶναι Χριστὸν, non pro Messia Jesum agnoscentem dixit, ut interpretatur ipse Origenes Comment. in Matth. (vide supra p. 860. sq. cf. Bretschneider. *πάρεργον de testimonio Josephi* p. 61. qui male hoc tantum significare contendit Origenem, Josephum non Christianum (publice) factum esse) et Josephum de Christo testari declaravit: ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν quod nihil est nisi Josephi εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή (vide supra p. 876 sq.), Origenes, inquam, certe ea testimonii verba quæ Josephi non esse posse probare studuimus, in Josepho minime legisse potest. Cf. Bretschneider l. l., qui pro nobis, non contra nos scripsit: "*cogites quæso, inter Origenis mortem et Eusebii tempora non nisi 50. annorum spatium interesse. Potuitne fieri, ut tam brevi tempore omnes vel plurimi codices interpolarentur?*" Neque nobis obstat conjectura Blondelli seculo ii. jam post Christum natum Josephi codices mutilatos esse inde suspicantis, quod Origenes, Hieronymus, Cedrenus, alii quædam legisse videntur in Josepho quæ nunc ibi frustra quæruntur. Cf. Bœhmert. l. l. p. 205. not. Concedere enim facile possumus, illo sæculo jam quædam ex Josephi textu esse erasa, cum illud eo minime probetur, eo tempore jam a librariis quædam in Josephi textum esse illata. Sed Eusebium interpolasse testimonium Flavianum minus etiam improbabile videbitur ei qui de illo *apologetico consilio* cogitaverit, quod præter *litterarium* (vid. quæ monui ad Euseb. H. E. v. 27. p. 417. sq.) et *parænetlicum* (vid. Kestner. *de Euseb. auct. et fide dipl.* p. 17. §. 48. cf. Euseb. H. E. i. 1. ἐλπίζω ὅτι καὶ ὠφελιμωτάτη—φανήσεται viii. 13. χρησιμώτατα τυγχάνοντα τοῖς ἐντευξαμένοις viii. 2. ἃ—ὠφελείας. v. 2.) in historia sua conscribenda simul secutus est Eusebius. Vid. Kestner. l. l. p. 7. Euseb. H. E. i. 4. Ἵνα δὲ μηδὲ τὴν διδασκαλίαν Χριστοῦ νέαν εἶναι καὶ ξένην ὡς ἂν ἀπὸ νέου καὶ μηδὲν τῶν λοιπῶν διαφέροντος ἀνθρώπου συστᾶσαν ὑπονοήσειέ τις, φέρε βραχέα καὶ περὶ τούτου διαλαβῶμεν, et ibid. ὁ βίος δ' οὖν ὅμως καὶ τῆς ἀγωγῆς τρόπος αὐτοῖς εὐσεβείας δόγμασι, ὅτι μὴ ἔναγχος ὑφ' ἡμῶν ἐπιπέπλασται———ἐπιδείξωμεν. i. 1. extr. κατάρξασθαι ἐκ θειοτέρας ἢ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς πολλοῖς οἰκονομίας κατ' αὐτὸν τὸν Χριστόν. iv.

7. cf. i. 13. *Excurs.* x. xi. Schrœckh. *christliche Kirchengeschichte* t. v. p. 214. Schmidt. *Handbuch der Kirchengeschichte*, t. ii. p. 44. "*The ecclesiastical history of Eusebius contains much also which appears to have been written with an apologetic object.*" Hoc enim si quis reputaverit, ille vix movebitur iis quæ cum Valesio opponit Mœllerus: "*Cui bono id Eusebius confingere voluisset? An ex Josephi testimonio Christi pendebat divinitas?*" Quæ quamvis inde non penderet, tamen Eusebius quantopere sibi prodesse posset illud Josephi, mutatis quippe mutandis, testimonium, melius intellexisse poterat quam ut illud corrumpere dubitaret. Cf. Bœhmert. l. l. p. 112: "*That the honourable testimonies of opponents may serve to the establishment of the truth and divine origin of Christianity, and be employed with great advantage to the overthrow of the opponents themselves, was already maintained by Irenæus, Chrysostom, and Novatian.*" Vide loca quæ V. D. ibid. laudat et p. 111. cf. Daubus. l. l. p. 204 sqq. Adde Isid. Pelus. epist. ii. 228. iii. 335. Σεμνὴ γὰρ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία. Dio Prus. orat. li. Neque Eusebio cum Josephi testimonio pro religione Christiana pugnaturo oberat illud, quod obesse poterat Justino Martyri, cujus tempore ut alia taceam, sane nimio adhuc probabiliter odio inflammati erant Judæi in Josephum, neque Eusebius solos Judæos potissimum testimonium illud interpolaturus ante oculos haberet necesse erat, sed in universum omnes, qui quamvis Christiani esse vellent, tamen non satis recte ipsi de Christo sentire sed Josephi testimonio ad meliorem fidem adduci et revocari posse viderentur. Hinc ad finem capitis xi. triumphans quasi exclamat Eusebius: Ταῦτα οὖν ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ περί τε τοῦ βαπτιστοῦ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παραδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ τοῦ μὴ ἀναισχύντους ἀπελέγχεσθαι τοὺς κατ' αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα; Nonne his vel illud satis indicatur, quantam opportunitatem noster habuerit pro Christi gloria omnibus modis pugnandi? Sed Josephi testimonio omnes adversariorum religionis Christianæ et Christi impetus retudisse sese episcopus Cæsareensis credidit. Accedit quod tota apologetica est Eusebii demonstratio evangelica ante historiam ecclesiasticam conscripta, ex qua præter ipsum Josephi testimonium quod paulo aliter habet, quam in

historia ecclesiastica, nonnulla placet adjicere. Postquam enim de magna apostolorum fide Eusebius disputavit, ita pergit: *οὐδὲν δὲ οἷον ἐκ περιουσίας καὶ τῷ ἐξ Ἑβραίων Ἰωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις·*

Ἰωσήπου περὶ τοῦ Χριστοῦ.

"*Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τἀληθῆ σεβομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτῶν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῶν ἀρχόντων σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μύρια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ ἀπέλιπε τὸ φῦλον.*" *Εἰ τοίνυν*, ita pergit Eusebius, *καὶ κατὰ τὸν ἱστορικὸν μαρτυρεῖται, οὐ μόνον τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, οὐδὲ τοὺς ἑβδομήκοντα μαθητὰς ἐξῳκειωμένους, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, πολλοὺς δὲ τοῦ Ἑλληνικοῦ προσαγόμενος, δῆλος ἂν εἴη περιττόν τι κεκτημένος παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως προσήγετο τοῦ Ἰουδαϊκοῦ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ πλείους, εἰ μή τισι θαυμαστοῖς καὶ παραδόξοις ἔργοις, καὶ ξενιζούσῃ κέχρητο διδασκαλίᾳ;* Præterea tertius locus est Eusebii in quo ad Josephi testimonium data optima opportunitate certe respiciendum sibi esse duxit, histor. eccles. i. 2. p. 25 sq. *ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος τοῦ Θεοῦ λόγος,—ἀρχομένης τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐπιφανεὶς, τοιαῦτα ἔδρασέ τε καὶ πέπονθεν, οἷα ταῖς προφητείαις ἀκόλουθα ἦν, ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ Θεὸν ἐπιδημήσειν τῷ βίῳ, παραδόξων ἔργων ποιητὴν, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διδάσκαλον τῆς τοῦ πατρὸς εὐσεβείας ἀναδειχθήσεσθαι, τό τε παράδοξον —— προκηρυττούσαις.* Neque jam a mala suspicione Eusebium mihi quidem liberant verba Bretschneideri *πάρεργον de testimon. Josephi* p. 61 sq. "Putasne Eusebium tam cæco impetu adversus Judæos abreptum fuisse, ut, qui tamen dubitationes adversus libros *divinos* motas non operuerit, hunc locum quamquam cognosceret, deesse illum in multis (imo: omnibus) codicibus, vel margini tantum esse adscriptum, pro vero venderet?" Nam quomodo, quæso, inde quod non sine quodam criseos studio libros sacros in certas

quasdam classes divisit Eusebius (vide quæ monui iii. 25. p. 172. sq.), colligi potest, eum esse liberum ab omni fraude? Quid tandem inde quod hunc illumve librum N. T. inter ἀντιλεγόμενα potius quam ὁμολογούμενα esse referendum statueret vel cum aliis orthodoxis vel solus Eusebius, religioni Christianæ damni et detrimenti poterat existere? Quid igitur ne dubitationes de hujus illiusve libri sacri αὐθεντίᾳ motas commemoraret, nostrum poterat impedire? Atque hac ratione vim suam amittere puto alterum quoque, quod cum Valesio nobis opponit l. l. Mœllerus, argumentum: "*Annon Eusebii ætate libri antiquitatum Josephi in omnibus bibliothecis visebantur, quibus prolatis, facillimum fuisset Eusebii fraudem convincere?*" Cf. Daubus. l. l. p. 195. "*Hunc itaque scriptorem* (Josephum) *Romæ statuam ob ingenii gloriam meritum, cujus libri in bibliotheca repositi sunt, ab ipso imperatore Tito subscripti, ne fraus subesset* (vid. Eus. H. E. iii. 10. Annot. p. 149. sqq.), *quisquam ausus esset interpolare?*" Bœhmert. p. 204. Quid vero? Christianos suam ipsius fraudem non detecturos et prodituros esse, facile confidere et a plerisque certe gentilium ac Judæorum fraudis ipsum non accusatum iri, non minus sperare poterat Eusebius. Et quotus tandem quisque est qui longe pejores et quæ facilius etiam possent detegi, fraudes commisisse veteres Christianorum doctores in Dei scilicet et Christi gloriam, nesciat? Vid. Lactant. Institt. divinn. iv. 15. 26. sq. "*His testimoniis quidam revicti* (?) solent eo confugere, ut aiant, *non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris conficta atque composita.* Quod profecto non putabit, qui Ciceronem Varronemque legerit, aliosque veteres, qui Erythræam Sibyllam, ceterasque commemorant, quarum ex libris ista exempla proferimus; qui auctores ante obierunt, quam Christus secundum carnem nasceretur. *Verum non dubito quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita sint, cum ea nemo tum intelligeret.*" Videas quoque, si placet, quanta impudentia detorserit et interpolarit versus Virgilianos Constantinus in orat. ad sanctt. cœt. c. xix. xx. et Vales. ad h. l. Adde locos quos ex Tertulliano, Hieronymo, Origene, Chrysostomo hac in causa laudarunt Moshemius in *dissert. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia* in Ejusd. *dissertt. ad histor. eccles. pertinentt.* vol. i. p. 202–209. et Münscher.

Handbuch der Dogmengeschichte t. iii. §. 39. 40. Præterea vid. I. Zimmermann. *apologia Socratis contra calumnias Aristophanis* in *Mus. Helvet.* t. vi. partic. xxiv. p. 515 sq. C. A. Beyer. *diss. de difficultate judicii super disputatione veterum ecclesiæ doctorum* κατ' οἰκονομίαν Lips. 1766. 4. §. 4. "κατ' οἰκονομίαν disputare dicuntur, qui in causam, quam tractant, omnia congerunt, quæ apta ad eam esse videntur, etiam falsa, ut commodis eorum, quibus consulere velint, prospiciant. *In ejusmodi disputatione patres* (certe sæpe) *nihil nisi victoriam spectant, ad quam omnia referunt: mendacio vero, an veritate; dolo, an vi; fraude an fortitudine cadat adversarius, nihil interest, modo cadat.*" Rœsler. *de variis disputandi methodis veteris ecclesiæ*, Tubing. 1784. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. iii. p. 466 sq. ed. ii. Herder. *Ideen zur Geschichte der Menschheit* t. iv. p. 64 sqq. ed. Johann von Müller. Adde Henke *neues Magazin* vol. ii. Fasc. ii. p. 638 sqq. J. Jahn. *Nachträge zu seinen theologischen Werken*, Tubing. 1821. Fasc. ii.: *Was hielten die Kirchenväter von der Accommodation?* Mœller. *de fide Euseb. C.* p. 67 sqq. et Tzschirner. *de claris veteris eccl. doctoribus Comment. prim.* p. xv. sq. Atque unde tam certo constat, Eusebii etiam ætate in *omnibus* bibliothecis visa esse Josephi opera, quamvis imperatorem Titum antiquitatum libros in bibliotheca reponenda curasse, Eusebio, Hieronymo et Nicephoro velimus credere, quod tamen haud scio an non magis verum sit, quam Titum ipsum sua manu Josephi libros descripsisse? Vid. Vales. ad Euseb. H. E. iii. 10. p. 150. sq. Sed unde, quæso, ut hoc repetam, noverunt VV. DD., in omnibus bibliothecis et vel Eusebii tempore reservata esse scripta Josephi? Certe quomodo illud inde pateat, quod Euseb. H. E. vi. 20. sese usum profitetur libris ex bibliotheca Hierosolymitana, quamvis cum Daubusio l. l. intellexerit Bœhmert. l. l. p. 204. sq. not. 94., equidem non intelligo. Neque enim dixit Eusebius, se Josephi antiquitates ex illa bibliotheca sibi parasse.—Neque vero illud nos offendere potest, quod omnes qui Eusebium secuti sunt, patres ecclesiastici Josephi testimonium ab illo interpolatum Josepho nihilominus vindicarunt, cum qui ætate illi essent propiores, quamvis nondum in omnes codices irrepsisset quod Josepho adsutum erat, tamen Josepho totum illud testimonium quale hodie habemus,

non potuisse non pro sua cogitandi ratione adscribere, si a Theodoreto discesseris (vide supra p. 876.), facile credi possit, seriores vero idem facere non dubitaverint probabiliter propterea quod eorum tempore vere certe in plerisque codicibus interpolatum Josephi testimonium legeretur. Præterea maxime meminisse debebimus eorum, quæ simili in causa disputavit Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* t. i. p. 188. sq. ed. ii.: "*Such an arbitrary tampering with another person's writing, which would pass into public circulation with its alterations afterwards, is quite unheard of and impossible in our days, because the multiplication of a manuscript by the press forbids it.——It was otherwise before the invention of printing—men thought they might allow themselves the most arbitrary alterations in transcribing a manuscript, because the subject was nothing more than a manuscript property, which they wished to acquire for themselves. But when manuscripts so altered were copied out again, without ever asking whether the original contained the pure text of the author, thus it was that altered copies imperceptibly came into circulation. How many chronicles of the middle ages, of which more copies than one are in existence, agree with one another in the particulars and sum of their contents? And how many complaints do we find in the fathers of the first centuries, of the wilful alterations made by owners and transcribers in their works published but a short time before.*" Vide quos laudat V. D., Dionysium Corinthium apud Euseb. H. E. iv. 24. *ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. Καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν, ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες.—Οὐ θαυμαστὸν ἄρα εἰ καὶ τῶν κυριακῶν ῥαδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.* v. 20. Origen. contra Celsum p. m. 79. *τινὰς τῶν πιστευόντων ὡς ἐκ μέθης ἥκοντας εἰς τὸ ἐφεστάναι αὐταῖς μεταχαράττειν ἐκ τῆς πρώτης γραφῆς τὸ εὐαγγέλιον τριχῇ καὶ τετραχῇ καὶ πολλαχῇ.* Rufin. præfat. in Origen. *περὶ ἀρχῶν.* Cf. Eichhorn. *Commentar. in Apocal.* vol. ii. p. 342. sq. ad Apocal. xxii. 18. sq. Ita equidem ego removeri posse puto quod objecit Bretschneider. l. l. p. 62.: "*Potuitne fieri, ut hoc additamentum, quod Origenes adhuc non cognoverat, in omnes codices* (post Eusebii quidem tempora ex nostra sententia, Bretschneidero contra de tempore Eusebii et Ori-

genis ætatem interjecto certe simul cogitante) *statim irreperet, ita ut neque Hieronymus, neque Sozomenus, neque Suidas, neque alii antiquissimi in codicem offenderent (?), cui hæc verba non inserta essent?"* Cf. Kuinœl. *spicilegium observatt. in epistol. Jacobi* p. 9. et *Commentar. ad Marc.* i. 27. p. 19. *ad Luc.* ii. 2. p. 304. ed. ii.

Sed addenda denique est ultima, quamvis, quantum novi, a nemine adhuc allata ratio, quæ suspicionem illam Eusebium interpolasse testimonium Flavianum, longe certiorem reddere videatur atque in eo sita est, quod Eusebius in histor. eccles. ii. 10. certe satis similem fraudem vere commisit, ut docebit *Excursus* ii. Quod enim ibi fecit Eusebius, cur non hoc etiam loco fecerit? Itaque illud certe evicisse mihi videor, quamvis ἐπαυτοφώρῳ Eusebium non potuerim deprehendere, tamen a mala illa suspicione interpolati testimonii Flaviani minime ita eum esse liberatum, ut qui illam interpolationem ei vitio vertat, idoneis argumentis carere censendus sit.

Placet jam addere nonnulla his quæ de *Josephi testimonio* disputavi. Inter eos autem qui totum illud testimonium supposititium esse censuerunt, præter eos quos commemoravi, referendi sunt Beckius in *observatt. historr. et critt.* p. 11. Lips. 1823. Korb. *Anti-Carus, oder historisch-kritische Beleuchtung der Schrift: Die natürliche Geburt Jesu von Nazareth. Nebst einigen Bemerkungen über das Zeugniss des Josephus von Christus.* Lips. 1831. p. 71. sqq. Cf. censor editionis meæ in *Jenaische Literaturzeitung* Juni 1833. N. 103. p. 337. sq. Lewitz. *quæstionum Flavianarr. specimen*, Regiom. 1835. p. 10. Jachmann. *Bemerkungen über die Kirchengeschichte des Eusebius* in Illgen. *Zeitschrift für die historische Theologie* 1839. ii. p. 40. not. 41. Contra acerrimus Flaviani testimonii *αὐθεντίας* defensor et vindex nuperrime exstitit F. H. Schœdel in libello quem inscripsit: *Flavius Josephus de Jesu Christo testatus. Vindiciæ Flavianæ*, Lips. 1840. Cf. Küchler. in Gersdorf. *Repertorium* a. 1840. vol. xxiii. Fasc. 4. p. 292. sq.

Sed a mea sententia qua et interpolatum esse Josephi testimonium et interpolatio ipsi Eusebio haud temere vitio verti

posse censenda est, quamvis de singulis quibusdam aliter nunc sentiam, ne Schœdelii quidem me etsi artificiosioribus etiam quam Bœhmertus, usi machinis demovere potuit disputatio. Quod enim ut potiora certe attingam, primum p. 8. ait Schœdelius: "diffictæ passim et corruptæ ab Eusebio Josephi sententiæ suspicio omnis fere eo tollitur, quod *illius ipsa verba, ut scripta sunt*, lectori sistere solet, ita ut neque comminiscendæ neque obtegendæ fraudis consilii nota superesse videatur ulla," illud quidem verum est, quod ipse annotavi ii. 8. Annot. p. 77. sq. (cf. Kimmel. *de Rufino Eus. interp.* p. 37. sqq.), Eusebium in aliorum scriptis citandis esse diligentissimum, sed ab omnis fraudis suspicione nullo modo eum liberat, quippe quæ non solum eo contineatur quod commune hoc erat veteribus Christianorum doctoribus per complura secula fraudes pias in majorem scilicet Christi rerumque Christianarum gloriam committendi vitium (cf. supra p. 882.), sed etiam eo maxime confirmetur quod non abstinuisse Eusebium simillima fraude demonstravi in Excurs. ii. Frustra autem, ut priorem rationem refellat, Schœdel. p. 15. ita disputat: "Neque inde, quod inter apologetas fuerunt, qui raptis captis undequaque argumentis rem gerere suum ducerent, quomodo appareat videmus, nullum veritatis divinæ defensorem ab isto more plane liberum fuisse, aut Eusebium, pro vindicanda religione Christiana pugnantem ab eo sibi temperare *uno* certe loco *non potuisse*." Apparet enim, credo, non id agi, ut demonstretur, *fieri nullo modo potuisse quin* Flavianum testimonium interpolaverit Eusebius, sed *fieri facile potuisse ut* interpolaret, atque haud improbabile illud esse. Quæ autem p. 9. sqq. scripsit V. D., ut fraudem quam ii. 10. commisit Eusebius, minuat et tam levem adeo esse demonstret, ut, si cum testimonii Flavianii interpolatione comparetur, fere nullam esse appareat, ea vel propterea nullam plane vim habent, quod secum ipsa pugnant. Nimirum "probe animadvertendum est," inquit Schœdel., "eum (Eusebium) *omisisse* tantum, *quæ aderant verba*, neque vero *intulisse, quæ non inessent*, præter unam vocem *αἴτιον*. *Neque hic sententiam Josepho affinxit, ad quam enuntiandam aliis quam Flavianis verbis opus fuisset. Negari nequit, sensum loci inflexum et distortum esse.*" Cf. §. 4. p. 12. p. 15. Ergo *αἴτιον* quoque apud Josephum

legitur? Et verba Josephi, ἐπὶ σχοινίου τινὸς non omisit Eusebius? Et qui decurtat scriptoris locum, quod fecisse Eusebium quamquam iterum secum pugnans p. 11. not. 10. concedit Schœdel., eum non corrumpit? Imo ille Josephi locus etiam corruptus et depravatus est ab Eusebio. Sed etiam plane incredibilia fingit Schœdel. Fieri enim posse ut non ex ipso Josepho hauserit illa Josephi verba sed ab alio mutuatus sit Eusebius, aut ut et angeli Lucæ memor et plurimorum quæ in libris sacris angelorum interventu effecta esse narrantur malorum, simulque voce ἄγγελον invitatus atque irretitus, Judæi quem transscriberet, oblivisceretur et velociori ejus calamo sententia evangelica excideret, *præconis nomini angeli notione substituta,* quamquam Judaicam accurate et candide retulisse sibi videretur! Ista profecto ejusmodi sunt, nulla ut egeant refutatione, nec vero minus falsum est quod credidit V. D. (p. 9.), illo uno loco fraudem levissimam illam quidem commisisse Eusebium. Vid. i. 5. ii. 11. Jachmann. l. l. p. 35. sqq. p. 38. sqq. "*Not content with this, Eusebius allows himself to be guilty of open forgeries in the text, just to set before his readers a show of agreement between the New Testament and the historical account of Josephus, where in fact it has no existence.—So in i.* 9, *where he is speaking of the banishment of Archelaus, after his ten years reign, he has not the slightest hesitation in foisting the words* ἅμα Λυσανίᾳ *upon Josephus—because this Lysanias is said by Luke* (iii. 1.) *to have been Tetrarch of Abilene, though history knows no such person,* (*v. Tacit. Hist. v.* 9.), *and Josephus, who gives us all the particulars of the family of Herod,* (*Arch. xviii.* 7.), *says nothing about him. And yet Eusebius with the greatest coolness* (*not to say shamelessness*) *ventures to boast of the agreement of Josephus and the Gospel in this very place.*" Cf. *Jenaische Literaturzeitung* Juni 1833. Nr. 101. p. 322. sq. Neque fraudis faciendæ causam vel occasionem defuisse Eusebio quisquam credet Schœdelio (p. 18. sqq. p. 21. sqq.) nisi qui aut eam de Flaviano quale hodie habemus, testimonio opinionem cum Schœdelio sibi informet, ut revera nullam plane vim habeat ad religionis Christianæ veritatem confirmandam, de quo postea breviter dicendum est, aut qui propterea quod, qualecunque illud est, *nos* sane facile eo carere possumus (cf. Hase *das Leben Jesu* §. 9.), etiam Eusebium illi nihil tribuere

debuisse existimet (cf. quæ scripsi supra p. 879. sq. et Wheloci Waltherique dicta apud Schœdel. p. 19. not. 1.), aut denique sermonis vanitati aut fraudi nullum locum Eusebii ætate cum aliis Christianis tum ipsi superfuisse putet propterea quod illa ætate "*effugerant tempora, quibus ecclesiæ Christianæ pro loco focoque pugnandum erat*" (p. 19.). Silentio autem Justini Martyris, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Photii non effici ut Flaviani testimonii *αὐθεντία* recte impugnari possit, quemadmodum facile credo Schœdelio (p. 26–30. p. 33–35.), ita idem vellem demonstrasset de Origenis silentio §. 9. Cum enim Origenes adv. Cels. i. p. 35. Josephum *ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ*, in commentariis autem ad Matthæum p. 223. *τὸν Ἰησοῦν οὐ καταδεξάμενον εἶναι Χριστὸν* dicat, nemo non statuendum sibi ducet quod duxit Korb. *Anti-Carus* p. 72. "*That none of the fathers say any thing of the testimony of Eusebius, cannot be considered a certain proof of its forgery—because the negative argument from omission is never to be depended on. But when Origen expressly asserts that Josephus did not believe Jesus to be the Messiah—this is a direct proof, that at all events he had not found the words ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν in his copy.*" Cf. supra p. 860. 879. Quid autem contra Schœdelius? Scilicet "non scripsit (Origenes) *ἀποκρύπτων τὸν Ἰησοῦν εἶναι Χριστὸν* sed *οὐ καταδεξάμενος*, neque *ἀγνοῶν τὸν Ἰησοῦν ὡς Χριστὸν* sed *ἀπιστῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ*. *Reprehendi igitur Josephus, qui Mosi non valedixerit Christum secutus, et ab eo potuit, qui de Christo testatum ipsum legerat*" p. 32. cf. p. 31. p. 24. not. 3. Hæc vero quam vana sint, inde primum intelligitur quod Origenes si ita distingui voluisset verba, ut distinguere placet Schœdelio, nec tamen quidquam addidisset quo, quamvis Josephus non pro Messia haberet Jesum, tamen de eo tanquam Messia locutum esse admoneremur, ineptissime et perversissime scripturus fuisset, deinde quod nihil tale additurum fuisse Origenem eo minus est credibile quo magis Josephus si non *κατεδέξατο Ἰησοῦν εἶναι Χριστὸν* et tamen non *ἀπέκρυπτε*, reprehendendus videri debebat. Accedit quod parum recte Origenes a Josepho Jesum non pro Messia habitum esse statuisse censendus foret, siquidem revera eum pro Messia suo quidem sensu habuisse Josephum Schœdelius arbitratur, ut mox videbimus. Quod denique in appen-

dice §. 11. p. 35. sqq. probare conatur V. D., Josephi exempla ante Eusebium *dolosa manu augeri* non potuisse, illud equidem facile possum concedere, quippe qui ante Eusebium depravatum Josephi locum esse quamquam alia ratione et consilio ipse negaverim, sed Eusebium ab interpolati testimonii suspicione ne iis quidem liberavit quæ p. 18. sq. scripsit: "Ac si locum nostrum Eusebiana arte concinnatum dicere velimus, *pauca* illo tempore Josephi librorum exemplaria aut *unum* modo exstitisse existimandum est. Quod quam absonum sit, quisque videt. Nam quum Romæ Josephus, et in usum eorum scripserit, qui Græce docti essent, quumque patres et Asiatici et Africani ad ejus libros, ut satis notos, provocarint, sequitur, *totum per Occidentem*, [?] ex quo editos, *et Orientem* [?], in quo lectos novimus, non solum eorum notitiam, sed et ipsos fuisse divulgatos. Sed nonne fortasse librarii, quorum major numerus e Christianis fuit, simul atque in locum nostrum, ubicunque perscriptus fuerit, inciderunt, cupide arreptum, Josepho inserere suum duxerunt, ita ut brevi, quotquot exstarent Josephi, donati hoc apice, cornuti circumferrentur? *Verum neque apud Judæos neque apud gentes eâ re gratiam se inituros aut eorum vigilantiam illusuros esse sperare poterant.* Rectius illud seriori tempore et post commune literarum naufragium fieri potuisse dixerimus. *Josephus igitur, et scriptis per totum imperium sparsis notior, et omnium oculis in ipsum intentis exploratior fuit, quam cujus diffingendi aut augendi absque fraudis notâ consilium saniorem in mentem venire potuisset. Quis enim fraudem intendat, multo faciliorem detectu, quam contextu?* Et profecto, si quid insit in commentis fraudulentis, quod fidem fallat lectorum, plus inesse in majoribus quam minoribus, id libros falso nomini falsæve ætati supponendi studium testatur omne. *Dubium non est, quin Eusebius, sive finxisset locum, sive interpolasset, prius, quam post secula, falsi convictus malo auso excidisset.*" Cf. p. 21. p. 15. His enim minime refutantur quæ ego disputavi p. 884. et si magis memor fuisset Schœdelius eorum quæ præeunte Eichhornio l. l. scripsi, longe facilius ante inventam artem typographicam insititiis additamentis augeri potuisse libros quam post eam, intellexisset. Et num, quæso, detectæ sunt omnes antiquæ antiquo tempore fraudes? Num

a quoquam Eusebio antiquioribus temporibus objectas esse novimus alias fraudes quas Jachmannus potissimum l. l. notavit? Et num minor est quam his ipsis fraudibus committendis probavit Eusebius, audacia? Cf. supra p. 887. Sed sartum tectum conservaturus Flavianum testimonium Schœdelius illud præterea efficiendum sibi esse vidit, ut ad unum omnia quæ de Jesu testatus esse Josephus hodie perhibetur, potuisse commodo eum quamvis Judæum testari appareret. Itaque ad *interna* argumenta accedens p. 42. sqq. non solum ea fere §. 13. p. 48. sqq. repetit, quæ de ingenio et moribus Josephus Bœhmertus et alii exposuerunt, fuisse eum historicum fide dignissimum, veritatis amantissimum, a partium studio et vehementiore Christianorum odio alienissimum, Pharisæorum minime studiosum (add. Stæudlin. *Geschichte der Sittenlehre Jesu* t. i. p. 427. sqq. cf. supra p. 864.), et frequentiorem fuisse Christi notitiam, quam quæ a Josepho ignorari aut præteriri potuerit (§. 15. p. 56. sqq.), sed etiam conjicit, Josephum cum antea, quippe qui "*ut naturam fautricem habuit in tribuendis ingenii dotibus, ita incuriosam nactus est in voluntate stabilienda et imbecillam ad contemnendam vitam*" (p. 43.), *mortis periculo proxime instante, necessitatis vi fractus* in Vespasiani tanquam Messiæ gratiam interpretatus esset χρησμὸν illum ἀμφίβολον de quo v. Joseph. B. J. vi. 5, 4. iii. 8, 9. coll. Tacit. H. i. 10. v. 13. Sueton. Vesp. c. 4. Euseb. H. E. iii. 8. conjicit igitur, Josephum *mutata de Messia post excidium Hierosolymorum sententia et ab expectatione regis prævalentis avocata, aureæ ætatis a Messia exspectandæ bona, jam aliter sibi informanda, in præteritis quæsivisse*, prophetarum vaticiniis *unius* Jesu dicta, facta et fata *plenius* respondere sibi persuasisse, denique Jesum habuisse et declarasse *pro Messia, a prophetis prædicto, præter quem novus aut alius non esset exspectandus*. (p. 43–45.) Neque tamen Christianorum qui Jesum Dei instar venerarentur, Josepho *qui totus mersus erat disciplina Judaica*, placuisse sententiam et *non Christianorum* sed *suum Messiam, suo sensu* Jesum habuisse (p. 45.). Sed ista si non sunt perplexa, contorta, repugnantia, quid sit, nescio. Josephus enim ante excidium Hierosolymorum, cum nondum exsules facti Judæi nationum in numero esse desiissent, *plenus erat vulgi Judæorum exspectatione de rege potenti*,

reipublicæ Israeliticæ nova incrementa addituro, ad Vespasianum autem tanquam Messiam Χρησμὸν ἀμφίβολον mortis tantum imminentis metu perculsus transtulit nec vero ex animo pro Messia Vespasianum habuit (p. 43.). Unde igitur tandem repentina illa mentis Josephi commutatio exstitit? Quomodo tandem fatale illud Hierosolymorum excidium non id, quod consentaneum erat, ut cupidius etiam exspectaret Josephus Messiam, ad novam gloriam, potentiam, magnitudinem evecturum Judæos, sed potius illud effecit, ut de quolibet Messia adventuro desperaret! Et si Jesum vere pro Messia, a prophetis prædicto, præter quem novus aut alius Judæorum Messias non esset exspectandus, haberet, quomodo tandem ille disciplina Mosaica totus mersus et germanus Judæus usque ad vitæ finem fuerit (cf. p. 54. p. 55. not. 5.), qui potius nec Judæus nec Christianus esset? Quanquam ne Jesus quidem tanquam Judæorum Messias satisfecit delicatissimi fastidii Josepho. Nam p. 45. Schœdelius etiam hæc addit: "Quamquam, quæ vera fuerit Josephi de Messia spes, ignoremus, tamen inde, quod nullius meminit, per quem disciplinam Mosaicam consummatam, suæque nationi felicitatem neque augendam amplius neque interituram unquam ostensam certe et oblatam esse ipse crediderit, *desideriis suis, quælibet fuerint, eum excidisse*, recte concludimus. Sed quum βεβαιὸν τὸν προφητικὸν λόγον haberet, *lapsæ spei collecta fragmina, tranquillato animo*, [?] *sedatoque nimiæ et falsæ exspectationis tumore*, ad *Jesum* retulit, *ne omnem spem perdidisse sibi videri deberet, nec habenda prophetis fides prolaberetur*." Et p. 49. *plures* tantum *Messiæ notas*, non omnes, *Jesu convenisse* Josephus credidisse dicitur. Is vero Josephus veritatis amans fuerit, aut si fuit, Jesum τὸν Χριστὸν simpliciter appellaverit, quin etiam, num vir an deus dicendus sit, dubitaverit? Credat Judæus Apella, non ego! Itaque vix est quod, quantopere singula testimonii Flaviani verba etiam Schœdelius p. 59. sqq. §. 16. premat et torqueat, edisseramus, illud autem tacere non possumus, secundum Schœdelium (p. 62.) discrimen inter εἴγε et εἴπερ de quo p. 872. sq. dixi, *linguæ* quidem *genio convenientius esse*, sed *testantibus lexicographis* (??) secundum *loquendi usum* εἴγε significare *si modo, si quid*, εἴπερ vero *siquidem, quoniam*. Scilicet excogitavit quidem et finxit inge-

niose Hermannus *ad Viger.* p. 833. sq. discrimen illud, loquendi autem consuetudine nullo modo comprobatur! Quamvis autem cupidius negare nolim, quod Schœdel. minime probavit, *Josephum* non accuratius distinxisse εἴγε et εἴπερ sed illud cum hoc confudisse, et quamvis per illud εἴγε dubitare potuerit Josephus, num homo an Deus dicendus sit Jesus, quomodo tandem conveniunt proxima verba *ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων*? Igitur quia Jesus admirabilia fecit, homines cupide vera accipientes instituit, nesciverit Josephus, hominis an Dei appellationem Jesu tribueret?[a]) Quæ autem præterea opponit nostræ sententiæ Schœdel. p. 65. sqq. p. 70. not. 18., si a Christiano interpolatum esset Flavianum testimonium, eum longe plura additurum fuisse, nec Christi nomine locum carere posse, quippe qui ad deducendam Christianorum et gentis et nominis originem compositus sit, et miserabilem fore loci amputati faciem, ea ipsa, credo, non difficilem habent refutationem. Nam ab Eusebio si Josephi testimonii interpolatio profecta est, eum recte potest existimari prudentius cavisse, ne justo plura affingendo fraudem ipse *nimis aperte* proderet, Christi autem nomen cur necessario addendum fuerit, id quod etiam censor editionis meæ in *Jenaisch. Literaturzeitung* Juni 1833. Nr. 103. p. 337. sq. censet, cum Judæi per se facile intelligerent, a quo Christiani dicti essent, gentiles autem ne addito quidem solo Christi nomine satis perspicerent, non video, plura autem quam de Jesu scribere Josephus vel *voluit* vel *potuit* (cf. quæ ipse Schœdel. §. 19. p. 79. sqq. de brevitate loci non damnanda disputavit), cur scripsisse velimus Josephum, qui nec de Johanne baptista et Jacobo *multa* scripserit, non magis video.

[a] Nimirum hoc minus etiam est ex Schœdelii opinione quam si vim quandam humana majorem tribuisset Jesu Josephus, qui Antiqq. iii. 15, 3. de Mose profiteatur: *καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τεκμηρία τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ δυνάμεώς ἐστιν*, Antiqq. ix. 8. 6. Elisæum prophetam *δύναμιν θείαν μετὰ τὴν τελευτὴν ἔτι* habuisse affirmet, et B. J. vi. 1. 8. *τὸ πλῆθος* in Juliano centurione *οὔτε τὴν ἴσχυν οὔτε τὴν τόλμαν ἀνθρωπίνην* fuisse credidisse referat. "Nam, inquit V. D. p. 60., qui vi divina, *quod ne dixit quidem ille*, prophetarum instar instructus mirabilia patrat, etiamsi superius quid natura humana assumserit, sive acceperit, quod, *quo verbo insigniendum sit, nesciamus*, tamen homo est."

EXCURSUS II.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. II. 10. p. 103.

Utrumque fieri potuisse, ut et bubo supra caput Agrippæ et ex alia parte angelus eidem appareret, illud quidem, credo, Valesius nunc nemini facile persuadebit. Recte potius Mœller. *de fide Euseb.* p. 69. "*Haud*," inquit, "*difficile est divinatu, quomodo hic angelus Eusebio subierat; addiderat enim Josephus, Agrippam istum bubonem tanquam exitii sui nuntium* (ἄγγελον) *spectasse* —— *Hinc angelum suum mutuatus est Eusebius, invitantibus fere duabus rationibus, primum autoris proclivitate ad prodigia ubique reperienda, deinde vero necessitate, quæ certe Eusebio adesse videbatur, narrationem Josephi cum verbis Lucæ eadem de re* —— *conciliandi.*" Quæ quidem verissime Mœllerus monuit. Cf. quæ annotavit Valesius ad Eus. H. E. i. 5. Annot. p. 22. et ipse i. 7. p. 30. iii. 37. p. 198. sq. Adde v. 3. πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον, ex quo loco solo cum maxime refellitur opinio Kestneri *de Eus.* p. 69. contendentis, Eusebium nullo loco miracula post Christi et apostolorum tempora in ecclesia adhuc facta esse *ipsum* referre, sed semper *alios* illa miracula referentes inducere. Neque Kestnerus et Mœllerus hunc insignem locum Eusebii laudaverunt. Præterea vero de illa in miraculorum perpetuitatem fide quam cum gravissimis non minus quam levioribus patribus tenuerunt plures Theologi, accuratius inter se conferre haud inutile erit Ammon. *biblische Theologie* t. ii. p. 340. p. 346. sq. ed. ii. Kant. *Religion innerhalb der Gränzen der blossen Vernunft* p. 118*. ed. ii. Schleiermacher. *der christliche Glaube* t. ii. p. 283. Neander. *allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirche* t. i. p. 95. sqq. Sed ut redeam eo de quo nunc agendum est, ipse Mœllerus ex mea quidem sententia non minus lapsus est quam Valesius, in iis quæ statim subjecit: "*Equidem omnium minime tale alius*

autoris verba temperandi vel detorquendi potius (imo interpolandi, ut suo rem recte appellavit nomine Valesius) *studium excusaverim ; ab altera tamen parte iniqui me judicis personam subiturum existimarem, si hujus loci causa, in quo solo quantum meminerim* [?], *a sinceritatis via paululum deflexit noster, eum doli mali aut piæ fraudis commissæ postularem.*" Quomodo enim tandem, quæso, alio nomine illud appellari potest, quod h. l. fecisse Eusebium ipse Mœllerus concedit, nisi malæ neque vero piæ sed impiæ fraudis nomine? An a sinceritatis via vel transversum unguem discedere, nulla fraus est? Et num quamvis *hoc uno loco* et *semel* ejusmodi crimen commisisset Eusebius, inde sequeretur, hoc non esse crimen? Quocirca neque hæc vere disputavit Mœllerus, neque ea, quæ præterea commentatur l. l. p. 70., sine magna quadam cautione legenda puto, hæc: "*Quando autem mihi in memoriam revoco, quam cito et late quarto seculo hoc malum serpserit, quantorumque virorum, Athanasiorum, Basiliorum, Chrysostomorum, animos occupaverit, Eusebium, qui eo se contaminari haud passus est, non possum non laudare, nobisque in ipso fidum et bonæ notæ historicum datum esse, gratulari. Si quid igitur ab eo perperam exhibitum occurrit, ab aliis fontibus, non vero a fraude scriptoris est repetendum.*" Verum quidem est, Eusebium esse historicum fidum et bonæ notæ, aliis historiæ ecclesiasticæ scriptoribus longe præferendum, sed pessima illa quarti seculi consuetudine neque eum plane abstinuisse, si non ea quæ *Excursu* i. disserui doceant, iste ipse certe Josephi locus perperam ab eo interpolatus docet. Num enim adsunt forte alii fontes, de quibus Mœllerus cogitat, unde textus Flaviani corruptionem fluxisse probabile sit? Imo ipse V. D. bene nobis antea illos fontes aperuit, proclivitatem Eusebii ad miracula et necessitatem quæ certe ei adesse videbatur, Lucam cum Josepho et Josephum cum Luca conciliandi. Hinc Eusebius, ut ipse Mœllerus l. l. scripsit, *bubonis* nomen ex Josephi textu expunxit et *angeli* (una cum sequenti voce *αἴτιον*) in ejus locum suffecit. Neque igitur dici potest Eusebius Josephi locum male perspexisse et interpretatus esse, quod Mœllerus quamvis secum ipse dissentiens, tamen eo quod Eusebium Josephi verba simpliciter *detorsisse* dixit, significare voluisse et credidisse videtur. Nam quis, quæso, Eusebium tam imperitum

linguæ Græcæ, tam infantem in aliorum verbis explicandis fuisse opinetur, ut Josephi verba clarissima et cum maxime perspicua non perspiceret? Contra si quis Eusebium detorsisse dicat Josephi verba ita, ut eo illum quamvis quomodo Josephi locus sit interpretandus, optime perspexisset, tamen quo Josephus cum Luca et Lucas cum Josepho conciliaretur, in hunc de industria atque admotis interpretandi machinis eundem sensum intulisse significare velit, qui inest in verbis Lucæ, respondeo primum, vel sic a fraudis crimine non posse absolvi Eusebium, ut non potest Constantinus M. Virgilii versus in alium sensum traducens et detorquens in orat. ad sanctt. cœt. c. xix. xx. (cf. *Excursus* i. p. 882 ext.), deinde vel hoc nego posse statui, cum nullo modo detorqueri quisquam possit tantum dici alius verba, qui vel pro iis alia substituit vel alia demit, neque Constantinus M. l. l. tantum detorserit in alienum sensum Virgiliana carmina, sed etiam interpolaverit et corruperit, siquidem Saturni nomen simul probabiliter in uno versu expunxerit. Vid. Valesius ad Constantin. l. l. c. xix. Neque vero librario tribui posse interpolationem Josephi, recte affirmavit Strothius, cum ipse Rufinus verterit: *Donec respiciens paulo post imminentem atque insistentem capiti suo viderit angelum, eumque sensit continuo exitii sui ministrum.* Præterea Eusebii lectio exstat apud Steph. Venet. (Reg. Maz. Med. Fuk. Ion. etc.), neque, quin Niceph. Cph. Cast., qui Josephi lectionem habent, ex hoc ipso illam hauserint, potest dubitari. Conjectura enim Strothii, Nic. Cph. Cast. lectionem ab ipso Eusebio altera vice historiam ecclesiasticam edente profectam esse, quamvis V. D. eam non ipse Rufini auctoritate motus rejiceret, neque per se illa esset satis improbabilis, tamen vel eam ob causam non posset stare, quia bis Eusebium historiam suam edidisse, sine ulla idonea ratione statuit Strothius, ut ostendere conabor in *Excursu* xv. Itaque illud stare ac manere censeo, Eusebium h. l. malæ fraudis, quam commisit, crimine haud posse absolvi. Neque igitur rectius Kestner. *de Euseb. auct. et fide dipl.* p. 67. §. 56. 57. illud tantum concessit, *piæ culpæ* interdum reum factum esse Eusebium sed *piæ fraudis* eum accusari posse negavit, et quamvis non ea qua Flavianum testimonium audacia hunc Flavii locum corruperit Eusebius, tamen vel sic quo modo

testimonium Flavianum interpolare potuerit additis quæ addenda erant, vocabulis, longe facilius intelligitur.

Restant autem jam nonnulla alia, de quibus paulo plura monenda videntur. Ac primum quidem, quod Lucæ et Josephi narrationem mirum quantum inter se convenire ac quasi conspirare scribit Eusebius verbis: *θαυμάσαι δ' ἄξιον τῆς περὶ τὴν θείαν γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῷ παραδόξῳ συμφωνίας, τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν*, illud quomodo accipiendum sit, jam satis constat. Ut enim hoc recte monuerunt Lucæ interpretes, in eo haud pugnare Josephum cum Luca, quod ille legationem Tyriorum ac Sidoniorum (Act. xii. 20.) non commemoravit, quod hic acclamationis a plebe factæ causam a vestimenti regii admiratione, ille ab orationis dignitate motam indicare videtur, quod denique aliud morbi Herodis genus Lucas, aliud Josephus narravit (vid. Ranisch. *commentatio de Lucæ et Josephi in morte Agrippæ consensu*, Lips. 1745. 4. cf. Kuinoel. *Commentarius in Acta apostolorum* p. 425. 428. 432. ed. ii. Lips. 1827.), ita ab iisdem illis interpretibus eos, qui præeunte Eusebio Lucam ac Josephum in eo conciliare voluerint, quod ille statim post plebis turpiter adulantis acclamationem *ἄγγελον πατάξαι* Herodem (Act. xii. 23.), hic bubonem tanquam imminentis ei mali nuntium Herodi apparuisse tradat, operam atque oleum, ut aiunt, perdidisse satis demonstratum est. Cf. Kuinœl. l. l. p. 429. ext. p. 430. init. At enim vero in alio quodam genere ipsi interpretes non satis conveniunt. Quæritur enim præterea, utri in illo ipso, in quo frustra conciliare eos plures voluerunt, fides habenda sit, Lucæne an Josepho. Josephi quidem narrationem omnem præeuntibus Lardnero *Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte* p. 34., Heumanno, Michaeli, Moro, aliis, fabulam redolere censet Kuinœlius l. l. p. 429., sed equidem ego me Josephum plane falsam rei rationem tradidisse minime pro certo habere non possum non profiteri. Primum enim quod statuerunt Lardnerus et alii, Josephum suam narrationem finxisse, recte rejicit ipse Kuinœlius l. l. propterea quod Josephus, Agrippæ laudator, eam potius omisisset quam retulisset. Quod si recte statuitur, ut statuitur, quomodo tandem V. D. possit censere Judæos, Herodi infensos, *quod ratam habuisset acclamationem adulatoriam*, illam de bubone narrationem excogitasse, Josephum

vero eam attulisse, qui et alias hujusmodi fabellas commemoraverit, *ut opus suum lectoribus superstitiosis commendaret*, equidem non perspicio. Iratos fuisse Judæos Herodi ob illam causam, satis puto improbabile. Nonne enim ex ipsius Lucæ narratione videmus, quam turpi adulatione Judæi Herodem suum prosecuti sint? Vid. Actor. xii. 22., ubi δῆμος sine causa interpretatur Kuinœlius de solis gentilibus, cum tamen nihil plane addiderit Lucas, quod ne de Judæis etiam cogitemus, suaderet et postularet, quos præterea Josephus pro Agrippæ salute preces fudisse et ob ejus vitæ discrimen maxime doluisse refert. Vid. Euseb. H. E. ii. 10. διῆλθε λόγος εἰς πάντας, ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι παντάπασι (Ἡρώδης) μετ' ὀλίγον. Ἡ πληθὺς δ' αὐτίκα σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα τῷ πατρίῳ νόμῳ, τὸν Θεὸν ἱκέτευον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, οἰμωγῆς τε πάντ' ἦν ἀνάπλεω καὶ θρήνων. Sed fac, fuisse aliquam Judæorum iram propterea quod non sprevisset Herodes malam illam adulationem, coortam, quid tandem illos poterat commovere, ut Herodis mortem non qualis vere acciderat, sed insititio illo de bubone additamento depravatam proponerent? An hoc ipso forte graviorem a deo pœnam Herodi illatam esse, apparebat? Hoc sane si illa Josephi narratione probaretur, eam male fictam esse a Judæis, ut suspicaremur, posset suadere. Sed minime probatur hoc Josephi narratione. Neque vero cur Judæi ipsi suæ iræ, quam fuisse conjicit Kuinœlius, haud satisfactum esse crediderint tam acerbo vitæ exitu quem reapse habuit Herodes (σκωληκόβρωτος ἐγένετο), satis intelligo, neque quamvis illud de quo agitur, dare velim Kuinœlio, cur tandem deinde Josephus narrationem suam retulerit, liquet. Quid enim? Nonne Josephus fabellam illam quamvis a Judæis fictam tamen eandem ob causam quam Kuinœlius ipse attulit, ut probaret non fictam esse a Josepho narratiunculam istam, id est, propterea quod erat laudator Agrippæ, omisisset potius quam retulisset? Nam quod dicit V. D., Josephum eam retulisse, ut opus suum lectoribus superstitiosis commendaret, hoc vero equidem ei non possum concedere, nisi Josephum scriptorem esse omni fide indignum ostenderit. Sed de Josephi ἀξιοπιστίᾳ vid. *Excurs.* i. p. 864. sq. cf. quæ observavi ad Euseb. H. E. i. 6. Annot. p. 27. ubi simul monui, quanti fecerit Eusebius noster Josephum, unde

ille nec de fide in illa narratione de qua agitur, Josepho habenda vel leviter dubitat. Et profecto in illa ipsa narratione quid insit ut eam plane fabulosam esse credam necesse sit, invenire non potui. Rex Agrippa Romæ educatus et superstitione gentili probabiliter non plane liber (cf. Kuinœl. l. l. p. 410. 412.), ex apparitione bubonis malum sibi significari alio prædicente temere credit, et deinde vere accidit, ut viso bubone tanquam mali nuntio (cf. Ovid. Metmph. v. 549. Sueton. Tiberius c. xiv. Vitellius c. ix. Ælian. V. H. ii. 31. Plutarch. Brutus c. xxxvi. sq. Romulus c. ix.) vehementer perturbatus et aliis causis præcedentibus ac subsequentibus in graviorem morbum incideret atque diebus quinque post etiam periret. Quidni hæc certe in illa Josephi narratione esse possint vera, quamvis alteram similem ab eo relatam Antiqq. Jud. xviii. 8., e majori ejus laudandi regem cupiditate profectam velimus credere, quam vero cupiditatem ita certe vicit veritatis quo tenebatur amor, ut nec tristissimum regis casum occultaret, quem fuisse negare recte non poterat?

Sed his expositis addere jam nonnulla placet de narratione Lucæ. Ac primum quidem facile largior, quod contendit Kuinœlius l. l. p. 430. sq., ex naturali causa mortem Herodis repetendam esse. At enim vero non distinxit V. D. eam sententiam, cui probabiliter *Lucas* favebat, ab ea, quam *nos* recte et jure nostro habere nobis posse videmur. Hinc temere etiam, ut mihi quidem videtur, vituperat V. D. Storrium, qui in *dissert. exeget. in librorum N. T. historic. aliquot loca* inserta *Opuscc. Academm.* t. iii. p. 188. opinetur, Herodis ægrotationem et mortem referendam esse ad alia divinitus *extra ordinem* illatæ ægrotationis et mortis exempla a Luca relata (xiii. 9. sq. v. 5. sq.). Bene enim vidisse puto Storrium, *Lucam* illo loco Actorum miraculosum rei eventum narrare, quidquid de ipsa Lucæ sententia statuant *alii*. Cf. Keil. *Elementa Hermeneutices N. T.* Latine reddita ab Emmerling. p. 185. Similiter ipse Eusebius quin miraculum narret Lucas, non dubitat, quod satis significant ejus verba καὶ ἐν τῷδε παραδόξῳ et quod eodem modo quo Lucas παραχρῆμα angelum Dei percussisse Herodem narrat. Quæ quidem ipsa verba quamvis Lucas alibi ubi ab angelo aliquid effectum esse scribit, miraculosum quoddam eventum semper in mente minime habuerit, eum

sane vel naturales effectiones ex ætatis suæ notionibus angelorum interventu accidisse alias posset credere (vid. Pœlitz. *de gravissimis Theologiæ seriorum Judæorum decretis* p. 31–37. cf. Kuinœl. l. l. p. 430. ext. p. 431. init. p. 187. sq.), tamen Lucam hoc loco cogitasse de miraculo, ex quo statim in ipso theatro Herodes mortuus sit, non minus ostendunt (vid. Keil. l. l. p. 184. Paulus *Commentar über das N. T.* t. iii. p. 179.: "*From this word* (παραχρῆμα), *as from* εὐθέως, *so often met with in the evangelists, the explanation of the fact by miracle would be an irresistible consequence—if St. Mark did not place a day and a night between,*" quam magnum quoddam ejus, quod sæpe prodit et vix possit plane negari, miraculorum studium confirmat. Cf. Rœhr. *Briefe über d. Rationalismus* p. 271. sq. Hinc ipsa illa tripartita fontium e quibus Lucas narrationes suas duxerit, divisio a Kuinœlio l. l. *Prolegomenn.* p. xv. §. 4. p. xxi. ext. proposita (cf. Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* t. ii. p. 30. sqq.) haud scio an ita recte dilatetur et amplificetur, ut Lucam interdum etiam, si plures fontes ei essent reclusi, ex iis lubentius hausisse putemus, qui miraculosa quadam ratione aliquid evenisse affirmarent. Vid. Paulus l. l. p. 624. sq. ad Luc. xxii. 43, 44: "*An internal evidence of the genuineness of these verses,* 43, 44, *is the readiness with which St. Luke in the Acts of the apostles also follows those narrators who had explained certain unexpected events by the interposition of angels. These angelic appearances, which have been remarked by others as peculiar to St. Luke, do not appear to have originated in any habit on his part of inventing them in the first instance, to give a character to his history, but only because he thought them, according to his own taste, the best explanations that could be given, and therefore preferred them, when a choice was offered, to other simpler views of his authorities, with less admixture of this supernatural causation. In this place for instance, that the fact—Jesus was unexpectedly strengthened—and the judgment upon it—an angel came to aid the weakness of his body—are to be widely distinguished from each other, is self-evident. But whether there was any external ground at all for this judgment, or whether it arose entirely from his own mode of connecting cause and effect; 'there was a sudden and unhoped for change, it must therefore have pro-*

ceeded from a supernatural cause, ad locum Actorum addendum esset, *from a supernatural, sudden, and instantaneous cause*,' *cannot be determined.* (in loco Actorum facilius quod Herodes σκωληκόβρωτος factus est, illius judicii causam fuisse intelligatur. Cf. Barthol. morb. bibl. 23.). *We have no knowledge at all from whom Luke borrowed this anecdote* (*!*) *peculiar to himself.* Cf. Paulus l. l. t. i. p. 9. *Angelic appearances were certainly the last means of explaining miraculous effects, not for Luke only, but for many others also. St. Luke therefore probably adopted those traditions which tallied best with his own interpretation, without being their original author.*" Neque aliter judicat Paulus *das Leben Jesu* t. i. p. i. p. 85. init. Quæ quidem omnia si ad illum de quo agitur, Lucæ locum transtulerimus, illud simul magis etiam patere existimo, Lucam non satis recte ab efficacia Dei naturæ legibus haud adstricta graviorem illum Herodis et in quem probabiliter præter exspectationem inciderit, morbum duxisse, qua tamen re tantum abest ut fides Lucæ historica in rei summa et in aliis narrationibus ei habenda tollatur, ut *nihil nisi Lucam in rerum historicarum expositione ab omni errandi periculo haud immunem fuisse*, demonstretur eundemque interdum vel tunc, ubi nodus hoc vindice dignus vix appareat, miraculum citius vidisse, intelligatur. Vid. Paulus l. l. t. i. p. 563. Cf. J. D. Michaelis *Anmerkungen zu seiner Uebersetzung des N. T.* t. i. p. 356. sqq. Gotting. 1770. 4. Josephus apud Euseb. H. E. iii. 8. τέρας δ' ἂν ἔδοξεν εἶναι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἱστόρητο, καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη σημείων ἦν ἀξία. Sed non sine lætitia, cum hæc omnia jam scripsissem, vidi eodem modo de tota Lucæ et Josephi narratione judicasse Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* tom. i. p. 447. sq. ed. ii.: "*After the date of an occurrence attributed by an historian to a supernatural cause, we can only hope to disentangle the natural part of the event, if several independent eyewitnesses have left it upon record; by comparing their separate accounts together, the points of view they occupied, and the explanations given in the course of the narrative, we may frequently discover a clue to the natural cause of the event. According to the account which the Acts of the Apostles give of the sudden death of Herod Agrippa,*

he was struck dead by the angel of the Lord, as a punishment for his vain glory (*Acts* 12, 23.). *The other account by a cotemporary historian, the Jew Josephus, supposes him to die suddenly from the effects of a violent colic brought on by a cold; and what we could not have attempted as considerate enquirers without the account of Josephus, with his aid we may now boldly venture upon, and separate the popular interpretation from the simple fact.*" Denique vero quamvis non desint qui his omnibus haud suffragentur, tamen Josephum et Lucam in eo de quo egimus, inter se pugnare omnemque quæ in iis conciliandis ab Eusebio, Valesio aliisque VV. DD. collocata sit opera, frustra esse impensam, hoc certe nemo non existimabit. Neque vero rectissime ipsum Eusebium miraculosum rei eventum a Luca narrari existimasse, facile quisquam, credo, cum Kuinoelio ire poterit infitias.

EXCURSUS III.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. II. 23. p. 134.

Interpretationem Valesii, cum neque θύρα significet *institutionem* s. *initiationem* neque ei conveniat responsio Jacobi, ut taceam in explicanda ratione illius institutionis Valesium secum ipso dissentire, esse perversam et falsam facilius intelligetur, quam quæ vere sit verborum τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ sententia, statim indagabitur. Certe I. Clericus in *historia eccles. duorum primor. secul.* p. 416. "*Quod,*" inquit, "*quid sibi velit, non intelligo; neque enim Græcum hoc est nec Hebraïsmum ullum similem comminisci possum. Respondet enim Jacobus hunc esse servatorem, quasi* Θύρα *significaret munus aut quidpiam simile. Sed forte locus est corruptus.*" Jam vero illud facilius certe nunc quidem concesseris Clerico quam θύραν esse munus aut quidpiam simile. Alia vero ratione loco nostro medelam afferre voluit doctus quidam Gallus qui in *Prospect d'une nouvelle traduction de l'histoire Joseph* p. 4. Paris. 1747. 4.

vocabulum *θύρα* Hebraicum potius, quam Græcum esse affirmans scribi ejus loco jubet תּוֹרָה vel potius *θύρα* convertendum putat in *θόρα*. Cf. *Acta Eruditorum* Lipss. a. 1750. p. 142. mens. Mart. At facile patet, huic conjecturæ prorsus repugnare vel responsionem Jacobi. Quærentibus enim Judæis: "Quænam est lex Jesu?" Jacobus respondisset inepte: "Lex Jesu est servator." Itaque hac opinione rejecta commemoranda est nunc conjectura ingeniosa et acuta Moshemii in *Commentt. de rebus Christian. ante Const. M.* p. 95. a. V. D. proposita. Moshemius enim in eo quidem Gallo illi assentiens quod vitium aliquod in Judæorum interrogatione latere putat vel ab Hegesippo vel ab alio Hebraicorum verborum interprete commissum, alia tamen ratione, rejecto recte Galli illius commento, sensum restituendum judicat. Vitium autem in nomine Ἰησοῦ quærens pro isto potius *τῆς σωτηρίας* scribendum dicit V. D. Judæos enim, quod manifestum sit, sciscitatos esse sententiam Jacobi de via seu ostio *salutis*, id est, de vera ratione ad salutem perveniendi, utentes illos patrio sermone vocabulo יְשׁוּעָה. Jam Græcum eorum quæstionis interpretem aut sermonis Hebraici minus gnarum aut minus attentum, nomen proprium Jesu cernere ratum perperam scripsisse *τίς ἡ θύρα* Ἰησοῦ; quum scribendum esset *τίς ἡ θύρα τῆς σωτηρίας*; quo scripto omnia optime cohærere. Sed quominus verum vidisse censeam vel Moshemium, quamvis ingeniose conjicientem, plura prorsus impediunt.

Primum vel sic pessime se haberet Jacobi responsio, qui quærentibus Judæis, quænam sit via salutis, ineptissime dixisset *τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα*. Quamvis enim non nesciam, pronomen demonstrativum *οὗτος* et *ὅδε* sæpius non tam ad præcedentia quam sequentia esse referendum tamen sententia verborum *ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα*, dixit *eum de quo dicturus sit*, esse servatorem, quæ deinde existeret, per se inepta, eo est ineptior, quo magis verba statim subsequentia: *ἐξ ὧν τινες ἐπίστευσαν, ὅτι* Ἰησοῦς *ἐστιν ὁ* Χριστὸς, Jacobum in responsione sua Jesum esse viam salutis jam vere pronuntiasse demonstrant ideoque *τοῦτον* ad substantivum quoddam generis masculini ante jam commemoratum necessario esset referendum, quod tamen Moshemii conjectura adscita non est commemo-

ratum. Deinde vero bene intellexisse interpretem verba Hebraica, docet tum ipsum ἐξ ὧν—Χριστὸς, tum ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος,——Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου unde quamvis verba τοῦ σταυρωθέντος suspecta sint, quæ non habent Rufinus, Nicephorus et scriptor apostolicæ historiæ de Jacobo minore (vid. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* tom. ii. p. 604. not. z.), tamen vere interrogasse Judæos dici nostro loco τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, luculenter apparet. Denique hæc ipsa verba quamvis de re tota, utrum acciderit, recte dubitaveris, tamen optimum sensum præbent, modo consulere simul velimus historiam. Jesus enim, quod constat ex evangelio Johann. x. 7. 9., vocaverat se τὴν θύραν τῶν προβάτων et τὴν θύραν simpliciter, quatenus ipse solus recte et jure suo constituebat doctores hominum. Vid. Joh. x. 1. 2. 9. δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ. Cf. Wahl. *Clav. N. T.* s. v. θύρα. Unger. *de parabolarum Jesu natura interpretatione usu* Scholl. *exegett. rhett.* p. 82. Sed illam ipsam quam Jesus sibi imposuerat, et quæ sæpius ei imposita est (vid. Ignatius ad Philadelph. §. 9. αὐτὸς (Christus) θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ ἡ ἐκκλησία. Hermæ similit. 9. §. 12. Formula Antiochena ii. ubi Christus vocatur ὁδὸς, ἀλήθεια, ἀνάστασις, ποιμὴν, θύρα, *etc.* Athanasius de synodis §. 22—25. Walch. *bibl. Symbol.* p. 109. sq. Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* tom. ii. p. 232.), appellationem Judæi aut nolentes intelligere aut reapse haud intelligentes, ut totam Christi orationem Joh. x. 19. sqq. ab ipso Johanne haud perspexisse dicuntur et sæpissime Christi sententias haud perspexerunt (vid. Johann. ii. 18—21. iii. 3. sqq. iv. 11. sqq. v. 18. sqq. vi. 32—63. vii. 33. sqq. viii. 21. sqq. 30—59. ix. 40. x. 30—39. xviii. 38. cf. Mtth. xii. 40. Paulus *das Leben Jesu* t. i. P. i. p. 331. sq. qui minime refutatur iis quæ monuit Kuinoel. ad l. l. Matth.), Jacobum adiisse dicuntur ab Hegesippo ex illoque quæsivisse τίς ἡ θύρα Ἰησοῦ; Jam vero hæc ipsa verba nihil significare posse facile patebit nisi aut: "Quænam est porta Jesus?" genitivo appositionis locum tenente, aut: "Quænam est porta illa quam Jesus se esse dixit?" per genitivum subjecti qui vocatur. Quidquid præferas, non solum omnia linguæ legibus egregie conveniunt, sed etiam apta et concinna est responsio Jacobi. Hic enim, sive hoc sive illud quæsiverint Judæi, proprie quidem, id est, si vellet et posset

recte ipse interpretari, quo sensu Christus se vocasset τὴν θύραν τῶν προβάτων vel τὴν θύραν simpliciter, respondere debebat, quantum equidem judicare possum: "hic, id est, Jesus, dixit se portam, quatenus ipse solus recte et jure suo constituebat doctores hominum." Verum enim vero sponte sua apparet, ipsum Jacobum illud nomen τῆς θύρας τῶν προβάτων et τῆς θύρας simpliciter, quacum Jesus sese comparaverat, ita potius esse interpretatum ab Hegesippo dici quasi Jesus voluerit significare, se aditum suis præbere ad salutem, quo modo vel nunc plures VV. DD. illa Jesu verba explicanda esse judicant (vid. Bretschneider. *Lexic. Manual. in N. T.* s. v. *θύρα*), inducti illi fortasse maxime eo, quod Jesus apud Johann. x. 9. sqq. postquam se *θύραν τῶν προβάτων* vocavit, statim addit doctores a se constitutos *σωθήσεσθαι*, quin etiam se esse *ποιμένα καλὸν* qui *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησι ὑπὲρ τῶν προβάτων*. Quod tamen nostræ supra propositæ explicationi haud repugnat, siquidem, ut utar verbis Ungeri l. l. p. 83., *quæ est Commentariorum Joh. ratio, subsequuntur in iis sese similes translationes atque allegoriæ, interdum—immutatæ atque nova ex similitudine collatæ.* Cf. Arnob. adversus gentes ii. 65. ed. Orell. "hoc necesse a nobis est ut debeatis accipere, a nullo animas posse vim vitæ atque incolumitatis accipere, nisi ab eo, quem rex summus huic muneri officioque præfecit. *Hanc* omnipotens imperator esse voluit *salutis viam*, *hanc vitæ*, *ut ita dixerim, januam, per hanc* (ita enim scribendum puto cum Meursio, non *hunc* ut legit Orellius, cum *hanc* non solum suadeant præcedentia, sed sequens *alia* postulet, pro quo *alias* legendum esse *hunc* scribenti, dicit ipse Orellius ad h. l. p. 93.) *solum est ingressus ad lucem*, *neque alia datum est*, *vel irrepere*, *vel invadere*, *cæteris omnibus clausis atque inexpugnabili arce munitis.*" Sed ut redeamus ad Jacobum, si ille certe, quo tandem cunque modo *nos* putemus illa Christi verba esse interpretanda, Christum se dixisse *τὴν θύραν* crediderit, quatenus aditum præbeat suis ad beatitatem, commode simul eum Judæis respondisse intelligitur: *τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα.* Nam quamvis si accuratissime vellet respondere, dicere potius deberet: hic, id est, Jesus porta est quatenus aliis aditum præbet ad salutem, tamen poterat haud dubie brevius quoque sed apte statim dicere: hic (Jesus) est servator (hominum). Pluribus interpretationem nostram stabilire, non opus, pauca de

aliorum addenda esse puto [b]. Ac primum quidem male vertisse patet Strothium *ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ* in loco Hegesippi: "*die Thüre zu Jesu*," obstante si minus ratione grammatica, certe responsione Jacobi. Deinde autem veram loci Hegesippi vim ac naturam quamvis odoratus esse videatur, tamen accuratius explicasse patebit nec Fabricium *cod. Apocryph. N. T.* tom. ii. p. 602. not. 1., ubi hæc scripsit V. D. "*τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ*; quorum verborum sensus petendus ex Joh. x. ubi Jesus se ostium vocat. Quærunt itaque (?) ex Jacobo Judæi, *quemnam putet esse illud ostium, per quem ad Deum aditus pateat?*" Sed opportune Fabricius l. l. laudavit Euseb. demonstrat. evang. iii. 7. p. 116. ed. Montac. Eusebius enim hoc loco eandem rem quam Hegesippus, sed ratione paulo diversa narrat, quippe qui Jacobum a Judæis rogatum tradat *τίνα περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔχοι δόξαν*, *quidnam de Jesu sentiret*, ac respondisse *ὅτι υἱὸς Θεοῦ εἴη*. De quo Eusebii ab Hegesippo dissensu quid statuendum sit, non difficilius sit ad definiendum. Aut enim Eusebius Hegesippum non satis recte ipsam rei rationem exposuisse ratus eum quasi emendare in illa narratione voluit aut simpliciter Hegesippiana illa *τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ* et *τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα* liberius interpretari illis *τίνα περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔχοι δόξαν* et *ὅτι υἱὸς Θεοῦ εἴη*. Quidquid sit, nostram interpretationem verborum Hegesippi illo Eusebii loco minime posse labefactari, me tacente apparet. Denique de toto cap.

[b] De verbis impeditioribus quorum sententiam hic exposui censor Jenensis l. l. p. 338. hæc scripsit: *It appears to us more natural to refer θύρα to the kingdom of heaven, which was frequently compared to a feast; the same general idea gave rise to many similar comparisons.* (*Matth.* vii. 7., viii. 15). *In this case ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ is simply the door which Jesus opened, for an entrance into the kingdom of heaven. There was a strong irony in this question, as is clear from its repetition with the words ἀνάγγειλον ἡμῖν, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος. Thus the answer of James is equally just and forcible in both places; in both he sets before them the clear and positive truth, which they wished to ridicule, that Jesus is the Messiah and Saviour. In the first he says, τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα, Jesus has opened the door, in that he is the Saviour; in the second, τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ—he declares that the question needs no answer, as Jesus is already sitting on the right hand of God, and will come again upon the clouds of heaven. Thus the historical account that follows, ἐξ ὧν τινες ἐπίστευσαν ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός, exactly suits the first short answer.* Cum vero ex Johan. x, 7. 9. non conjiciendum sit, sed constet, Jesum se vocasse *τὴν θύραν τῶν προβάτων* et *τὴν θύραν* simpliciter, cur ab ea quam ego proposui, verborum explicatione recedamus, nullam causam video, ut taceam minus facilem esse interpretationem verborum *ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ*, qua illa significant portam, quam Jesus aperuerit. Ceterum præter Arnobii locum quem attuli, cf. Lactant. institt. iv. 29, 15. Hic (filius Dei) templi janua maxima est, hic lucis via, hic dux salutis, hic ostium vitæ.

23. lib. ii. historiæ eccles. Eus. accuratius est conferendus Fabricius l. l. p. 591—608.

EXCURSUS IV.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. IV. 13. p. 249.

Παραβάλλοντας δὲ τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων] Horum verborum mihi non minus displicent Langi ac Musculi, quam Rufini et Christophorsoni interpretationes. Horum enim non convenire verbis Græcis, ipse Valesius recte judicavit, illorum vero sibi satis similes propterea improbo, quod non solum iis adscitis verbum ὑπομνῆσαι participium sequi existimandum est, quamvis hoc fortasse ferri possit (vide quæ monui ad Euseb. H. E. vi. 2. Annot. p. 427. sq.), sed etiam μὲν et δὲ post ἀθυμοῦντας et παραβάλλοντας prorsus negligitur et omittitur. Locus profecto est paulo impeditior; nam quamvis legatur τὰ ὑμέτερα, ut ipse legere cum Strothio et ipsis MSS. non dubitavi, quia aperte de se minime loquitur imperator, ideoque τὰ ἡμέτερα satis alienum est, tamen potissimum offensioni sunt verba παραβάλλοντας δὲ τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, quæ quid sibi velint, ut recte opponi possint præcedentibus ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν περ ὦσι, prima specie difficilius est ad definiendum. Hinc varias proposuit loci emendandi rationes Strothius, quarum tamen nulla mihi certe magnopere arrisit. Nam post τὰ ἐκείνων addere νουθετεῖσθαι vel πρὸς κρείττονα διάνοιαν τρέπεσθαι, hoc sensu: "*de terræ motibus autem non absonum erit, vos, qui cum accidunt animum abjicitis, commonere, ut comparando animi vestri statum cum illorum ad meliorem frugem perveniatis*" hoc, inquam, addere nimium quantum puto esse conjicientis, ut taceam, ita quoque μὲν et δὲ prorsus esse neglectum et ὑπομνῆσαι cum participio construi, pro quo exspectes infinitivum. Alia ratio loci sanandi et a Strothio proposita ea est, qua mutata distinctione colon ponatur post ὦσι ac pro παραβάλλοντας legatur παραβάλλετε. Sed vereor, ne ita loci obscuritas non solum non minuatur, sed etiam constructio

verborum reddatur durior, cum verbum μὲν participio junctum exciperet δὲ cum verbo finito et totum illud παραβάλλετε δὲ satis claudicaret. Tertia denique conjectura reliquis certe probabilior ea est, qua ante παραβάλλοντας aut post δὲ addatur μὴ, hac sententia: "*commonere vos qui tunc animum abjicitis, at non comparatis animum vestrum cum illorum, scilicet ut inde discatis, quomodo affecti esse debeatis.*" Quam conjecturam tum propter suam facilitatem tum quia sententia, linguæ legibus et oratione contexta haud neglectis, inde nascitur satis commoda, reliquis præferrem, nisi sine ulla conjectura putarem locum posse retineri. Similis autem ut hoc addam, est quidem conjectura quam proposuit Stroth. *deutsche Uebersetzung des Eusebius* t. i. p. 252. not. 6., sed minus probabilis quam prior illa. Ibi enim V. D. μὴ potius ante ἀθυμοῦντας inseri voluit, quod postulare videatur μὲν et δὲ, totum vero locum ita vertit: "*Was die Erdbeben betrifft——halte ich nicht für undienlich, euch zu erinnern, dass ihr bey vorkommenden Fall den Muth nicht sinken lasst, sondern euer Betragen mit jener ihrem vergleicht.*" Quod propterea minus placet, quia iterum ὑπομνῆσαι cum participio pro infinitivo deinde junctum est. Neque video, quomodo vel μὲν et δὲ illud μὴ ante ἀθυμοῦντας postulet, vel οὐκ εἰκὸς quod Justinus loco verborum οὐκ ἄτοπον habet, illud suadeat. Cf. Stroth. l. l. p. 253. Quæ cum ita sint, equidem acquiescendum potius puto in ea quæ se mihi obtulit, interpretatione, qua adscita nullis plane conjecturis opus est, et quæ hanc affert sententiam: "*Non alienum fuerit, vos monere de terræ motibus, qui vel fuerunt vel nunc sunt, vos, inquam, qui estis quidem animo pavido, quotiescunque illi eveniunt, sed nihilominus vos et vestram agendi rationem comparare soletis cum illis et illorum agendi ratione.*" Ita nihil obscuri in loco nostro relictum puto. Imperator enim recte in mentem revocat gentilibus suis terræ motus qui vel fuerunt vel futuri sint, propterea quod tam male erant, quoties eveniebant, timidi et tamen se ac suam fortitudinem cum Christianis et Christianorum fortitudine conferre audebant. Τὰ ὑμέτερα vero et τὰ ἐκείνων nihil est h. l. nisi ὑμεῖς et ἐκεῖνοι. Vide sequentia οἱ μὲν—ὑμεῖς δέ. Euseb. H. E. v. 1. extr. τὰ μὲν ἀπ' ἐκείνων, τοσαύτην εἶχε τὴν ποικιλίαν, τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει, i. e. at *gentilium* quidem *insectatio* talem habuit varietatem, *nos* vero gravissimo interim dolore

premebamur, Valesio, *so verschieden waren die Aeusserungen der Heyden. Wir hingegen* etc., Strothio interprete. Adde viii. 14. *διὰ τούτων γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσέσθαι, ἡ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς.* Ibid. extr. *τὰ τῆς τοσῆσδε—συγχύσεως* tanta rei publicæ perturbatio, ut Vales., *diese so grosse Zerrüttung*, ut Stroth. vertit. viii. 15. *ἄπλωτα—τὰ κατὰ θαλάτταν ἦν = ἡ θάλασσα.* Totius autem loci interpretationi apprime conveniunt etiam illa quæ sequuntur: *οἱ μὲν etc.* Hæc enim causam continent, cur minime possint se æquare Christianis in constantiæ ac fortitudinis laude gentiles. Ita nihil vel addendum vel mutandum est, et nullo modo adhortari imperator gentiles, ut se contendant cum Christianis, imo hoc illos non posse recte facere, libere profiteri censendus est. Neque aliter locum accepisse videtur, quamvis sibi non satis constans, Valesius, qui ita vertit: "*Ceterum de terræ motibus, ——non absurdum videtur vos commonere, qui et* (?) *animos abjicitis, quoties hujusmodi casus contingunt, et* (?) *vestra cum illorum institutis* (?) *comparatis.*" Justinus autem scripsit: *περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, οὐκ εἰκὸς ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαρρησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν θεόν.* Sensus horum est fere idem, sed singularum enuntiationum paulo alius nexus, et nominatim illud *ὅτι—θεὸν* tanquam tertia causa cur *minime par esse videatur* illos monere, propositum, cum contra apud Eusebium causa iis contineatur, cur minime se contendere possint gentiles cum Christianis. Ceterum eodem modo quo h. l. ad gentiles propter virtutis neglectum pudore afficiendos laudantur magis quam vituperantur Christiani a paganæ superstitionis acerrimo quondam defensore, imperatore Juliano. Vid. ejus epist. xlix. p. 430. extr. ed. Spanhem. *αἰσχρὸν γὰρ εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ· τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους· οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαίνονται. Δίδασκε δὲ* (scil. Arsacie) *καὶ συνεισφέρειν τοὺς Ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας κ. λ.* Ibid. ep. lxiii. p. 453. *Τοὺς μὲν δυσσεβείας σχολῇ προσχόντας* (Christianos) *οὕτω διαπύρους, ὡς αἱρεῖσθαι μὲν ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθνήσκειν, ἀνέχεσθαι δὲ πᾶσαν ἔνδειαν καὶ λιμὸν, ὑείων ὅπως μὴ γεύσαιντο, μηδὲ πνικτοῦ, μήτ' ἄρα τοῦ ἀποθλιβέντος. Ἡμᾶς δὲ οὕτω ῥαθύμως τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς διακειμένους, ὥστε ἐπιλελῆσθαι μὲν τῶν πατρίων·*

ἀγνοεῖν δὲ λοιπὸν, εἰ μὴ ἐτάχθη πώποτέ τι τοιοῦτον. Qui quidem loci sunt satis insignes. Cf. Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archæologie* tom iv. p. 71. sqq.

EXCURSUS V.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. IV. 15. p. 254.

Τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι] In Valesii conjectura ita acquievit Strothius, ut nihil scriberet ad h. l. in editione Græca Eusebii, nisi: "Bene *Valesius* excidisse putat *ἐκπεσόντα*." Sed dignus nobis videtur locus de quo paulo accuratius agamus. Atque ante omnia explorare haud alienum erit, quomodo alias in historia ecclesiastica usurpare soleat vocem *ἐνδιδόναι* Eusebius. Triplici autem ratione, quantum equidem legendo ac relegendo animadverti, illa vox apud Eusebium legitur. Primum absolute *ἐνδιδόναι* ab eo dicitur, qui cedit, qui se flecti patitur. Vid. H. E. viii. 10. *εἴ που τὶς ἡττηθεὶς τῶν βασάνων ἐνδιδόναι ἐδόκει* i. e. "si forte quis tormentorum acerbitate victus *a proposito desciscere* videretur," interprete Vales. Accuratius etiam reddidit Strothius: "*nachzugeben.*" Neque aliter *ἐνδιδόναι* accipiendum videtur in libro de martyr. Pal. c. iv. extr. *ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ πρὸς ταῦτα ἐνδοὺς*, sed neque in his cedens. Quamquam si quis malit ibi *ἐνδοὺς* jungere cum verbis *πρὸς ταῦτα* ut Vales. qui vertit: "sed neque *his cruciatibus superatus*," non magnopere contendam. Est deinde *ἐνδιδόναι πρός τι* eodem modo dictum quo *ἐνδιδόναι τινὶ*, de quo paulo post videbimus. Sed absolute *ἐνδιδόναι* legitur præterea in H. E. ix. 9. extr. *οὐ μὴν ὁ δυσσεβέστατος ταύτῃ ἐνδοῦναι προῄρητο* i. e. "verum impius ille ne *sic* quidem *flecti* ac paulatim *cedere* decrevit," ut ipse vertit recte Vales. Male Stroth. "*Allein der Erzgottlose war noch nicht willens hierin nachzugeben.*" Adde Chrysost. tom. xii. p. 313. E. Opp. ed. Montefalcon. *μυρία βέλη δεχόμενος, οὐκ ἐνεδίδου* (Jobus). Cf. Plutarch. Tib. Gracchus c. xi. *ἐνδοῦναι καὶ χαρίσασθαι τῷ δήμῳ.* Julian. Cæs. ix. 27. Alciphron iii. 3. Reitz.

ad Lucian. tom. ii. p. 518. Ruhnken. *ad Tim. Lex.* p. 101. Bast. *epist. crit.* p. 195. Sed utitur Eusebius verbo ἐνδιδόναι quoque cum dandi et accusandi casu. Ac cum illo quidem in H. E. vi. 3. ubi de Origene loquitur: οὐ μὴν αὐτὸς ἐνδιδοὺς ταῖς καρτερίαις, quod Vales. vertit: "verum tamen *de rigore tolerantiæ nihil unquam remisit*" et similiter Stroth.: *Dennoch liess er von seiner Enthaltsamkeit nicht im Geringsten nach.*" Sed ἐνδιδόναι τινὶ minime est *remittere de aliqua re, von etwas nachlassen*, imo *alicui rei cedere, ea esse inferiorem, ea vinci.* Itaque illo loco vertendum potius est: "verum ille nunquam *cessit variis toleranti æ modis*, nunquam *iis victus est.*" Poterit autem in illa locutione ἐνδιδόναι τινὶ, alicui rei cedere, vel ἑαυτὸν suppleri vel τί. Ita Clemens Alexandrinus apud Euseb. H. E. iii. 29. μηδὲν, inquit, αὐτῇ (σαρκὶ) πρὸς ἡδονὴν ἐνδιδόντα. Plutarch. Lycurgus c. xi. οὐδὲν ἐνδοὺς πρὸς τὸ πάθος. cf. Euripid. Phœniss. v. 21. ὁ δ' ἡδονῇ δούς. Olear. *ad Philostrat.* p. 8. not. 2. Bergler. *ad Alciphron. epist.* p. 379. Valckenar. *diatribe in Eurip. perditt. dramm. reliqq.* xxi. p. 233. Passow. *Lexic.* s. v. ἐνδίδωμι n. 5. Denique accusandi casui jungit ἐνδιδόναι Euseb. H. E. viii. 10. οὐκ ἐνεδίδουν τὴν γνώμην, quod liberius vertit Vales. "non *fracti sunt animo*" et Stroth. "*Alle Drohungen—vermochten nicht, sie in ihrem Entschlusse wankend zu machen.*" Vertendum potius erat: "non destituerunt a consilio suo, non *abjecerunt* consilium." Nos in sermone vernaculo: "*sie gaben ihren Entschluss nicht auf, nicht Preis, wurden an ihrem Entschlusse nicht gleichsam zu Verräthern.*" Quæ quidem significatio locutionis ἐνδιδόναι τὶ veteribus si non inaudita, certe satis inusitata esse videtur, qui ἐνδιδόναι τὶ potius ita dicunt ut sit: *ostendere aliquid.* Vid. Valckenar. *ad Aristoph. Plut.* v. 488. cf. Passow. *Lex.* s. v. ἐνδίδωμι n. 3. Plat. Crit. c. v. ἔτι δὲ, ὦ Σώκρατες, οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σεαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι.

Jam vero his expositis circumspicere placet, an fortasse melior medela loco nostro afferri possit quam ea, ut cum Vales. excidisse sumamus ἐκπεσόντα. Nam hæc ipsa conjectura non solum per se difficultate quadam laborat, sed etiam eo minus nobis commendatur, quod haud commoda inde existit sententia hæc: "tandem postquam *salute sua excidit, cedere.*" Nonne potius dicendum erat: ἐνδόντα, τῆς σωτηρίας

ἐκπίπτειν, postquam cessit seu flecti sese passus est, salute excidere? Contra faciliores conjecturas triplicem illum verbi ἐνδιδόναι quem apud Eusebium invenimus, usum suppeditare puto. Primum enim conjicio scribi posse ἐν τέλει τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι i. e. in ipso salutis suæ fine, cum jam prope attigisset veram salutem, cessit Quintus. Quod si minus placuerit, suaserim ut legatur aut τῇ σωτηρίᾳ ἐνδοῦναι aut τὴν σωτηρίαν ἐνδοῦναι. Si illud leges, sententia erit eadem, quam ipse Vales. vertendo expressit: "tandem *vitæ retinendæ studio cessit*" et Stroth. quamvis justo liberius reddidit: "*so dass er zuletzt auf die Rettung seines Lebens bedacht war.*" Neuter vero, ut hoc in transcursu moneam, ita posset vertere, si ἐνδιδόναι τινὶ esset *de aliquo remittere*, quomodo, ut vidimus, in Eus. H. E. vi. 3. illud dictum crediderunt VV. DD. Namque deinde sententia prorsus contraria esset hæc: "tandem de salutis suæ studio remisit." Sed cum ἐνδιδόναι τινὶ sit, quod dixi, cedere rei, τῇ σωτηρίᾳ ἐνδοῦναι si scripsisse Eusebium conjicimus, verti sane potest: "saluti suæ cedere, ab ea vinci, id est, a studio salutis suæ vinci, huic studio cedere." Quodsi denique τὴν σωτηρίαν ἐνδοῦναι legi malis, commoda sententia hæc est: "salutem suam *abjecit*, *prodidit*, *er gab sein Heil auf, Preis.*" Atque huic postremæ conjecturæ nostræ mirifice convenit interpretatio ipsius Rufini: "*salutem* segnitia *perdere*," et idem fortasse voluerunt Christophorsonus ac Musculus.

Itaque ex iis quæ adhuc disputavimus, hoc certe nobis effecisse videmur, ut conjecturas nostras Valesii præferendas esse pateat. Sed restat jam, ut paucis ostendamus, ne opus quidem nobis esse videri qualem tandem cunque conjecturam, imo lectionem vulgatam esse sanam et bonam. Quid enim? Nonne τέλος possit jungi verbis σωτηρίας et ἐνδοῦναι? Explicari quidem locum posse videbis multiplici ratione, sed quamcunque velis amplecti, eum optime habere intelliges. Fac enim primum, τέλος esse *absolutionem* s. *perfectionem* rei, quemadmodum Latini *finem* bonorum et malorum dicunt, sententia loci haud incommoda prodit hæc: "Quintus visis feris ac reliquis tormentis fracto animo expavit et salutis suæ perfectionem abjecit, salutis suæ finem et quasi metam haud attigit, ad quam antea contenderat, perfectam et consummatam beatitatem sprevit. Atque ita τέλος τῆς σωτηρίας vere

usurpatum inveni ab Johanne Antiocheno in orat. in monast. donationes laicis apud Coteler. *ecclesiæ Græcæ monumentt.* tom. i. p. 167. Ὑπὸ τῶν εἰρημένων τοίνυν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν συγγραμμάτων καὶ διαταγμάτων πᾶσα ἡ οἰκουμένη ἀναζωπυρηθεῖσα καὶ ὁμοφρονήσασα, ἐν τῇ ἀποταγῇ καὶ ἀποφυγῇ τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ, καὶ ἐν τῇ ἀσκητικῇ ἤτοι μοναχικῇ διαγωγῇ καὶ πολιτείᾳ, τὸ τέλος τῆς σωτηρίας ὡρίσατο, i. e. *perfectam* salutem definivit (constituit), ut recte vertit Cotelerius, qui simul ad marginem adscripsit variantem lectionem τέλειον pro τὸ τέλος, quam ut nemo pro vera habebit, ita bene explicare τὸ τέλος, quisque facile concedet. Cf. 1 Tim. i. 5. τὸ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη. Euseb. H. E. x. 8. τὸ γοῦν τέλος αὐτῷ τῆς μανίας, ἐπὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐχώρει quod vix recte vertit Valesius: "*Denique* eo furoris processit" *etc.* et Strothius: "*Denn zuletzt ging er in seiner Raserei gar so weit*" etc. Vertendum potius: Ad *summum* furorem processit cum etc. Vide verba præcedentia τῆς—ὑπερβολῆς et cap. ix. init. εἰς ἔσχατα μανίας τὰ κατ' αὐτὸν ἤλαυνεν. Passow. *Lexic.* s. v. τέλος ab init. Neque vero, ut ad nostrum locum redeam, hujus sensus valde mutatur, si τέλος ita explicare malis, ut illud, quemadmodum alibi, inservire simpliciter censeas substantivi periphrasi. Vid. Valckenar. *ad Herodot.* ii. 139. Casaubonus *ad Athenæum*, ii. 3. extr.: "Est sane familiaris Ionice scribentibus dictio τέλος, qua sæpe nihil sonat aliud, quam χρῆμα, res. τέλος θανάτου, *res mortis*, pro *morte*, sæpe apud Homerum et Hippocratem; ut *res voluptatum*, Plauto, pro *voluptates*." Perizon. *ad Ælian. V. H.* iii. 42. δίκης τέλος. Cf. Homer. Iliad. iii. 309. ix. 411. 416. xi. 451. xiii. 612. xvi. 855. Odyss. v. 326. xxiv. 124. Orellius et Ochsner. *ad Arnob. adversus gentes* i. 45. p. 332. ed. Orell.: "Etiam *operis res* erat." Pelagii epistol. ad Demetriad. c. xxiv. p. 77. ed. Semler.: "Quis *rem medicinæ*, vulnus faciat? et inde sana lædat quoque, unde jam læsa curanda sunt?" Passow. *Lexic.* s. v. τέλος n. f. Tunc enim loco nostro dicitur hoc: "*salutem suam* (ad quam fortitudine animi pervenire poterat) Quintus abjecit." Atque ita fortasse interpretatus est τέλος σωτηρίας Rufinus, qui simpliciter *salutem* vertit. Postremo si ita usurpasse τέλος Eusebium videatur tibi incredibilius, tamen τέλος Eusebium dixisse facile largieris eodem modo quo illud sæpius

legitur in libris N. T., id est, de *præmio*. Neque aliter ipse Euseb. H. E. v. 1. usus est voce ἔξοδος. Vide quæ animadverti ad h. l. Annot. p. 323. sq. Adde Rom. vi. 21. sqq. Valesium *ad Euseb. V. C.* i. 26. cf. Kypkius *ad Luc.* ix. 31. Τέλος vero τῆς σωτηρίας explicandum erit ita ut genitivum appositionis partes tenere dicamus, id est, per: τέλος, τὴν σωτηρίαν. Adde Bœhme *Commentar. ad Hebr.* xii. 11. p. 674. sq. cf. Winer. *Grammatik des N. T.* p. 91. 2. ed. ii. Loci igitur sensus hac interpretatione adscita quam certe secundæ præfero, hic est: "Quintus cruciatuum suorum mercedem, id est, salutem suam abjecit." Unum quo quis in hac explicatione possit offendi, illud est, quod *cujus rei* præmium Quintus assecutus sit, non disertis verbis expressum est, quod tamen si voluisset facere Eus., non poterat brevius dicere τέλος τῆς σωτηρίας, sed fere sic: τέλος τῶν αἰκιῶν αὐτοῦ, σωτηρίαν. Cf. 1 Petr. i. 9. κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν. Sed quidni ipse apostolus scribere poterat: κομιζόμενοι τέλος σωτηρίας? Cf. Euseb. demonstrat. evang. iii. 7. p. 113. ed. Montacut. τούτου τὴν ἐκβάσιν τῆς τελευτῆς καθεωρακότες, nisi ibi pleonastice locutum putes Eusebium. Histor. eccles. viii. append. ext. ἡ τοῦ βίου ἔκβασις.

Quæ cum ita sint, et cum τέλος τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι quamcunque ex iis quas proposui, interpretationibus adsciveris, bonum sensum præbeat, neque difficiliori conjectura Valesii neque facilioribus meis conjecturis quas supra exposui, opus esse et haud temere vulgatam loci scripturam me retinuisse existimo. Similiter nec comma post τέλος ponendum putavi cum Strothio.

EXCURSUS VI.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. V. 24. p. 369.

Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων——ἀνακηρύττων ἀδελφούς] Recte reprehendi potest et est reprehensus a VV. DD. Valesius propterea, quod putavit Victorem non vere a *sua* communione exclusisse Asiaticos, sed illud tantum facere voluisse, male propterea, quod vocem πειρᾶται vertit *conatur*, ab ipso Danzio *de Eus. Cæs.* p. 136. Cf. Massueti *dissert. in Irenæi libros* ii. p. 74. n. 22. H. Benzelii *dissert. de sectis eccles. orient.* sect. i. §. 8. in *Syntagm. Diss.* p. t. i. p. 241. Proxime, si quid video, ad veritatem accessit Moshemius in *Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 440. ita disputans: "*Loquitur is* (Eusebius) *nisi me omnia fallunt, de duplici Victoris consilio, quorum alterum meditabatur, alterum perficiebat. Volebat et conabatur ille Asiaticos ex universæ ecclesiæ communione ejicere, tanquam veræ religionis corruptores: hoc propositum successu carebat. Reliqui enim antistites voluntati ejus obsequi et exemplum imitari nolebant. Quod igitur poterat ipse invitis etiam reliquis episcopis, id faciebat, id est, Romanæ, cui præerat, ecclesiæ communitate per litteras Asiaticos ejiciebat.*" Hæc Moshemius. Dixi autem eum *proxime* ad veritatem accessisse. Hoc enim bene vidit vir summus, πειρᾶται nihil esse posse nisi: "*conatur*," et Eusebium illis verbis: ἐπὶ τούτοις—κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται illud potius voluisse dicere, Victorem statuisse Asiaticos *ex universæ ecclesiæ communione* ejicere. Neque enim temere κοινῆς addidit Eusebius, cum simplex ἑνώσεως sufficeret, si Romanæ ecclesiæ communione tantum Victor arcere voluisse Asiaticos dicendus erat. Sed ut dicam quod sentio, lapsum puto ipsum Moshemium in eo quod putat Eusebium verbis καὶ στηλιτεύει—ἀδελφοὺς vel illud dicere, Victorem Asiaticos *Romanæ ecclesiæ* societate vere ejecisse. Hanc enim fuisse Moshemii sententiam, non solum luculenter apparet ex iis quæ commemoravit: "*Loquitur—ejiciebat*" sed etiam inde, quod l. l. præterea dicit: "*Sequentia, quibus Eusebius*

per litteras Victorem ait Asiaticos communione sua exclusisse" et p. 447. "*Hoc communi omnium episcoporum jure Victor utebatur, ceterasque ecclesias per litteras certiores faciebat, se Asiaticos ob pertinaciam in veteri more suo defendendo sua et Romanæ ecclesiæ communione exclusisse.*" Verum enim vero ego puto, Eusebium verbis illis καὶ—ἀδελφοὺς aliud potius dicere, et tamen duplex quoddam Victoris consilium posse statui, neque Eusebium cum Socrate H. E. v. 22. et aliis pugnare. Illa enim verba ex mea sententia nihil aliud significare possunt, nisi hoc: "et datis litteris pronuntiat, ut omnes Asiæ vicinarumque provinciarum ecclesiæ *ex universæ ecclesiæ communione* ejiciantur." Hanc interpretationem si quid video, postulant verba præcedentia τῆς κοινῆς ἑνώσεως. Quodsi vocem ἀκοινωνήτους illud tantum significare voluisset Eusebius: "*ex Romanæ ecclesiæ* societate ejectas," debebat illud profecto accuratius indicare adjectis fere his: τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας vel similibus, quia præcedente τῆς κοινῆς ἑνώσεως et sequentibus per καὶ arctissime invicem connexis vix quisquam alio quam ad ipsam κοινῆς ἑνώσεως privationem verbum ἀκοινωνήτους potest referre. Eadem ratio est vocis quæ postea legitur ἀποκόπτοι, et ex mea sententia non aliter potest accipi, nisi ita: "ut ne ex *universæ ecclesiæ* societate ejiciat." Verba autem ἀκοινωνήτους — ἀδελφοὺς respondent apprime præcedentibus τῆς Ἀσίας—πειρᾶται et sensus totius loci hic est: "Victor Asiaticos conatur ab omnium earum ecclesiarum communione abstrahere, quæ cum ipso de celebrando paschate consentiebant, et datis litteris omnes qui illic erant, Christianos ut eos qui omnium illarum ecclesiarum communione essent privandi, designat." Ita simul accuratius exposui illa verba, quæ cum Moshemio usurpavi: "*universæ ecclesiæ*" et non posse de tota ecclesia Christiana accipi, facile intelligitur. Similiter verissime monuit l. l. Moshemius, de *excommunicatione* quæ dici solet, h. l. nihil plane legi, quod non solum catholici, ut Valesius, sed protestantes crediderunt. Imo Victor fratrum loco haberi Asiaticos a Romana et ceteris quæ ipsi assentirentur, ecclesiis unice noluit, atque hoc ipsum et nihil aliud referre Eusebium vidimus, quem cum Socrate non pugnare per se jam intelligetur. Quid enim? Nonne jure nostro supplere possumus, quod disertius quidem non indicavit neque

vero negavit Eusebius, Socrates autem tradidit, Victorem, qui Asiaticos omnium illarum ecclesiarum quæ ipsius sententiam de celebratione paschatis probarent et reciperent, societate vellet ejici, cum hoc non posset perficere, sua certe communione indignos vere judicasse, sua communione vere exclusisse Asiaticos? Et nonne ita recte potest duplex Victoris consilium in hac causa discerni? Itaque illud unum moneo, quæ fuerit Strothii de h. l. sententia, non satis posse perspici. Vertit enim ille in: *Uebersetzung des Eusebius* t. i. p. 388. ita: "*Hierüber wollte der römische Bischoff Victor sogleich die Gemeinen in ganz Asien von der Kirchengemeinschaft ausschliessen, und drohte mit Heftigkeit in Briefen, dass er alle dortige Brüder für excommunicirte erklären wollte.*" Et recte quidem Strothius πειρᾶται reddidit: "*wollte*," sed satis vagum est alterum, quod h. l. maximam vim habet: "*von der Kirchengemeinschaft ausschliessen*" et: *für excommunicirte erklären*." Neque enim inde apparet, de qua communione, utrum totius ecclesiæ, an Romanæ tantum, neque utrum fortasse de excommunicatione adeo cogitaverit et cogitari voluerit Strothius. Cf. Ejusd. not. 10. l. l. [a]

[a] Quæ de hoc loco Eusebii disserui, ab iis verbis magis quam re discrepant quæ protulit censor l. l. p. 339. sq.: "*To throw light upon the proper sense and connexion of the whole of this passage, we must take a right view of the idea then entertained of church communion, and of exclusion from it. Even at the close of the second century, the union of bishops in one body, the κοινὴ ἕνωσις, as it is here called, was already established, by ordaining for each other, by sending letters of communion and the confession of faith, by the mutual support of the churches, by the reception of laymen furnished with commendatory letters from other bishops, and lastly, by public deliberations on affairs relating to the church by bishops assembled in council, whose resolutions were then communicated to all their colleagues. By ordination, and the interchange of epistolæ communicatoriæ, they were admitted into this union; by written notices that it could or would be continued no longer, they were excluded from it. ἀποτέμνεσθαι, ἀποκόπτεσθαι, are the expressions of Eusebius, or, which is equivalent to them, ἀκοίνωνητον ἀνακηρύττειν. And this was in every respect an actual excommunication, but as yet they had no idea of the canonical law of a later period.*" Apparet enim, credo, per se, etiamsi non opus esse putaverim accuratius definire, quid esset Victoris ætate universæ ecclesiæ communione ejicere, de quo ille cogitabat, tamen de vera, non ficta communionis ecclesiasticæ privatione me locutum, *excommunicationis* autem vocabulo non usum esse propterea tantum quod alia ratione illud nunc dici solet quam quæ antiquioribus temporibus convenit. Contra quod addit V. D. p. 340. "*It is not necessary to distinguish a duplex Victoris consilium, as the author supposes,*" illud me non satis perspicere fateor. Nisi enim temere Eusebium cum Socrate pugnare volumus, et potest et debet sane duplex illud Victoris distingui consilium de quo dixi p. 376. sq.

EXCURSUS VII.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. V. 24. p. 370.

Οἱ *μὲν γὰρ οἴονται*———*ἡμέραν αὐτῶν*] Tractandum nobis sumpsimus in hoc excursu locum hunc Irenæi ab Eusebio relatum et ut omnes VV. DD. confitentur, non solum vexatum et vexatissimum, sed fere desperatum et conclamatum. Ita Strothius in editione sua Græca Eusebii p. 316. not. 48. "*Vexatissimus*, inquit, *locus*, *quem etiam aliorum cod. MSS. nondum inspectorum ope sanari*, *veramque ejus lectionem ac distinctionem restitui posse dubito*, *quum sine dubio jam antiquissimis temporibus corruptus fuerit*." Et Zimmermannus ad h. l. monuit: "*Vexatissimum huncce locum intactum relinquo. Nec Edd.*, *nec Codd. hucusque collati insignem lectionis varietatem suppeditant.*——*Vulnus*, *nisi conjiciendo*, *vix sanabile videtur*." Verum enim vero equidem codicis Mazarinæi lectionem non solum cum Valesio et Zimmermanno in textu retinendam putavi, sed eam simul certe reliquis omnibus præferendam esse existimo, quamvis nec Valesius nec Zimmermannus hoc existimarint. Ac primum quidem lectio Rufini, Nicephori, Savilii, Christophorsoni quam ipsam in textu exhibuit Strothius et probarunt Beveregius in *can. apost.* lxix. p. 34., Massuetus *dissertt. in Irenæi libros* ii. p. 74. sqq. n. 23. 25. et Krohnius in litteris ad Strothium datis teste hoc ipso in Præfat. p. xxxv., quantis laboret difficultatibus, patere potest jam ex iis, quæ annotavit Valesius *ad Euseb. H. E.* v. 24. Annot. p. 404. sqq. Aliam difficultatem qua premitur illa lectio, addit I. R. Steckius in *Musei Helvetici* tom. vi. partic. xxi. p. 45. sq. his verbis: "*Priores* (defensores lectionis Rufini) *angit quæstio; Quinam illi sint qui jejunando horas diurnas nocturnasque computantes diem statuant; Num qui unico die, vel pluribus, vel etiam quadraginta in jejunio transigant? Respondet Beveregius; Omnes: At si hoc verum, Irenæus deserit suam thesin de* ἀμφισβητήσει τοῦ εἴδους τῆς νηστείας *Controversia formæ*

jejunii; proinde male subjungit καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, *talis quidem in observando jejunio varietas. Saltem si ipsi propositum fuisset, quo demum convenirent, docere; Omnino scripsisset* οὐ μὲν ἀλλὰ πάντες ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς κ. τ. λ." Cur ipse præterea vix stare posse puto Rufini lectionem, illud est, quod ex ea sequitur, jam Irenæi tempore jejunium quadragesimale i. e. per quadraginta dies continuatum in usu fuisse, cujus rei alias nulla plane apparent vestigia nec ostendit Massuetus l. l. p. 75. n. 23. p. 76. n. 2. Sed ut mittam nunc quidem tum reliquas lectiones codicum tum lectionem Grut. Ion. Cast., quam simul significavit Strothius, quia inferius demum commodo de iis sermonem instituere mihi posse videor, neque ea loci constituendi ratio quam proposuit ille cujus statim antea mentionem feci, Steckius l. l. p. 47. mihi probari potest, quamvis eam solam veram esse pronuntiaverit ipse Danzius *de Euseb. C.* p. 104. Est autem ex sententia horum duumvirorum excidisse credenda post verba ὥρας—νυκτερινὰς vocabulum ὥρᾳ, *qua*, ut inquit Steckius l. l., *restituta omnia plana et integra erunt, postremaque periodus* χωρίου *sic se habebit* οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς, ὥρᾳ συμμετροῦσιν ἡμέραν αὐτῶν *i. e. Nonnulli quadraginta horis diurnis ac nocturnis (putant observari debere jejunium) horæ commensurant diem suum. Irenæus enim jejunii diversitatem commemorans a diebus transit ad horas, indicans, existere qui quadraginta horis continuis jejunio se macerent, de quibus (relatione habita ad quadragesimæ observatores,) dici possit, diem suum horæ adæquare. Correctionem hanc, quæ sua evidentia se probat (?),* ἀξιόπιστον *etiam reddit, simulque residuos de codicum consensu scrupulos tollit* σύνοψις τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας, *in quam* B. Rhenanus (*in Præf. ad Rufinum*) *se incidisse refert, citante ipso Beceregio: ubi Irenæi verba sic leguntur:* οἱ μὲν γὰρ μίαν μόνον ἡμέραν ἐνήστευον· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ πλείονας· οἱ δὲ μʹ (imo μʹ quadraginta) ὥρας μόνας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινάς· ὥραν ἀντὶ ἡμέρας νηστεύοντες. *Ex quibus patet auctorem Synopsis legisse in suo codice, prout legi oportere contendo.* Contra equidem ego non possum non fateri, mihi ne paululum quidem arridere illam quam Steckius excogitavit, lectionem. Ut enim taceam, tantopere eam recedere ab omnium codd. lectionibus, ut ad eam nonnisi deinde confugien-

dum esse recte possemus statuere, si ex nulla codicum scriptura certe tolerabilis sententia posset elici, quam tamen codd. Mazarinæi lectionem suppeditare mox conabor ostendere, tot etiam inesse puto in illa quam Steckius et Danzius fieri jusserunt, loci Irenæani emendatione difficultates, ut vel Rufini lectionem ei anteferendam esse existimem. Nam primum ægerrime, si quid video, post verba οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινάς, suppleri possunt illa, quæ in parenthesi adjecit Steckius: "*putant observari debere jejunium.*" Participium certe verbi οἴεσθαι additurum fuisse Irenæum, non dubito neque quenquam ita Græce scripsisse censeo. Eadem est ratio eorum quæ non minus tanquam supplenda signo illo parentheseos notavit V. D. "*relatione habita ad quadragesimæ observatores.*" Ne verbum quidem scripsit antea Irenæus de quadragesimæ observatoribus, i. e. de iis qui quadraginta dies jejunaverint: quomodo igitur tandem ad verba ὥρᾳ συμμετροῦσιν ἡμέραν αὐτῶν illa possint suppleri? Similiter neque illud patet, quomodo συμμετροῦσιν verti possit: "*de iis dici potest* (eos) *diem horæ commensurare,* seu, ut Latinius loquitur postea V. D., *horæ adæquare diem.*" Ceterum cur vel articulum τὴν ante ἡμέραν αὐτῶν omiserit Steckius secutus illum locum συνόψεως, non satis video.

Itaque jam videamus potius an locus Irenæi ex cod. Mazarinæi lectione certe melius habeat, quod si viderimus, patebit simul, neque ea quæ in συνόψει leguntur, valde repugnare. Puto autem verba Irenæi οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν ita explicari posse et debere: "*alii quadraginta horas diurnas et nocturnas tanquam diem* i. e. *tempus quo jejunent* seu *tanquam tempus suum jejunandi computant* i. e. *numerant* (ne scilicet vel per longius vel brevius tempus jejunent)." Ac primum quidem in hac loci interpretatione neminem magnopere offendere posse puto duplicem accusativum, cui vocabulum συμμετρεῖν h. l. junctum est. Quæ constructio quamvis sane sit paulo insolentior, tamen *insana* et *barbara* vix dici potest cum Steckio l. l. p. 46., nisi insane et barbare scripsisse credamus etiam Ælian. V. H. x. 17.. ubi leguntur hæc: τρία τάλαντα ἔχων τὴν οὐσίαν et alter accusativus eodem modo appositionis loco positus est. Ferri quidem non posse putarem illam dicendi rationem, si συμμε-

τρεῖν duobus accusativis junctum idem esse diceretur quod συμμετρεῖν τί τινι vel εἴς τι vel πρός τι; sed hoc ipsum monet, ut de voce συμμετρεῖν quædam adjiciam. Neque enim illam loco illo Irenæi eo modo dictam esse censeo quo sane frequentius dicitur, id est, ita ut conveniat nostro "*etwas berechnen*," quemadmodum dicimus "*den Tag zu* 24. *Stunden berechnen*," i. e. dici tempus ex viginti quatuor horis constans ponere. Imo bene vidisse puto Strothium ad h. l., συμμετρεῖν ab Irenæo ita potius dictum esse ut nihil fere differat a verbo simplici, unde ipse supra simplicem *numerandi* significationem illi verbo subjeci. Strothius autem hæc commentatus est: "*Ceterum verbum compositum significationi simplicis nihil fere addere, sed positum esse, quoniam ad utramque vocem* ἡμερινὰς *et* νυκτερινὰς *referretur, puto. Quum autem hoc ipsum verbum nonnihil difficultatis habeat, addere juvat loca quædam, quæ neque in vulgatis lexicis, neque in Stephani thesauro inveniuntur, in quibus simili significatu obvium est. Herodotus Lib. iv. sect.* 158. *ait:* καὶ τὸν κάλλιστον τῶν χώρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης, νυκτὸς παρεξῆγον. *Dionysius Hal. Ant. Lib. vii. c.* 10. νυκτὶ μὲν εἰς ὄρθρον, ἡμέρᾳ δὲ εἰς νύκτα συμμετρεῖσθαι τὰς ἐφόδους *et de admir. vi dicendi in Demosth. c.* 10. ὁ ῥήτωρ τοὺς καιροὺς συμμετρεῖται." Sed si hæc vera sunt, non video quomodo duplici accusativo quocum jungitur vocabulum συμμετρεῖν, tanto opere offendi potuerit ipse Strothius, ut propterea ipsam Rufini lectionem, quam tamen in textu exhibuit quæque sane ob alias causas jam allatas a nobis vix retineri potest, reprobaret scribendo: "*Certe in nostra lectione neque geminum accusativum, neque* συμμετροῦσι *concoquere possum sed potius participium desidero*." Restat vero alia difficultas qua premi videtur cod. Mazar. lectio et quæ talis visa est ipsi Valesio, ut ob eam maxime locum depravatum esse judicans pro τὴν ἡμέραν αὐτῶν legendum adeo conjiceret τὴν νηστείαν αὐτῶν his adnotatis: "*Miror tot homines eruditos qui hunc Irenæi locum in suis libris exposuerunt, ejus vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam credat fuisse homines, qui quadraginta horarum spatio diem metirentur? Atqui quadraginta horæ biduum jejunantibus efficiunt*." Similiter Steckius l. l. p. 46. "*Verum*, inquit, *nec Musculi et Valesii lectio, etsi melioribus*

codicibus freta, benigniore utitur fato: Qualis enim dies ille quadraginta horis diurnis ac nocturnis commensuratus?" Verum enim vero primum non scripsit Irenæus οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, quod si scripsisset, verti posset cum Valesio: "*alii etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur*" i. e. diei tempus ex quadraginta horis constans ponunt. Deinde vel si legeretur οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, tamen illud quod dicunt VV. DD., ex mea sententia inde minime sequeretur. Ac primum quidem monendum est, quod neglexerunt Valesius, Steckius, alii, Irenæum minime loqui de die in universum, sed aperte sigillatim de die, quo a quibusdam sit jejunatum, ita ut ex præcedenti νηστεύειν supplendum sit vel ᾗ νηστεύουσι vel τῆς νηστείας. Quod ipsum intellexit tum Krohnius tum Strothius, ille qui l. l., postquam scripsit: "*Posteriora verba sic verterem: per horas diurnas atque nocturnas ad unum omnes emensi sunt (?) diem suum,*" statim addit: "*i. e. diem jejunii,*" hic qui vertit: "*andre messen den Tag der Fasten nach* 40. *Stunden ab.*" Quamquam non minus concedendum puto et fatendum, vel sic nondum remotam esse illam, quam adversarii invenisse sibi visi sunt, difficultatem, neque nos juvari nota illa quam ad interpretationem suam adscripsit Stroth. *deutsche Uebersetzung der KG. des Euseb.* tom. i p. 398. "*That is, they prolong the day of the fast, so as to keep it up for forty hours, day and night.*" Nam facile, credo, intelligitur, adhuc remanere absurdam illam et ineptam sententiam, fuisse homines, qui diem quo scilicet jejunarent, ex quadraginta horis constantem sumerent. Neque quidquam effici videtur iis quæ in hac causa scripsit eandem quam nos, lectionem tenens Ittigius *de hæresiarchis primi et secundi seculi* p. 229. "*Verum præferenda videtur lectio quæ sublata distinctione inter voces* τεσσ. *et* ὥρας *non quadraginta dierum sed quadraginta horarum jejunium asserit.——Dicit igitur* (Irenæus) *quosdam uno die jejunasse, usque ad seram vesperam ab omni cibo et potu abstinendo, alios duobus, alios pluribus diebus, quosdam autem quadraginta horas jejunio destinasse* (quo verbo *destinandi* liberius etiam quam nos verbo *numerandi*, usus est Ittigius ad exprimendum illud συμμετρεῖν), *ita ut ad solis occasum nondum cibum*

sumerent sed horas etiam nocturnas jejuni transigerent, donec quadraginta horæ absolverentur, respondentes circiter tempori, quo sponsus cœlestis ablatus fuerit." Namque illis "*quosdam autem——fuerit*" scidisse magis quam solvisse apparet Ittigium nodum illum qui inest in verbis *συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν*. Adde Massuetum *diss. in Irenæi libros ii.* p. 75. "Alii vero quibus nullam distinctionis notam inter τεσσαράκοντα et ὥρας reponere placet, et ἡμέραν retinent, diem illum 40. horarum interpretantur, de tempore, quod effluxit a morte Christi usque ad ejus resurrectionem, (id est, ab hora tertia post meridiem Parasceues, usque ad horam circiter sextam Dominicæ sequentis) quod ἄσιτοι ducebant plures, nihil quidquam cibi aut potus degustantes. Sed alii tum lectioni, tum explicationi merito repugnant. Dies enim 40. horarum quoquo modo explicetur, portentum est in tota antiquitate Ecclesiastica inauditum, cujus nec vola, nec vestigium apud omnes retro auctores occurrit, eos etiam quibus familiarior fuit vel Eusebius, vel Irenæus: nullique homini, si sanus fuerit, in mentem usquam venire potuit diem suum ex 40. horis conficere. Sed fac Irenæi ætate aliqui exstiterint, qui privatam sibi, et a communi omnium hominum et gentium usu alienam temporum rationem sibi constituentes, diem suum ita commetiti fuerint, ut (?) quid addidit Irenæus eos diurnas pariter ac nocturnas horas computasse? Puerile istud et insulsum prorsus. Quasi vero dies aliqua 40. horis constare posset, quia nocturnæ pariter ac diurnæ computarentur? Deinde si, ut quidam volunt, Christiani aliqui fuerint, qui novissimas duntaxat 40. horas, quæ Christi resurrectionem immediate præcesserunt, ἄσιτοι duxerint; necesse est diei Parasceues, qua crucifixus est Dominus, jejunium non ante ipsum crucifixionis tempus inchoasse. Id vero Tertulliano repugnat, qui in fine libri de Oratione, quem adhuc Catholicus scripsit, diserte asserit, *die Paschæ*, quo nomine Crucifixionis diem, fatentibus omnibus, intelligit, *quasi publicam jejunii religionem esse.* An vero ea die publica jejunii religio fuisset, si hora tantum tertia post meridiem jejunium aliqui inchoassent, reliqua autem diei parte epulis indulgere liberum sibi putassent? Nullos certe reperias ex iis qui a Quartodecimanorum disciplina discedebant qui jejunium ea die solvere ante solis occasum fas sibi

esse crederent."—Itaque jam dicendum erit, quomodo neque ea quam supra simpliciter sumpsimus, loci Irenæi lectio *οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν* neque ea quam nos certe reliquis omnibus veriorem putamus, scriptura illam difficultatem afferat, quam removeri posse desperarunt VV. DD. Aberit autem illa plane, ut mihi quidem videtur, si rectius interpretemur vocem *ἡμέραν*. Neque enim proprie sed improprie Irenæus illam secundo quidem loco usurpasse censendus est, ita ut minime cogitandum sit de die sed de tempore, similiter atque in epistola ad Hebr. iv. 7. *πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν* et v. 8. *περὶ ἄλλης— ἡμέρας*. Cf. v. 7. *μετὰ τοσοῦτον χρόνον*. Adde Hebr. v. 7. *ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*. Euseb. H. E. x. 4. Georgi *vindic. N. T. ab Ebraismis* p. 59. sqq. Pfochen. *diatribe de stylo N. T.* n. li. Fischer. *de vitiis Lexx. N. T.* p. 424. Kuinoel. *Commentar. ad Matth.* ii. 1. p. 19. ed. iii. cf. Wahl. *Clav. N. T.* t. i. p. 702. ed. ii. Jam sive *ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς* sive *ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς* nobiscum scribendum duxeris, absurdi quidquam in Irenæi loco vix deprehendes. Aut enim Irenæus dicit, fuisse etiam, qui *temporis* quo jejunarent, spatium ex quadraginta horis constans ponerent, aut qui horas quadraginta tanquam tempus quo ipsi jejunarent, numerarent. Atque hanc ipsam loci interpretandi rationem nescio an odoratus sit ipse Valesius conjiciendo pro *τὴν ἡμέραν αὐτῶν* legendum esse *τὴν νηστείαν αὐτῶν*, quod cum illa voce *ἡμέρας* improprie accepta mire convenit et aptius etiam profecto usurpasset Irenæus. Quamquam cur *ἡμέρας* vocabulo uti ille maluerit, non minus apparere puto. Ludere enim probabiliter Irenæus voluit ipso illo vocabulo *ἡμέρας*, quod priori loco positum (*οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας*) proprio sensu dictum esset, sed secundo (*τὴν ἡμέραν αὐτῶν*) improprio. Ac similiter et recte jam Grabius *ἡμέραν* secundo loco positum de tempore interpretatus est, sed in eo aperte lapsus, quod vel verba *τῆς ἡμέρας* de tempore jejunii, non de die illius explicari voluit. Ita enim V. D. disserit (vid. Iren. t. ii. p. 363. ed. Massuet.): "Imo vero ipse Irenæus in primo hujus fragmenti versu, *οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας*, etc. per *ἡμέραν tempus*, et quidem jejunii, intellexit, non diem Paschalem, uti omnes

adhuc acceperunt. Hanc enim indigitaturus, non simpliciter *ἡμέραν*, sed cum addito *τοῦ πάσχα* dixisset (Irenæus); aut si in paullo præcedentibus ejus facta fuisset mentio, *ταύτης τῆς ἡμέρας* scripsisset. Neque sequentibus hic sensus bene congruit, utpote in quibus ea, quæ circa dies jejunii erat, differentia exponitur: quæ sane non ad diversa *εἴδη τῆς νηστείας*, sed ad *ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς ἡμέρας* omnino referenda est. Vocem igitur *νηστείας* in priori quoque istius periodi commate subintelligens, *περὶ τῆς ἡμέρας de die*, id est, *de tempore jejunii* accipio; ita ut sensus istorum Irenæi verborum sit: *non de tempore solum, sed et diversis modis jejunandi ante Pascha, perinde ac circa ipsam Paschalem festivitatem* (?), *controversiam sive dubitationem in Ecclesia ortam fuisse.*" Atque his convenire dicit Grabius optime locum Socrat. H. E. v. 22. Ἐστὶ δὲ *εὑρεῖν οὐ μόνον περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποχὴν τῶν ἐδεσμάτων οὐχ ὁμοίαν ποιουμένους.* Qualem differentiam Irenæum quoque in media parte hujus fragmenti, quæ interciderit, exposuisse videri. Sed, ut taceam quod contra Grabii opinionem recte monuit Massuetus *dissert. in Irenæi libros* ii. p. 76. n. 24., illa verba *περὶ τῆς ἡμέρας* ita ut Grabius voluit, vix posse explicari propterea quod certissimum est in verbis: *οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο* (sc. *ἡμέρας*), *οἱ δὲ πλείονας* (sc. *ἡμέρας*), vocem *ἡμέρα* non de alio, quam de 24. horarum spatio dictam esse, ideoque Irenæus in una eademque voce *ἡμέρα* primum a communi significatione recessisse, deinde ad eandem consuetam illius vim rediisse et denique in ultimo *ἡμέραν* iterum ad impropriam ineptissime transiisse credendus est, illam interpretationem verborum *περὶ τῆς ἡμέρας* plane conficit præterea verborum collocatio. Quodsi verba *περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας*, ut apud Socratem, interpretanda essent de variis ciborum generibus a quibus abstinerent homines in jejunando et sequentia *οἱ μὲν γὰρ οἴονται etc.* ad *ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς ἡμέρας* omnino pertinerent, patet Irenæum ita potius debuisse scribere: *οὐ γὰρ περὶ τοῦ εἴδους μόνον τῆς νηστείας, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἡμέρας* (*τῆς νηστείας*) *ἔστιν ἡ ἀμφισβήτησις· οἱ μὲν γὰρ οἴονται κ. λ.* Nunc vero illa *περὶ τῆς ἡμέρας* aperte ad nihil spectare possunt et spectant nisi ad diem paschalem (cf. verba præcedentia *παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ*

et Valesius *ad Euseb. H. E.* v. 24. Annot. p. 400. sq.), ab aliis aliter constitutum et verba περὶ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας ad diversitatem temporis jejunii antepaschalis, cum alii per unum diem, alii per plures jejunarent. Quod denique contendit Grabius vel τοῦ πάσχα ad τῆς ἡμέρας addi vel certe ταύτης τῆς ἡμέρας ab Irenæo scribi debuisse, si ἡμέρα ibi de die dictum esset, illud cum τῆς ἡμέρας satis accurate Irenæus scripserit, semet ipsum refutat. Jam vero quamvis hæc ita sint, tamen verba τὴν ἡμέραν αὐτῶν eo modo quo jam Grabius voluit, ab Irenæo dici potuisse, hoc nec Massuetus, credo, negaret, qui vero in similem quem Grabius, errorem incidit, l. l. p. 76. n. 26. contendens ab Irenæo de jejuniorum numero minime sermonem institui, neque ab eo tradi alios uno die, alios duobus jejunandum sibi existimasse. Sed hoc recte dixit V. D., minime significare Irenæum de ipso jejunio quosdam dubitasse, utrum servandum necne, et recte idem scripsit: "*Longe minus disceptari potuit de jejunio quod vocant* ὑπερθέσεως, *seu superpositionis* (ad quod Irenæi verba perperam detorquent Valesius et Grabius), *quod qui servarent, ne vespera quidem cibum caperent, seu penitus abstinerent, sive una, sive pluribus diebus, usque ad terminum jejunii, Paschale scilicet mane, quod a galli cantu incipit. Ea enim jejunii species, ut a veteribus commendata, et a piis plerisque servata, nulla tamen ecclesiastica lege aut consuetudine, quæ vim legis haberet, sancita fuit, sed uniuscujusque arbitrio ac pietati, ut par erat, permissa, adeo ut absurdum sit, pace virorum doctissimorum dixerim, controversiam de ea re inter ecclesias fingere.*" Jam vero his disputatis ostendisse mihi videor, minime ex nostra loci lectione homines fuisse Irenæum dicere, qui nescientes diem constare ex horis viginti quatuor, eundem ex horis potius quadraginta constantem sumerent, neque aliud quidquam nisi quod in Irenæi loco invenimus, significare videtur σύνοψις τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας verbis: ὥραν ἀντὶ ἡμέρας νηστεύοντες, i. e. singulas horas ita jejunantes ut has horas sibi constituant tempus jejunandi. Sed addendum nunc, quo præterea commendetur cod. Mazar. lectio. Ut enim taceam, summam esse illius codicis auctoritatem, cum in interpunctione quæ qualis esse debeat, hoc loco maxime quæritur, libris satis exigua sit auctoritas (vid. Massuetus l. l. p. 76. n. 25.), tamen reliquorum codd. Reg. Med. Fuk. scrip-

turas ad illius proxime accedere intelligitur. Quod vero ad eam lectionem pertinet, quam exhibent Grut. Cast. Ion., οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς αἷς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, quamque vidi probari Gieselero *Lehrbuch der Kirchengeschichte* t. i. p. 147. (an in editione secunda libri sui, quæ nuperrime prodiit, aliam lectionem Gieselerus exhibuerit, nescio), eam quidem nec ipse repudiarem nisi longe difficilior esset nostra lectio neque illud αἷς adsutum videri deberet ab librariis qui non concoquerent duplicem accusativum verbo συμμετρεῖν adjunctum, quo alios VV. DD. offensos esse supra vidimus. Itaque ut lectionem Grut. Cast. Ion. præferam, non magis moveri possum, quam ut spernam cod. Mazar. scripturam, ea impellunt quæ præter alia ad Strothium scripsit Krohnius l. l. "*Post* τεσσαράκοντα *colon ponendum puto; ex quo me Rufini distinctionem sequi vides.* —— *Distinctionem autem illam ipse loquendi usus postulare videtur. Quoties periodus quædam inchoatur verbis* οἱ μὲν, *ita ut nullis intervenientibus sequatur verbum finitum, cum his quæ ad efficiendam ejus sententiam pertinent, ac deinde sæpius* οἱ δὲ *sine quodam verbo finito sequitur, tum semper ad singula* οἱ μὲν *repetendum est* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *illud verbum quod ad* οἱ μὲν *pertinet. Accedit quod hoc loco singulis membris adjectus est numerus quidam dierum, ita ut eximia adsit membrorum convenientia.*" Quamvis enim vera essent quæ de οἱ μὲν, οἱ δὲ V. D. attulit, tamen neque in Irenæo exquisita ejusmodi orationis concinnitas recte semper quæratur et Rufini lectio reliquis quibus ea premitur, difficultatibus haud liberatur. Ipse enim Krohnius statim addit: "*Scio equidem exinde aliquam difficultatem quæri, quod sic jam Irenæi tempore jejunium quadragesimale fuisset, cujus rei alias nulla in iii. prioribus sæculis apparerent vestigia.*" Cf. Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* t. i. p. 462. not. 14. His ita disputatis illud certe effecisse mihi videor, lectionem cod. Mazarinæi adhuc certe, dum alii codices nondum excussi meliora suppeditent, reliquis lectionibus omnibus quæ præterea innotuerunt, esse præferendam ideoque haud temere a nobis in textu retentam.

Sed adjicere denique placet eas quas de loco nostro in medium attulit conjecturas Strothius, quamvis nullam earum in

locum vel cod. Mazar. lectionis vel reliquarum lectionum substituendam putem, satis illas partim a vulgata scriptura recedentes, partim iisdem qua Rufini scriptura difficultatibus pressas. Conjecit autem Strothius legendum esse vel: *οἱ δὲ τεσσαράκοντα· καθ' ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντες τὴν ἡμέραν* vel: *οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦντες τὴν ἡμέραν* vel etiam: *οἱ δὲ καὶ πλείονας. καὶ οἱ μὲν ὥραις ἡμεριναῖς, οἱ δὲ καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν.* Præterea ad hanc posteriorem conjecturam tuendam et commendandam V. D. hæc adjecit: "*Ac ne forte alicui hæc emendatio nimis violenta videatur, notandum est,* τεσσάρακοντα, *quod unico charactere* μ'. *scribebatur, cum* μὲν *compendiose scripto facillime permutari posse. Atque cum in hac particula semel principium corruptionis factum esset, cætera etiam mutari necesse erat. Quum enim accusativi præcessissent, atque* μ' *seu* τεσσαράκοντα *ad sequentes traheretur voces, et in iis accusativus pro dativo ponebatur.*" Sed hæc de hoc difficillimo loco disputata sunto, cujus tenebras quicunque melius quam nos, poterit dispellere, ei lampada lubentes facilesque tradamus.

EXCURSUS VIII.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. V. 28. p. 378.

Τὴν —— *πίστιν καπηλεύοντες*] De voce *καπηλεύειν* multi multa. Quid vero *καπηλεύοντες* sit nostro loco, ex totius orationis contextu et adjectis *τὴν ἁπλῆν πίστιν*, satis, credo, potest intelligi. Recte vertit in rei summa Valesius: *Simplicissimam divinarum scripturarum fidem adulterant* i. e. additamentis insititiis depravant, dialecticas suas disserendi subtilitates et quasi quasdam spinas simplici doctrinæ in libris sacris comprehensæ admiscentes et veluti inserentes. *Πίστις* enim priori loco haud dubie sensu, ut aiunt, objectivo de ipsa doctrina evangelica dictum est, contra *πί-*

στις altero loco subjectivo. Cf. Irenæus adv. hæres. iv. 26. t. i. p. 263. ed. Massuet. Sed ut planius expediam locutionem καπηλεύειν τὶ, descendit illa vox, ut constat, a verbo κάπηλος, quod cum proprie significet lixam (cf. Nicol. Dam. de vita sua p. 18. ed. Orell.), deinde dicitur de institore pusillo seu propola, qui merces suas emit ab ἐμπόρῳ mercaturam longe majorem exercente, externam adeo et maritimam. Vid. Plat. de republ. ii. p. 371. ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους; Hesiod. Opp. et D. ii. 264. Porphyr. Quæstion. Homer. 1. Hemsterhuis. *ad Aristoph. Plut.* v. 1157. Spanhem. *ad Julian. orat.* i. p. 141–143. cf. p. 138. Xenoph. memorr. iii. 7. 6. ubi οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλόμενοι iidem qui κάπηλοι. Beck. *ad Aristoph. Av.* v. 1292. Jam cum propolæ non multum lucrari possint negotiando, quia major quæstus pars non potest non redundare ad eos, qui merces haud emunt per multas jam traditas manus, verum mercantes a mercatoribus a prima, ut aiunt, manu eas accipiunt, et cum ob hanc ipsam causam turpis lucri cupidior esse soleat tota illa propolarum natio, nisi admodum mentiantur, nihil proficientium (vid. Cicer. de offic. i. 42. in. Themist. orat. xxiii. p. 299. Aristot. ethic. iv. 1.), inde κάπηλοι vocantur ii quoque, qui fraudulenter merces quæstus colligendi causa adulterant et maxime qui vinum illo consilio depravant, οἱ τοὺς οἴνους μίγνυντες τοῖς νέοις καὶ τοὺς τοιούτους ὡς παλαιοὺς πιπράσκοντες, ut loquitur Scholiast. ad Aristoph. Plut. v. 435. cf. Euripid. Hippolyt. v. 952. sq. δι' ἀψύχου βορᾶς καπήλευ. Atque inde καπηλεύειν τὶ dicuntur ii, qui rem qualemcunque eximiam, præstantem, egregiam quacunque de causa, maxime vero propter quæstum defœdant ac nativa sua vi et dignitate privant et spoliant. Ita legitur illud apud Philostrat. vit. Apollon. i. 14. πάνθ' ὑπὲρ χρημάτων αὐτὸν πράττοντα ἐπέσκωπτεν οὗτος καὶ ἀπῆγε τοῦ χρηματίζεσθαί τε καὶ τὴν φιλοσοφίαν καπηλεύειν. Nicol. Damasc. p. 4. ed. Orell. οὗτος μὲν οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν. Herodot. iii. 39. Cf. Cicer. de offic. i. 12. Nec *cauponantes bellum*, sed *belligerantes*, i. e. nec ipsam belli vim ac naturam eo quod lucri causa geritur, pervertentes, sed bellum, ut decet et par est ac quale esse debet, gerentes. Cic. Verr. i. 64. qui ab isto *jus* ad utilitatem suam

nundinarentur. Sueton. Titus c. vii. Hinc ad Sophistas transferri vox cœpta est quæstus causa philosophantes eoque ipso philosophiam depravantes. Vid. Hemsterhuis. *ad Lucian. Nigrin.* t. i. p. 267. Valcken. in *annotatt. critt. ad N. T.* p. 409. sqq. Heindorf. *ad Plat. Gorg.* p. 244. cf. Polluc. i. 50. iii. 124. iv. 48. vi. 128. vii. 8. 193. ix. 34. 36. 143. Toup. in Suid. iii. p. 189. Alberti *ad Hesych.* Monk. *ad Eurip. Hippol.* v. 956. Schleusner. *Lex N. T.* h. v. Blomfield. *Glossarium in Æschyl. Sept. contra Theb.* ad v. 541. affixum editioni fabulæ a V. D. curatæ. Sed nullo modo semper solus quæstus tanquam prima et potissima causa eorum qui aliquid *καπηλεύειν* seu adulterare dicuntur, cogitandus est, imo quæcunque alia res, ut superius dixi, tanquam ad illud movens et impellens proponi potest et proponitur. Ita ipso nostro loco Artemonitæ dicuntur *τὴν ἁπλῆν τῶν θείων γραφῶν πίστιν καπηλεύειν* minime flagrantes vehementiori quadam auri cupiditate, imo altioris cujusdam sed insipientis sapientiæ, ut ait ille, siti ardentes. Hæc si non tanquam sola, certe prima causa cogitanda est, ut totius loci contextus ostendit. Eodem modo 2 Cor. ii. 17. in verbis *καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ* minime de sacra auri fame, certe non primum cogitandum puto, quæ est opinio Hesychii et Theophylacti (cf. Suicer. *Thes.* t. ii. p. 42.), imo cum opponatur *ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν,* significat Paulus hoc, se doctrinam divinam non adulterare, nativam et præstantem ejus indolem non deturpare, minime docentem illam propter animi *ὑπόκρισιν*, qua illius doctrinæ veritatem intimo pectore haud persentiscat, minime suæ mentis impetu et inspectantibus hominibus eorumque auctoritate, sed animo plane candido et sincero, sed divinitus incitato, sed teste Deo, sed auctoritate Christi. Cf. 2 Cor. iv. 2., ubi legitur *δολοῦντες τὸν λόγον* pro *καπηλεύειν τὸν λ.* Neque aliter apud Eus. H. E. vi. 19. Origenes dicitur a Porphyrio *καπηλεῦσαι τὴν ἐν λόγοις ἕξιν,* cujus rei causam in eo tantum quæri haud dubie voluit Porphyrius, quod Origenes neque philosophiæ neque religioni Christianæ vale dicere sed doctrinam ex utraque quasi conflatam et commixtam tenere. Ita igitur mihi multiplices verborum *κάπηλος* et *καπηλεύειν* significatus rectius quam vulgo fit, constituendæ ac describendæ videntur. Cf. Passow. s. v.

καπηλεύειν. Porro loci ad vim illarum vocum rite æstimandam præter eos quos superius laudavi, satis insignes sunt hi: Plutarch. de audiendd. poëtt. p. 80. ed. Krebs. ii. *ἢ κυβεύεις, ἢ ὀρτυγοκοπεῖς, ἢ καπηλεύεις, ἢ τοκογλυφεῖς, μηδὲν μέγα φρονῶν μηδὲ ἄξιον τῆς εὐγενείας.* Plut. Brutus c. xi. *τοὺς ὑφάντας καὶ τοὺς καπήλους, οὐχὶ τοὺς πρώτους καὶ κρατιστούς.* Lysander. c. xiii. *Ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε ληρεῖν ἀπεικάζων τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσιν, ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντες ὄξος ἐνέχεαν· εὐθὺς γὰρ ἦν τὸ γεῦμα δυσχερὲς καὶ πικρὸν, κ. λ.* Herodian. vi. 7. 22. t. iii. p. 483. ed. Irmisch. *τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσοῦ καπηλεύοντες.* Antholog. Græc. in epigram. Pallados t. iii. p. 130. ed. Jacobs. *τύχη καπηλεύουσα πάντα τὸν βίον.* Julian. epist. xlii. p. 422. ed. Spanhem. *εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις ἄλλο μὲν φρονοίη τις, ἐπ' ἐναντίον δὲ ὧν φρονεῖ διδάσκοι, πῶς οὐ τοῦτ' ἐκεῖνο καπήλων ἐστιν, οὔ τι χρηστῶν, ἀλλὰ παμπονήρων βίος ἀνθρώπων; οἳ μάλιστα παιδεύουσιν, ἃ μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν, ἐξαπατῶντες καὶ δελεάζοντες τοῖς ἐπαίνοις, εἰς οὓς μετατιθέναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν, οἶμαι, κακά.* Adde Scholiast. ad Homer. Odyss. ii. 46. sq. *Οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν βασίλειαν ἐμέριζον εἰς τρία ἐπίθετα. Τὸν μὲν πρᾶον βασιλέα ὠνόμαζον πατέρα, τὸν ἀπηνῆ καὶ θυμώδη δεσπότην, τὸν φειδωλὸν καὶ φιλόχρυσον κάπηλον.* Davisium *ad Maxim. Tyr. dissertt.* iv. 5. p. 56. sq. ed. Reiske. Cf. Neander. *Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums* t. i. p. 375.

EXCURSUS IX.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. VII. 7. p. 475.

Ne nunc quidem conveniunt inter sese VV. DD. de fonte unde duxerint patres ecclesiastici illud præceptum, quo sæpenumero usi sunt: *Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.* Ita Paulus *Commentar über das N. T.* t. iii. p. 75. * ed. ii. ad Luc. xix. 23. ex hoc ipso v. 23. *διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν* (coll. Mtth. xxv. 27. *ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς*

τραπεζίταις) natam ratus illam sententiam, hæc scripsit: "*From this demand of Jesus probably arose that maxim, often quoted by the Fathers, in which the meaning of this passage is embodied:—γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται" etc.* Atque huic ipsi sententiæ prima specie favere videntur omnes ii patres, qui disertis verbis ad Jesum illud dictum referunt et quos laudat Fabricius *cod. apocryph. N. T.* t. i. p. 330. sqq. coll. t. iii. p. 524. ac Suicer. *Thesaur. ecles.* t. ii. p. 1281. sq., cujus opinio a Pauli revera non est diversa. Suicerus enim l. l. p. 1283. "*Nos*," inquit, "*opinamur, patres illam sententiam e Christi parabolis collegisse et hausisse. Nota est omnibus parabola illa de talentis, quam Matthæus cap. xxv. et Lucas capite xix. referunt.*" Cf. Ejusd. *observv. sacrr.* p. 143. sqq. F. Croius *observv. in N. T.* c. xxviii. p. 213. Contra ad Usserii sententiam præter Valesium et Huetium *ad Origen.* p. 114. sq. et Salmasium *de fœnore trapezit.* p. 809. propius accedere videtur Fabricius l. l.

Sed equidem ab omnibus illis VV. DD. mihi discedendum esse videri fateor. Ut enim Usserii sententiam rejiciam, non solum illud movet, quod ex apocrypho libro patres hausisse suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, non recte sumi posse censeo, cum certe facilius aut ex Matthæi et Lucæ evangelio aut ex epistola Pauli ad Thessalonicenses illud possit duci, sed etiam eo moveor, quod nemo ex patribus, quantum scio, vel levissime hoc significavit, ex apocrypho scripto illud dictum habere originem. Neque enim video, quomodo Suicer. l. l. p. 1282. eos qui illud defendant, suo suffragio haud destitui putare potuerit propter loca cujusmodi hæc sunt: Origen. t. xix. in evangel. Johann., Hieronymi epistola ad Minervium et Alexandrum, Joh. Cassian. prim. patrum collat. cap. xx. p. 186. collat. ii. c. 9. p. 197., Epiphan. hær. xliv. p. 167., Cæsarii quæst. ult. p. 204., quæ quidem ad unum omnia a Christo potius patres repetiisse illud dictum ostendunt, ex libro apocrypho hausisse minime probant, nisi ita velimus concludere: Patres ecclesiastici dictum illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται Christum (et Paulum) protulisse affirmant, atqui in evangeliis canonicis (et epistolis Pauli) illud ipsum minime legitur, ergo ex libro apocrypho potius patres hauserunt. Antea enim ostendendum haud dubie est, nullo modo posse intelligi, quomodo, si nihil aliud sequerentur patres ecclesiastici nisi quæ in evangeliis canonicis

de Christo (vel in epistolis Paulinis de Paulo) referuntur, Christo (vel Paulo) illam sententiam tribuere potuerint et tum demum si illud intelligi plane nequeat, ex alio fonte patres hausisse, poterit esse probabile. Nihilominus ea qua dixi, ratione tum Suicerus l. l. tum Valesius ad Euseb. H. E. vii. 7. Annot. p. 549. conclusisse videntur, certe nisi hoc sumam, quid sibi velit Valesii: "*Quare*" l. l., non video. Cf. Valesius *ad Socrat. H. E.* iii. 16. "*Quo in loco id præceptum Christi* (*γίνεσθε δ. τ.*) *legatur,* — *incertum est. Nam in evangeliis hoc præceptum non legitur. Sed cum Origenes et Hieronymus istud a Christo mandatum esse consentiant, et ab Apostolo postea inculcatum, assentior Jacobo Usserio, qui dictum illud Christi, in Evangelio secundum Hebræos relatum fuisse existimet.*" Neque si hoc cum aliis VV. DD. Kestner. *de Eus.* p. 46. statuit, ejus opinio ullo modo firmatur locis quæ ipse laudavit in ipso fere libri sui limine, Socrat. H. E. iii. 16. et scriptoris vitæ Syncleticæ apud Coteler. *monumentt. ecclesiæ Græcæ* t. i. p. 269. Socrates enim Christi et Pauli esse illud dictum affirmat, quod quomodo affirmare ille potuerit, inferius sigillatim videbimus, et scriptor vitæ Syncleticæ ut alii, ad Christum refert verbis: *Νήστευε μετὰ λόγου καὶ ἀκριβείας. Ὅρα μὴ ὁ ἐχθρὸς ὑπεισέλθῃ τῇ ἐμπορίᾳ σου τῆς νηστείας* (Cave ne Inimicus [i. e. diabolus] tuam subeat jejunii negotiationem, interprete Cotelerio). *Καὶ τάχα οἶμαι, περὶ τούτου τὸν σωτῆρα εἰρηκέναι, τὸ Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται· τουτέστι τὸ βασιλικὸν χάραγμα* (monetæ impressionem, Cotelerio interprete) *ἀκριβῶς γινώσκετε· εἴσι γὰρ καὶ παραχαράγματα· καὶ ἡ μὲν τοῦ χρυσίου φύσις ἡ αὐτὴ, διαφέρει δὲ τῷ χαράγματι. Ὁ μὲν οὖν χρυσός ἐστιν, ἡ νηστεία, ἡ ἐγκράτεια, ἡ ἐλεημοσύνη. Ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων παῖδες τὴν τυραννικὴν ἑαυτῶν εἰκόνα τούτοις ἐντίθενται, καὶ αἱρετικοὶ δὲ πάντες διὰ τούτων σεμνύνονται. Ὁρᾷν δὲ δεῖ τούτους καὶ ἀποφεύγειν ὡς παραχάρακτας. Βλέπε μὴ ἀγυμνάστως περιπεσὼν αὐτοῖς, ζημιωθῇς. Δέχου οὖν μετὰ ἀσφαλείας τὸν τοῦ Κυρίου σταυρὸν ἐντετυπωμένον ταῖς ἀρεταῖς· τουτέστι, πίστιν ὀρθὴν μετὰ σεμνῶν πράξεων.* Jam vero neque iis assentiendum duco, qui patres sententiam illam vel ex solis evangeliis vel ex sola epistola Pauli ad Thessalonicenses hausisse putant, contra equidem illos dictum hoc de quo agimus, tum a Christo tum a Paulo repetiisse censeo. Atque hujus mei judicii causam non solum

illam habeo, quod ipsi patres tum Christo tum Paulo suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται adscribunt, sed etiam eo illud satis stabiliri puto, quod quomodo patres illud dictum cum eo quem ei subjecerunt sensu tum tanquam Christi ex evangelio tum tanquam Pauli ex ejus ad Thessalonicenses epistola ducere potuerint, haud difficilius intelligitur. Quodsi quid *potissimum* significare voluerint, quicunque usi sunt illo dicto, patres ecclesiastici, quæsiveris, nihil aliud eos voluisse invenies nisi fere hoc: "*Curate ut tanquam probati et spectati trapezitæ, formam et pondus pecuniæ quam vel alii iis occupant vel ipsi aliis nummis commutant, accuratissime explorantes* (cf. Salmas. *de fœn. trapez.* p. 562. sq. *de usuris* p. 632. Paul. l. l. p. 169.), *vos quoque omnes qui vobis proponuntur et offeruntur, sermones et sententias* (unde Dionysius apud Eusebium *ad disquisitiones criticas* retulit illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται) *sollicite et diligenter exploretis et examinetis, aurificis quasi quadam statera ponderetis, omne* παράσημον νόμισμα *rejicientis.*" Vide Suicer. l. l., ubi certe plerique patrum loci laudati sunt, quos nolo exscribere. Jam vero illa ipsa quam paucis adumbravimus, sententia quomodo, ut hoc prius persequamur, Paulo tribuere et a Paulo repetere potuerint patres, satis in promptu sit. Cum enim apostolus in illa ad Thessalonicenses epistola πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχειν velit Christianos, hoc ipsum Pauli præceptum quamvis *verbis* maxime discrepet, sensu tamen non ita differt ab illo γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, ut quomodo multi ex patribus tanquam Pauli illud proponere et a Paulo ducere potuerint, mirum videri possit ei, qui qua libertate patres hoc in genere versari soleant, vel obiter cognoverit. Vid. Suicer. l. l. p. 1283: "*certissimum, Patres in citandis scripturæ locis magna nonnunquam usos esse licentia, vel, ut molliori verbo utar, libertate. Hinc sæpe voces quæ idem sonant, substituerunt in locum verborum contextus sacri: hinc aliquando* οἴκοθεν *quædam afferunt, et ad scripturæ verba addunt: ut ea, de quibus agunt, aut illustrare, aut probare possint, hinc memoriter sæpe scripturæ sententias scribunt, et voces quasdam hinc inde collectas, locis quibusdam addunt.*" Cf. Ch. Fr. v. Matthæi *über die sogenannten Recensionen, welche der Herr Abt Bengel, der Herr Doctor Semler und der Geheime Kirchenrath Griesbach in dem Griechischen Texte des N. T. wollen entdecket haben*, Ronneb. und

Leipzig 1804. p. 44. p. 74. p. 78. et Vater. *Spicilegium i. Observatt. ad usum Patrum Græcorum in Critica N. T. pertinentt.*, Regiomont. 1810. *Spicilegium ii.* ibid. 1811. Similiter Dionysius illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται non solum ἀποστολικὴν φωνὴν dixit, sed etiam addidit, illam pertinuisse πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, eodem modo quo scriptor constitutionum apostolicarum, magis illustraturus probabiliter Paulinum πάντα δοκιμάζετε καὶ τὸ καλὸν κατέχετε, siquidem eorum tantum est omnia explorare, qui satis facultatis habent et virium. Cf. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* t. i. p. 330. Adde quæ observavi ad Euseb. H. E. vii. 32. Annot. p. 641. sq. *Excurs.* ii. p. 894. sq. Contra minori tantum libertate uti voluisse videtur Rufinus qui illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται vertit: "*omnia legite et quæ bona sunt tenete*," quæ propius accedere patet ad Paulinum πάντα δοκιμάζετε καὶ τὸ καλὸν κατέχετε. Cf. Augustin. de natura et gratia c. xxxix.

Sed non solum a Paulo verum etiam a Christo diximus duxisse patres illam sententiam. Quod quidem prima certe specie paulo difficilius videatur ad demonstrandum. Quamvis enim hoc ipsum similiter commendetur eo, quod multi ex patribus ad Christum vere illud dictum referunt, tamen, nisi illud simul explicare possimus, quomodo aliquo loco evangelii Christus patribus certe suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται protulisse videri potuerit, minime inanis ac vana esse dicenda sit eorum suspicio, qui patres ex libro quodam apocrypho hausisse illud existiment. Et profecto quomodo vel apud Luc. xix. 23. vel apud Matth. xxv. 27. Christus eam sententiam quam patres subjecerunt illi dicto de quo agitur, pronuntiasse dici ab illis ipsis potuerit, certe minus facile videatur posse intelligi, quam quomodo Paulum apostolum idem illud præcipere dictitarint. Nemini certe vera et facilis esse videbitur conjectura quam protulit Paulus *Commentar über das N. T.* t. ii. p. 525.: "*Such appears to be the sense* (eundem scilicet sensum qui inest vel in loco Cebetis: μὴ γίγνεσθε ὁμοῖοι τοῖς κακοῖς τραπεζίταις· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων—ἴδιον νομίζουσιν εἶναι vel in loco Luc. xvi. 12. καὶ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;) *of the expression* γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι! *quoted by many*

of the ancients, as used by our Lord. It might easily have arisen out of the parable, by way of application, the fabula docet, *as it were.*" Namque illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται non eandem sententiam continere quam locum illum Lucæ et parabolæ de improbo œconomo, in promtu est quamvis de illius parabolæ loci interpretatione inter se dissentiant VV. DD., ideoque certe non sine immoderata et effusa quadam libertate et licentia patres illo loco Lucæ ipsum Christum suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται pronuntiasse affirmaturos fuisse apparet. Sed ipse Paulus illi suæ conjecturæ quam l. l. proposuit, non magnopere probabiliter favit; quippe quam serius proposita nova cujus statim ab initio hujus disquisitionis mentionem feci, tacite spreverit. Atque ex hac posteriori V. D. conjectura dictum illud ex Luc. xix. 23. coll. Matth. xxv. 27. patres hausisse censendum est. Jam vero nos ut in eo a Paulo discedimus, quod minime tanquam ex solo fonte ex evangeliis suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται patres duxisse et a solo Christo repetiisse affirmamus, sed simul a Paulo illud eos sumpsisse defendimus, ita loco illo Matth. xxv. 27. certe potissimum illos usos esse, ut Christo simul possent illud præceptum tribuere, jam probabimus. Neque enim per se tantum veri similius est, magis quam aliunde ex illo Matthæi loco patres allegoricæ quidem simul interpretationis auxilio (cf. Tzschirner. *de claris veteris eccles. oratoribus* comment. i. p. viii.) sententiam illam ut Christi quoque potuisse extorquere, cum totius parabolæ illius argumentum sit illi sententiæ cognatum (vid. Kuinœl. *Commentar. ad Matth.* xxv. 14. p. 666. ed. iii. et Matth. l. l. v. 29.), sed clarissime hoc demonstrat exemplum Chrysostomi in homil. iv. in act. apost. t. iii. p. 82. sq. Opp. ed. Montefalc., qui locus quamvis nobilissimus, quomodo fugere potuerit diligentiam Suiceri et aliorum VV. DD., profecto satis mirum est. Sed placet totum illum locum adscribere quo egregie comprobari puto judicium meum de duplici fonte unde hauserunt patres illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. Ita autem l. l. Chrysostomus disserit: Ἀλλ' ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ πνευματικὰ τὸν λόγον μετάγωμεν. Ἔδει σέ, φησι, καταβάλλειν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας (vid. Matth. xxv. 27.), ἐκείνου τοῦ ἀργυρίου τραπεζίτας ὑμᾶς καλῶν τοὺς τῶν ῥημάτων τούτων ἀκροατάς. Hoc autem interpretationis artificio sine dubitatione, ut videmus,

usus Chrysostomus statim pergit: *καὶ τίνος ἕνεκεν τραπεζίτας ὑμᾶς ἐκάλεσεν ὁ θεός; παιδεύων ἅπαντας τὴν αὐτὴν σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὴν δοκιμασίαν τῶν λεγομένων, ὅσην ἐκεῖνοι σπουδὴν ἔχουσι περὶ τὴν ἐξέτασιν καὶ εἴσοδον τῶν νομισμάτων. Καθάπερ γὰρ οἱ τραπεζίται τὸ μὲν κίβδηλον καὶ παράσημον ἐκβάλλουσι νόμισμα, τὸ δὲ δόκιμον καὶ ὑγιὲς δέχονται, καὶ διακρίνουσι τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ γνησίου· οὕτω καὶ σὺ ποίησον, καὶ μὴ πάντα παραδέχου λόγον, ἀλλὰ τὸν μὲν κίβδηλον καὶ διεφθαρμένον ἔκβαλλε ἀπὸ σοῦ, τὸν δὲ ὑγιῆ καὶ σωτηρίαν ἔχοντα παράπεμπε τῇ διανοίᾳ· ἔστι γὰρ ἔστι καὶ σοὶ ζυγὰ καὶ στάθμια οὐκ ἀπὸ χαλκοῦ καὶ σιδήρου κατεσκευασμένα, ἀλλ' ἀπὸ ἁγνείας καὶ πίστεως συγκείμενα, καὶ διὰ τούτων δοκίμαζε λόγον ἅπαντα. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτό φησι, γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, οὐχ ἵνα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἑστῶτες τὰ ἀργύρια ἀριθμῆτε, ἀλλ' ἵνα τοὺς λόγους βασανίζητε μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης.* Ita igitur locus ille Matthæi interpretandus erat, ut Christum quoque tum secundum sententiam tum secundum verba *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται* præcepisse appareret! Sed magis etiam nostram sententiam stabilit Chrysostomus addens: *διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν δὲ κατέχετε μόνον.* Nonne in his luculentissime ipse Chrysostomus duplicem illum fontem illius *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται* nobis significavit? Sed magis ille explanat mentem suam sequentibus: *οὐ διὰ τὴν δοκιμασίαν δὲ μόνον ὑμᾶς τραπεζίτας ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν καταβαλλομένων νομήν. καὶ γὰρ τοῖς τραπεζίταις, ἐὰν μόνον ὑποδεχόμενοι τὰ χρήματα κατακλείωσιν οἴκοι, μηκέτι δὲ εἰς ἑτέρους διανέμωσιν, ἅπαν τὸ τῆς ἐμπορίας οἰχήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀκροατῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται. ἂν γὰρ δεξάμενος τὴν διδασκαλίαν παρὰ σαυτῷ κατασχῇς, μηκέτι δὲ εἰς ἑτέρους ἐκβάλῃς, πᾶσά σου ἡ πραγματεία διαρρυήσεται. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἐκείνων διὰ πάσης ἡμέρας εἴσοδόν τε καὶ ἔξοδον γινομένην ὁρῶμεν. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς διδασκαλίας γινέσθω. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζιτῶν ἐκείνων ὁρῶμεν τοὺς μὲν καταβάλλοντας χρήματα, τοὺς δὲ λαμβάνοντας εὐθέως, καὶ ἀπιόντας, καὶ τοῦτο διὰ πάσης ἡμέρας γινόμενον ἴδοι τις ἄν. διὰ τοῦτο καίτοι τῶν χρημάτων οὐκ ὄντων αὐτοῖς οἰκείων, ἐπειδὴ τῇ χρήσει πρὸς τὸ δέον κέχρηνται, διὰ τῶν ἀλλοτρίων πολλὴν ἑαυτοῖς συλλέγουσι τὴν εὐπορίαν. Οὕτω καὶ σὺ ποίησον· οὐκ ἔστι ταῦτα τὰ λόγια σά, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ὁμῶς ἐὰν ἀρίστην ἐπιδείξῃ τὴν χρῆσιν, πολλὴν ἑαυτῷ συνάξεις τὴν εὐπορίαν τὴν πνευματικήν. Διὰ τοῦτο καὶ τρα-*

πεζίτας ὑμᾶς ἐκάλεσεν ὁ Θεός. τίνος δὲ ἕνεκεν ἀργύριον τὸν λόγον ἐκάλεσεν; ἐπειδὴ καθάπερ τὸ ἀργύριον τὸν χαρακτῆρα ἔχει ἀπηρτισμένον τὸν βασιλικόν· κἂν γὰρ μὴ τοῦτον ἔχῃ, οὐκ ἔστιν ἀργύριον δόκιμον, ἀλλὰ κίβδηλον καλεῖται· οὕτω καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς πίστεως τὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου ἀπηρτισμένον ἔχειν δεῖ. Πάλιν τῶν ἀργυρίων ἡ χρῆσις πᾶσαν ἡμῖν συγκροτεῖ τὴν ζωήν, καὶ συμβολαίων πάντων ὑπόθεσις γίνεται, κἂν ἀγοράσαι τι, κἂν πωλῆσαι δέῃ, διὰ τούτων ἅπαντα πράττομεν. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς διδασκαλίας γίνεται. Τῶν γὰρ συμβολιμαίων πνευματικῶν ὑπόθεσίς ἐστι καὶ ῥίζα τὸ ἀργύριον τοῦτο τὸ πνευματικόν etc. His junge locum Socrat. H. E. iii. 16. p. 189. ed. Vales., ubi disertis verbis tanquam Christi et Pauli dictum illud proponitur: *ἄλλως τε παρεγγυῶσιν ἡμῖν ὅ τε Χριστὸς καὶ ὁ τούτου ἀπόστολος, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, ὥστε τὰ πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχοντας, προσέχειν δὲ μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς κενῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης.* Cf. Johann. Cassian. in prima patrum collatione cap. xx. p. 186., ubi post verba: "*ut efficiamur secundum præceptum Domini probabiles trapezitæ*" mox addit: "Quæ omnia nos quoque debere *spiritualiter* observare, *evangelicus sermo sub hujus nominis demonstrat exemplo.*" Unde certe hoc patet, spiritualem quendam sensum in illo loco Matthæi captari esse solitum. Cf. locus insignis et similis Origenis quem laudat Tzschirner. *de claris veteris eccles. orator.* comment. iii. p. ix. sq. Neque vero nobis obstat, quod alii, ut scriptor constitt. apostoll. ii. 36., Clemens Alexandr. Strom. i. p. 354., Origenes in Matth. xxii. 32., Pamphilus init. apologet. pro Origene, Palladius de vita Chrysostom. c. iv., Nicephor. x. 26. (cf. Suicer. l. l. p. 1281. Fabricius l. l. not. c.) simpliciter tanquam dictum aliquod scripturæ præceptum illud commemorant, cum illos potius a nemine reliquorum nec a nobis dissentire pateat, qui ex duplici, quem diximus, fonte patres hausisse defendimus. Quod quidem magis etiam inde potest intelligi, quod idem Origenes t. xix. ad Johann. viii. 20. ad ipsum Christum illud dictum refert, quod alio loco tanquam scripturæ sacræ simpliciter attulit. Nihil autem magis dolendum erit, quam quod iidem patres, qui nonnisi interpretationis quibusdam veluti machinis ex loco Matth. xxv. 27. etiam extorserant, a Christo quoque commendari *τὸ δοκιμάζειν πάντα καὶ τὸ καλὸν κατέχειν* (nam huic fere convenit eorum *γίνεσθε*

δόκιμοι τραπεζῖται), quod longe facilius invenire poterant apud Matth. vi. 22. sq. Luc. xi. 34. sqq., aureum illud præceptum tam sæpe prorsus neglexerunt et contempserunt.

Ceterum qui nostræ sententiæ hactenus expositæ suffragetur, non facile assentietur conjecturæ Cotelerii ab Usserii non multum discrepante et ad Constitt. apostoll. ii. 36, prolatæ, secundum quam ex traditione sive non scripta sive in quodam melioris notæ apocrypho relata vulgatum fuerit, divino N. T. oraculo pronuntiari: "Estote boni trapezitæ." Hæc autem verba nescio quem annotasse ad Matthæum vel Lucam, alium ad locum Pauli 1 Thessalon. v. 21., alium fortasse ad 1 Johann. iv. 1., unde modo ut evangelica modo ut Pauli laudata sint.

Denique loca patrum ad illud dictum magis minusve alludentium vide apud eundem Cotelerium l. l. cf. Potter. *ad Clement. Alexandr. Strom.* p. 425. 436. Fabricium l. l. p. 330. sq. Adde quem laudat Coteler. *eccles. Græc. monumm.* t. i. p. 757., Petrum Siculum: *κἀγὼ μὲν ὁ ἐντελὴς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχος τὰ γνωρισθέντα μοι πεπονημένως, τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας ἕνεκα, ὑμῖν δοκίμοις τραπεζίταις προστίθημι* et Paulini Nolani epist. iv.: "*ipsos statueris nummularios, ut secundum suam formam probabiles domino cuderent nummos.*" Sententiam similem præter Cebetem cujus locum supra laudavimus, habet Maximus Tyr. dissertt. ii. 2. t. i. p. 20. sq. ed. Reisk. *Οὐδὲν δὲ οἶμαι διωκτὸν ὅτι μὴ ἀγαθόν· ἀλλ', ἀγαθοῦ φαντασίᾳ, τὸ μὴ ἀγαθὸν διώκεται ἐν χώρᾳ ἀγαθοῦ· καθάπερ ὑπὸ τῶν κερματιστῶν* (ita enim legendum esse pro *χρηματιστῶν*, bene puto conjecisse Marklandum ad h. l., quem vid.) *τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων, οὐ διότι κίβδηλα, αἱρετὰ ὄντα, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὸ ἀληθὲς ὁμοιότητι τὴν τοῦ κιβδήλου φύσιν ἐπικρυπτόμενα. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οἱ ἀργυρογνώμονες τῇ τέχνῃ διεκρίναντο τἀληθοῦς τὸ μὴ δόκιμον. ἐν δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν νομῇ διακρίνει ὁ λόγος ἀπὸ τῶν ὄντων ἀγαθῶν τὰ φαινόμενα μὲν, οὐκ ὄντα δέ· ἀλλὰ λησόμεθα, ὥσπερ οἱ μοχθηροὶ κερματισταὶ* (vulgo *χρηματισταὶ*), *θησαυροὺς ταμιευόμενοι κιβδήλων ἀγαθῶν.*

EXCURSUS X.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. VII. 18. p. 496.

Narrationem de statua Jesu et mulieris Paneadensis quam post Eusebium cujus præterea cf. demonstrat. evang. iii. 4. p. 107. ed. Montacut., referunt Sozomen. H. E. v. 21. Philostorg. vii. 21. Evagr. iv. 27. Johannes Malala in Chronographia p. 305. sq., Acta septimæ synodi (Nicænæ ii.) act. iv. t. iv. ed. Harduin. p. 260. sq., J. Damascenus orat. iii. de imaginibus, Georgius Monachus in scriptoribus post Theophanem p. 506., Nicephor. H. E. vi. 15., ut par erat, explosit et ab ipsa potius urbe Paneadensi in honorem Hadriani imperatoris statuam exstructam esse ostendere studuit Theodorus Hasæus in *dissert. de statua hæmorrhousæ* edita in *sylloge dissertt.* p. 314. sqq. cf. Beausobre in *bibliothec. German.* t. xiii. I. F. Hebenstreit. *diss. de mulieris αἱμορροούσης statua* Jen. 1710. p. 6. sqq. Gieseler. *Lehrbuch der Kirchengeschichte* t. i. p. 67. not. d.: "*Eusebius — speaks of a statue in Paneas, which was at that time referred to Jesus and the circumstances recorded in Matth.* ix. 20; *later authors universally follow his account, and Malala* (600. *p. C.*) *even knows the name of the woman—Beronice* (Et idem tradit αἱμορροοῦσαν litteras dedisse ad Herodem secundum, quibus ab eo petierit veniam statuæ Christo erigendæ. Vid. Fabricii *cod. apocr. N. T.* t. iii. p. 449. sqq.).—*Judging from the evidence of several coins, it was a monument erected in honour of some emperor* (*probably Hadrian*), *and in consequence perhaps of the word σωτῆρι or Θεῷ occurring in the inscription, falsely attributed to Christ* (*cf. Th. Hasæi diss. ii. de monumento Paneadensi Bremæ* 1726.4.)." Cf. Fabricii *cod. apocr. N. T.* t. i. p. 252. not. 5. Quocirca jure quodam suo credulitatis ac superstitionis hac in re Eusebium accusavit Mœller. *de fide Euseb. C.* p. 62. Ita autem l. l. V. D.: "*Id quidem,*" inquit, "*candido episcopo lubenter credimus, quod statuam aliquam, quam incolæ urbis a muliere sanata Jesu Christo erectam fuisse fabulabantur, ibi*

viderit: vellemus autem ipsum in veritatem traditionis tam ineptæ omnique sacrorum Evangeliorum consensu destitutæ inquisivisse, antequam eam ut rem ἀξιοπίστην memoriæ proderet." Neque vero Eusebium de veritate illius fabulæ vel leviter dubitasse, magis etiam demonstrant verba ἔμεινε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ὡς καὶ ὄψει παραλαβεῖν ἐπιδημήσαντας τῇ πόλει et sequentia καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ταῦτα πεποιηκέναι, *etc.* Hinc falso scripsit Cramer. *Fortsetzung des Bossuet*, t. iv. p. 351., ipsum Eusebium nonnisi famam et rumorem esse putavisse illam de statua αἱμορροούσης narratiunculam. Nam quamvis antea ab aliis eam referri profiteatur Eusebius (vid. verba τὴν γὰρ αἱμορροοῦσαν—ἐνθένδε ἔλεγον ὁρμᾶσθαι—δείκνυσθαι—παραμένειν, *etc.*), tamen se plane assentiri illi famæ, aperte docet noster sequentibus verbis, quæ ipse antea attuli, iisdemque certa et indubia se reddere velle ea quæ alii referebant, luculenter significat. Cf. Reuterdahl. *de fontt. hist. Euseb.* p. 48: "*Ad Cæsaream Philippi imagines duas æneas conspexerat Eusebius, quas memoriam rei cujusdam a Christo gestæ conservaturas audiverat: credere etiam videtur, homines* (sermo tamen est potius de sola muliere Paneadensi), *ad quos res in principio pertineret, imagines istas tempore ipsius Christi erexisse.*" Sed ut ad Cramerum redeam, rem ipsam inter commenta recte ille quoque retulit. Quo magis mirum, Danzium *de Euseb. C.* p. 26. non solum de veritate sententiæ Hasæi aliorumque dubitasse cum Magn. Crusio *de Macario Magnete* Gotting. 1737. p. 26. sqq., sed etiam laudasse Eusebium, qui *non sine summa prudentia* hanc narratiunculam memoriæ tradiderit, *communem tantum hominum opinionem referat et in hac re consentientes sibi habeat, Macarium Magnetem, in Libris* Ἀποκριτικῶν s. Ἀποκρίσεων, *Asterium Amaseæ episcopum in homilia in Jairum et mulierem* αἱμορροοῦσαν *apud Photium in Biblioth. cod.* 271.—*Hac igitur in re eandem laudem meretur Eusebius, quam Suetonius, qui in describendis enarrandisque rebus gestis Augustorum nullum prope verbum sine auctoritate posuit, adeoque incorrupta fide atque candidus scripsit, ut illius fide nihil sit certius.* Sed ut hæc certe mihi non possunt contrarium persuadere, cum nondum satisfaciat muneri historici, qui *nullum verbum sine auctoritate ponit*, ita nihil efficitur ex mea sententia inde, quod *vix credibile vi-*

deatur Julianum imperatorem (teste Philostorgio ac Sozomeno) *ejusmodi monumentum quod honori principis tam pii et splendido Institutoris elogio toties condecorati* (Hadriani), *positum fuisset, indignissimis adeo modis subverti, per urbem trahi confringique et suam ejus loco reponi jussisse imaginem.* Cf. Fabricii *cod. apocr. N. T.* t. iii. p. 447. g. De hac enim re ipse vehementer dubito, et facile falsa veris miscuerint in eo Philostorgius ac Sozomenus, ut augeretur invidia Juliani apostatæ, qui illam statuam indignissimis modis subverterit minime necesse est, cur eam fortasse ex hominum conspectu removerit, facile intelligi potest. Neque enim immerito, credo, illam magno in honore apud Christianos fuisse statuatur. Quid autem deinde mirum, acerrimum superstitionis paganæ propugnatorem ac vindicem, Julianum, statuam illam, quamvis Hadriano positam, si non destruxisse, certe hominum oculis subduxisse? Hoc modo neque Hadriani manes ipse lædebat et religioni suæ optime consulebat. Adde quod Philostorgius, quamvis imaginem illam eversam referat, tamen de Juliani jussu statuaque ipsius reposita tacet. Cf. Joh. Reiskius *de imaginibus Jesu Christi exerc. iv.* p. 104. sq. Muenter. *Sinnbilder u. Kunstvorstell. der alten Christen.* Fasc. ii. p. 12. sqq. Paulus *Comm. üb. d. N. T.* t. ii. p. 282. ext. p. 283. init. Sed in itinere ex Palæstina Tyrum ad Paulinum, ut videtur, facto (cf. Eus. H. E. viii. 7. 9. Stroth. *Leben und Schriften des Eusebius* p. xxii.: "*Whether he went there on business relating to his church, or wished to retire from the danger which threatened him at Cæsarea, we cannot ascertain.*" Vales. *de vita scriptisque Euseb. Cæs. diatribe* p. xxxvii.), ante a. C. 312. urbem Paneadensem visitasse Eusebium, illud haud male conjicit Danz. l. l. p. 57. not. 17. cf. p. 37. sq.

Jam vero devenimus nunc ad quæstionem similem sed nondum accuratius agitatam ac de verbis ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς instituendam. Quæ quidem verba Valesius vertit: "*in ipsa basi,*" Strothius: "*auf dem Piedestal selbst.*" Cf. Eus. Vit. Const. i. 3. Sed primum vellem hanc significationem verbi στήλη probassent VV. DD., deinde quomodo poterat illa planta crescere in vel ex ipsa statuæ basi, quæ si non ex metallo unde constabat statua (τῆς αὐτῆς ὕλης ὄρθιον σχῆμα),

certe non ex terra facta erat? Num non solum commenta, sed etiam miraculi similia commenta h. l. attulit Eusebius? Imo Valesius tantum et Strothius, ac philologicum nonnisi finxerunt miraculum male interpretato verba Eusebii, haud dubie ad rei insolentiam augendam, jam Sozomeno qui temere scripsit: *ἀπὸ δὲ τῆς βάσεως* (?) *ἐφ' ᾗ ἵστατο ὁ ἀνδριὰς οὗτος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος*, nec melius Rufinus ut nunc taceam alia, quæ male assuit interpretationi suæ loci Eusebiani, vertit verba *ἐπὶ τῆς στήλης statuæ e basi.* Verum enim vero omnia fiunt plana, si *στήλης* de columna s. *ἀνδρίαντι* quod statim postea legitur, interpretamur, ut h. l. est interpretandum cum de alia vocis significatione cogitari nequeat (cf. Vales. *ad Eus. H. E.* ii. 12. Annot. p. 87. et nos in *Excursu* xvi.), neque *ἐπὶ* "*in*" sed "*juxta, an*" significare censemus, quo sensu sæpius *ἐπὶ* gignendi casui jungitur. Vid. Xenoph. Anab. iv. 3, 28. *μεῖναι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ juxta* fluvium, *am Fluss.* Herodot. v. 92. 3. *ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων bei, an der Thür.* Fischer. *animadvv. ad Weller. Gr. Gr.* vol. iii. P. ii. p. 228. sq. Cf. Matthiæ *Miscell. Philoll.* i. p. 163. Voigtlænder. *ad Lucian. diall. mortt.* i. not. c. xvii. not. a. p. 95. *τί σεαυτὸν ὀδύρῃ ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς*; Neque N. T. scriptoribus illa significatio præpositionis *ἐπὶ* inaudita est. Vid. Matth. xxi. 19. ubi ficus stetisse legitur *ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, am Wege.* Johann. vi. 21. *τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, juxta* terram. Johann. xxi. 1. *ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης.* Cf. v. 4. *ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν*: ut taceam *περιπατεῖν ἐπὶ τῆς θαλάσσης* et *ἐπὶ τὴν θάλασσαν* Matth. xiv. 25. 26. Marc. vi. 48. 49. tot ac tantis interpretum studiis vexatum ac divexatum. Vid. Paulus *Commentar über das N. T.* t. ii. p. 330. sqq. Kuinœl. *Comment. ad Mtth.* xiv. 25. p. 408. sqq. ed. iii. Sed vel his locis quamvis ne *περιπατεῖν ἐπὶ τῆς θαλάσσης* interpreteris de ambulatione *juxta* mare, plures aliæ rationes impediant, tamen linguæ usus minime impedit et temere Kuinœl. l. l. p. 411., si ambulationem Jesu juxta mare voluissent significare evangelistæ, ad evitandam ambiguitatem scribere potius debuisse vel scripturos fuisse contendit *ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τῆς θαλάσσης* laudans locos Mtth. xiii. 2. Joh. xxi. 4. Sed illo loco legitur potius *ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης*, hoc *εἰς τὸν αἰγιαλὸν*, et nisi ipsius linguæ ratio concederet ut *ἐπὶ* sequente genitivo in-

terpretemur *juxta*, vel ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τῆς θαλάσσης, ambiguum esse dici posset, ut scripturos fuisse evangelistas Kuinœlius censuit. Cf. Fritzsche *iv. evangg.* i. p. 502. Paulus *das Leben Jesu* t. i. p. i. p. 359. Wahl. *Clav. N. T.* t. i. p. 578. ed. ii. Quæ cum ita sint, sua sponte evanescit nostro loco certe miraculum ex mala Vales. ac Stroth. interpretatione ortum. Jam vero aliud si non miraculum certe commentum ex verbo φύειν sequens contra Strothium et Valesium frustra removere voluisse puto Paulum l. l. t. i. p. 576. sqq. Quamvis enim minime illud se audivisse hominum fama scribat Eusebius, in vel ex illius statuæ basi crescere plantam, tamen juxta illam plantam peregrinam crescere dici, ipsum et nihil aliud ipsum dicere puto verbis οὗ — — φύειν, et recte vertisse Valesium φύειν præeunte Rufino *nasci*, Stroth. *wachse*. Hanc autem famam sive Eusebius ipse crediderit sive non crediderit, quod probabilius est, quia neque ipse in sequentibus diserte affirmat, herbam quoque se vidisse, imo statuam tantum ὄψει παραλαβεῖν, ac Philostorgius adeo herbam se nusquam conspexisse commemorat (cf. Paulus l. l. p. 577.), quod vix dixisset, si ipse veram illam traditionem de herba putasset, sed famam illam sive illi crediderint necne, hoc tamen facile liquet, cur uterque eam non omittendam duxerit. Commendare enim ita sibi posse videbantur eo melius suam de statua ipsa opinionem, quasi Christo illam esse positam, vel illa salubri herba significaretur *juxta* eam crescere credita (utrum semper an nonnisi certo quodam anni tempore ibi crescere putaverint illam homines, Eusebius non definit), et παντοίων νοσημάτων ergo etiam utili ad fluxum sanguinis quo laborabat illa femina a Christo sanata, medicamento. Hinc adeo Philostorgius post παντοίων νοσημάτων addit: μάλιστα δὲ τῆς φθινάδος, quia si qui statuam illam Christi esse credentes, forte erant, qui ex illo sanguinis fluxu, quem quamvis evangelistis non affirmantibus (Matth. ix. 20. Marc. v. 25. Luc. viii. 43.), per duodecim annos nunquam interruptum fuisse facile putarent ut ipse R. Mead. in *Medica sacra* c. xi. (cf. Paulus l. l. p. 574. sq.), tabem s. phthisin adeo consecutam esse opinarentur, antequam Christus feminam sanaret, illi, inquam, deinde neque illud affirmare dubitarent, herbam illam juxta Christi statuam crescentem egregium esse ut ad παντοῖα νοσήματα ita

adeo ad phthisin remedium. Cf. Mercurialis de morbb. muliebrr. l. iv. *ubi fluxus immodici diutius durant, timendum ne fiat hydropica, cachectica* etc. Polluc. iv. 25. 186. 187. ed. Hemsterhuis. Columell. vi. 14. Cels. iii. 22. Hinc etiam Rufinus (cf. Fabricii *cod. apocr. N. T.* t. iii. p. 446. sq. not. e.) non dubitavit verba Eusebii ὃ μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνειν ita exaggerare: "*quæ* (herba) *cum exorta fuerit, excrescere ad stolæ æreï illius indumenti fimbriam solet, quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirit, ita ut quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens si antequam æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur.*" Modestius certe Sozomenus cum Eusebio de illa herba scripsit: παντοίων παθῶν καὶ νοσημάτων ἀλεξίκακον φάρμακον βοτανή τις ἔφυεν, ἧς τὸ εἶδος οὐδεὶς ἔγνω—καθ' ἡμᾶς ἰατρῶν ἢ ἐμπείρων. Cf. Valesius *ad Euseb. H. E.* vii. 18. Annot. p. 578. Godofredus *ad Philostorgium* p. 274. 276. Dallæus *de imagg.* p. 265. sq., quos citat Fabricius l. l. Hæc igitur est mea sententia, tum a Strothii diversa tum a Pauli, cui tamen ipsi adhuc quæ mihi in promptu sunt, respondenda erunt. Ita enim V. D. l. l. p. 576*.) disputat: "*that is* (animadvertit scilicet hæc Paulus ad verba Eusebii οὗ—φύειν), *is represented as having grown up. One would not have thought it necessary to be reminded of this. But even Stroth translates the passage as if the herb was said to be continually growing there.—It is from such translations as these that* 'miracula philologica' *arise, while persons who are not credulously disposed, if they do not examine the original, conclude the whole account to be false. The plant was represented naturally in metal as well as the two figures, and gave a meaning to the whole design. 'Such a herb was pointed out to the woman on her knees by him who is stretching forth his hand to her, in order to confirm and render permanent the sudden recovery, for which she was indebted to the momentary impression which she had so powerfully felt, while in the fulness of faith she was touching the hem of Jesus.*'" Hanc summi viri expositionem quominus veram putem, plura impediunt. Primum in eundem errorem ille incidit, quem Valesius ac Strothius, falso interpre-

tatus vocem στήλη: "*Saülengestell*," "*pillar-base*," quæ significatio si verbo illi non potest tribui, ejus sententia ipsa tollitur. Nam si non depicta erat illa herba in basi, in statua ipsa quomodo poterat esse effecta? Deinde non possum non fateri, me quidem quoties legi illud verbum φύειν, nihil aliud cogitare potuisse, nisi vere crescere credidisse homines plantam illam juxta statuam. Neque enim vel leviter indicat Eusebius φύειν improprie explicandum esse per illa: "*is represented as having grown up*," modo recte interpretemur verba ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς. Et quomodo φύειν illud significare potest, quamvis vel improprie accipere velis? Nihil certe tunc illud esse potest nisi: "*tanquam crescens depicta.*" Cf. Homer. Iliad. vi. 149. ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει, ubi sane φύει i. q. φύεται. Sed quomodo potuerit tanquam crescens depingi planta illa, nemo facile dicet. Eadem est ratio verborum ἀνιὸν et τυγχάνειν, et recte vertit Valesius: quæ ad fimbriam usque æneæ diploidis *assurgens* depellendis omnis generis morbis præsentissimum remedium *est*, et Stroth. *welches bis an den Saum des metallenen Kleides heraufgeht, und ein Gegenmittel—seyn soll.* Denique quod ultimum Paulo opponi recte posse puto, illud est, quod, si vere herba illa etiam in basi statuæ depicta esset, profecto quomodo deinde adhuc statuam illam alicui imperatori Romano positam fuisse rectius credamus, haud intelligitur. Nonne enim ipse V. D. ita omnia proposuit ut haud male interpretatos esse illius ætatis homines illas statuas de Christo *etc.* putandum sit? Sed mali, imo pessimi fuerunt interpretes ex mea rei expositione. A falsa enim et perversa sua opinione poterat Eusebium et alios jam illud deterrere, quod in evangeliis mulier illa tetigisse legitur Christi vestis laciniam, hic vero sensisse illud et deinde ad mulierem verba fecisse traditur, contra illarum statuarum altera ostendebat mulierem, in genua provolutam, supplices manus tendentem (ἱκετευούσῃ ἐοικὸς), altera repræsentabat virum erecto stantem corpore, diploïde indutum κοσμίως et manus porrigentem.

Sed de ipso illo vocabulo διπλοΐδος sigillatim nonnulla monere placet. Facile enim, credo, intelligitur quocunque modo illud interpreteris, Christo διπλοΐδα neminem sanæ mentis potuisse attribuere. Quodsi quid plerumque dicatur διπλοΐς, velimus cognoscere, optime docebit illud nos Salmasius ad

Tertullian. de pallio p. 396. sqq., qui cum alia tum hæc disputavit: "*Duplex vestimentum Græci quoque illud appellabant, quod ita amplum et fusum erat, ut duplicari in gerendo posset,* διπλοΐδας, et διπληγίδας, et διπλᾶ ἱμάτια, *hujusmodi vestimenta vocabant.* Hesychius: διπλοΐδα, διπλουμένην χλανίδα ἐν τῷ φορεῖσθαι. Contra ἁπλᾶ, et ἁπλοΐδες dicebantur, parvæ et exiguæ vestes, quæ duplicari non poterant. Idem Hesychius: ἁπλοῦς, μικρὸν ἱμάτιον: et: ἀπλῆτις, σύμμετρος χλαῖνα, οὐ δυναμένη διπλωθῆναι· ἁπλοΐδες, ἱμάτια μικρά. Pallium commune Græcorum, et fusius erat et redundantius, atque ad calceos usque demittebatur, ut alicubi scribit Quintilianus. Illud pallium primus duplicavit, sive duplicatum gessit Diogenes aut Crates. Facile enim duplicari poterat, et duplicatum geri propter amplitudinem suam. Quomodo aut qua de causa Diogenes pallium suum duplicare instituerit, explicandum est. Communitus in Græcia pallium ita gerebatur, ut duæ laciniæ ab utroque latere retrorsum rejicerentur, et in humeris fibula strictæ retinerentur. Quod ἀναβεβλῆσθαι ἱμάτιον dicebant: et ἱμάτιον ἀναβεβλημένοι qui pallium eo modo regestum utrimque habebant, ita ut tunica, quam sub pallio gestabant, tota in anteriore parte pateret. De illa regestione pallii diximus initio harum animadversionum. Diogenes Cynicus *qui nullam tunicam habebat sub pallio* ad eum modum quem diximus rejecto, sed solam interulam, cum per summum frigus tunicam ab Antisthene petisset, jussus est duplicare pallium. Verba Diogenes Laërtii in Antisthene: Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι προσέταξε πτύξαι θοιμάτιον. Idem ibidem: καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο. et *solo pallio utebatur.* Sine tunica scilicet, *nam pallium ita duplicatum tunicæ vice totum corpus involvebat.* Quinimo Cynicus pallio suo quasi veste stragula tectus, et involutus dormiebat. Diogenes Laërtius de Diogene Cynico: τρίβωνα δίπλωσας πρῶτος κατά τινας, διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ. Cui necesse esset in pallio suo cubare, propterea quod vestem stragulam non haberet, eo duplicato totum se involvebat. Jam quomodo pallio sese involverent Cynici, et quo pacto illud duplicarent, dicendum. Græcanicum pallium commune utrumque humerum operiebat, et utrimque regestum retrorsum, in humeris fibula strictum continebatur: Cynicum vero pallium humero dextro sub-

jectum, et in sinistrum conjectum, ante et retro duplicabatur. Humerum siquidem lævum duplici textu tegebat, et dextrum nudabat, cum commune in utroque humero simplex sederet. Quare Cynici qui duplici pallio utebantur, alterum humerum exertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum. Atque hæc erat duplicatio pallii, quam Crateti quidam, alii Antistheni, nonnulli Diogeni adscripsere, quamque omnes exinde Cynici usurpaverunt, qui pallio solo absque tunica involverentur." Adde eundem Salmasium in confutatione virulentissima animadversionum Antonii Cercietii (Dionysii Petavii) p. 9. et Jungermann. *ad Polluc.* vii. 13. 470. P. ii. p. 719. ed. Hemsterhuis. Talem igitur διπλοΐδα Christum gestasse credamus? Quod quamvis veteres Christiani fortasse crediderint (cf. Tertull. de pallio c. v. p. 28. ed. Salmas. "At enim pallio nihil expeditius, *etiamsi duplex*, quod Cratetis more nusquam vestiendo componitur: quippe tota molitio ejus operire est solutim, id est, uno circumjectu, licet equidem nusquam in humano, ita omnia hominis simul contegit *etc.*), tamen recte illi credere nullo modo poterant. Vid. Salmas. ad Tertull. l. l. p. 72. sq.: 'Supra tunicam Apostoli pallium injiciebant. Petri apostoli habitus ita describitur in actibus Apost. cap. xii. 8. *εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου· ἐποίησε δὲ οὕτω· καὶ λέγει αὐτῷ, περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου καὶ ἀκολούθει μοι.* Illud *περίζωσαι* ad tunicam refertur quæ præcingitur, — — at *περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου* de pallio dicitur, quod et *περιβόλαιον* propterea proprie appellatur. Abdias Babylonicus lib. viii. Hist. Apost. Bartholomæi Apostoli habitum sic describit: *vestitus colobio albo clavato purpura, induitur pallio albo habente per singulos annulos singulas gemmas.* Pallium utique quadrangulum habuit. Sed illa de gemmis singulis ad singulos pallii angulos, ac de purpura colobio intexta, de fabula plane adtexta sunt, et commenticium scriptorem arguunt: at de pallio et colobio simpliciter verum est, hic enim habitus fuit Apostolorum. — — *Qualis porro discipulorum habitus, talis et magistri. Nam et Dominum indutui nihil habuisse certum est præter unam tunicam, et unicum pallium amictui. Id colligitur ex Joannis cap. xix. vers.* 23. *οἱ οὖν στρατιῶται ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ*

καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα. Ubi *τὰ ἱμάτια* posuisse Johannem pro *τὸ ἱμάτιον* ex Græce loquentium usu notandum est: nec enim de pluribus palliis intelligi debet, sed de uno (Cf. Matth. ix. 20. 21. Marc. v. 27. Luc. viii. 44.). — — — Hinc non mirum Apostolorum successores et æmulatores maximos, ac disciplinæ Christi tenacissimos observatores, Episcopos presbyterosque, primis Ecclesiæ temporibus, eorum in vestitu quoque consuetudinem, quos in omnibus æmulari studebant, imitatos esse." Neque tamen communia pallia philosophica quibus primis ecclesiæ Christianæ temporibus uti amabant sacrorum antistites, plane tum forma tum materia convenisse cum Christi et apostolorum palliis certum esse, monuit ipse Salmasius l. l. p. 74. Quanto minus igitur conveniebant *διπλοΐδες*! Et quanto minus tali *διπλοΐδι* indutum fuisse Christum poterat credi! Sed hoc nec illos credidisse verisimile, qui commentum illud de statua Christo posita crediderunt, imo certe Eusebium et Rufinum alio sensu *διπλοΐδα* Christo tribuisse, longe est probabilius. Dicitur enim vox *διπλοΐς* etiam de veste illa qua apud Judæos vel reges vel sacerdotes et nominatim summus sacerdos solebat indui, et unice convenit illud vocabulum deinde Hebraico מְעִיל de quo vid. Hartmann. *Hebräerin* t. iii. p. 312. Gesenius *hebræisch-deutsches Handwörterbuch* s. v. Ita lxx. ad 1 Samuel. xxiv. 5., ubi Davides Saulo in spelunca abscidisse dicitur אֶת־כְּנַף־הַמְּעִיל hæc ipsa verba reddunt per *τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος* (cf. Sulpic. Sever. i. 35.), et apud Joseph. Antiqq. vi. 14. p. 354. ed. Havercamp. Samuel legitur *ἱερατικὴν περικείμενος διπλοΐδα.* Cf. ibid. iii. 7. 4. Atque hac summi sacerdotis veste *κοσμίως* indutum fuisse Christum in statua illa, voluit probabiliter Eusebius, cui fortasse neque illud incredibile visum est, illo Judæorum summi sacerdotis amictu Christum indutum fuisse, dum ipse in vivis esset! Cf. quæ animadverti ad Euseb. H. E. v. 24. Annot. p. 394. sq. Neque Rufinum aliter accepisse vocem *διπλοΐδος*, inde patet quod pro ea usus est *stolæ* vocabulo, quo sane apte significari poterat idem quod Eusebius significavit verbo *διπλοΐδος*. Vid. Joseph. Antiqq. x. 8., ubi *ἱερατικαὶ στολαὶ* bis leguntur. Cf.

Krebs. *animadvv. ad Plutarch. de audiendis poëtis* p. 421. edit. ii. Denique non minus apte vertisse Strothium διπλοΐδα "*Talar*," ex iis quæ adhuc disseruimus, sponte sua apparebit. Valesius contra "diploidis" vertit. Neque vero minus patebit hæc omnia satis confirmare propriam interpretationem verborum Eus. H. E. v. 24. Ἰωάννης—ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς, quamvis vel nuperrime ex *imagine* tantum Judaici sacerdotii illo loco discrimen cleri et laicorum adumbrari statuerit Hase *de jure ecclesiast. commentt. historr.* partic. i. p. 13. not. 4. His ita expositis, unum illud commemorare placet, Rufinum liberius etiam vertisse verba Eusebii τοῦτον δὲ τὸν ἀνδριάντα, εἰκόνα τοῦ Ἰησοῦ φέρειν ἔλεγον ita: "Hanc statuam *ad similitudinem vultus Jesu* formatam tradebant." Nam, ut utar verbis Fabricii in *cod. apocryph. N. T.* t. iii. p. 447. not. f. "Rufinum cum Eusebio conferens observabis in Græcis nullam fieri mentionem *similitudinis vultus Jesu*, sed tantummodo notari quod, ut altera statua mulierem, ita altera Jesum designaverit." Quamquam similitudinem illam vel Eusebium agnovisse, haud scio an sponte sua inde pateat quod Jesum statuam alteram significare putavit. Cf. Fabricii *salutar. lux evangel. toti orbi exoriens* p. 309.: "Constat — ex hoc Juliani vel Paneadensium facto, *illis temporibus saltem ex communi hominum opinione* statuam Paneadensem pro Christi imagine habitam fuisse."

Sed disputandum nobis nunc est de lectionibus ἀπαραλλάκτως et ἀπαραφυλάκτως. Ac primum quidem patet, ἀπαραφυλάκτως nostro certe loco nihil significare nisi quod dicit Valesius *ad Eus. H. E.* vii. 18. Annot. p. 578. ext. *incaute, temere,* quo sensu illud legitur apud ipsum Euseb. H. E. iv. 7. ἐξομνυμένους ἀπαραφυλάκτως ubi male vertit Strothius: *ohne Bedenken.* Jam vero quæritur utrum ἀπαραφυλάκτως an ἀπαραλλάκτως legendum sit. Quod autem affirmat Valesius, Rufinum ἀπαραφυλάκτως vertisse *indifferenter*, id est, Rufinum ἀπαραφυλάκτως legisse, in eo jam ex mea sententia V. D. lapsus est. Namque ex Rufini quidem interpretatione si non majori, certe eodem plane jure colligas, illum ἀπαραλλάκτως potius legisse, quod nihil est nisi vel *ratione haud immutata, consuetudine constanti, perpetua* vel *sine discrimine, indifferenter.* Quod ipsum veri simile est intellexisse Strothium, qui quid legerit Rufinus, pro-

babiliter nulla alia de causa tacuit in editione Græca ad h. l., nisi quod quæ sit lectio Rufini, non satis certo possit definiri. Sed exponendum nunc est, cur equidem solum *ἀπαραλλάκτως* scripsisse putem Eusebium, ita ut hoc ipsum, quamvis a Valesio, Strothio et Zimmermanno ejectum, tamen auctoritate codicis Medicæi et cum R. Stephano in textu exhibendum duxerim. Habeo autem hujus rei causam, ut mihi quidem videtur, gravissimam illam, quod *ἀπαραφυλάκτως* nemini deberi puto nisi iis qui verebantur, ne Eusebius toto hoc loco imaginum *λατρείᾳ* videretur favere ideoque *ἀπαραλλάκτως* mutabant in *ἀπαραφυλάκτως*, ut *temere* gentiles vel Christi vel apostolorum imagines cultu religioso prosecutos esse, aperte indicaretur. Verum enim vero *Eusebium* se hoc loco minime amicum ostendisse superstitioso illi cultui, validis rationibus probari posse existimo. Nam primum nihil dicit Eusebius nisi minime esse mirum statuam quandam a muliere *αἱμορροούσῃ* a Christo sanata huic esse erectam (ita enim restringenda sunt haud dubie verba: *Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ταῦτα πεποιηκέναι.* Cf. titulus capitis *περὶ τοῦ ἀνδριάντος οὗ ἡ αἱμορροοῦσα ἀνέστησεν*, verba *τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν.* Sozomen. v. 27. *Χριστοῦ ἄγαλμα ὃ τοῦ πάθους ἀπαλλαγεῖσα ἀνέθηκεν ἡ αἱμορροοῦσα*), quia Christi et apostolorum effigies a *gentilibus* servatas ipse *viderit* (*ἱστορήσαμεν*, nisi illud vertere velis *audire*. Cf. quæ monui ad Eus. H. E. viii. 3. Annot. p. 659.), deinde ne hoc quidem diserte affirmat Eusebius, ipsas imagines gentiles cultu divino honorasse, imo solum Christum et apostolos per illas ab illis esse cultos haud tecte significat (*οἷα σωτῆρας* —— *τοῦτον τιμᾷν εἰωθότων τὸν τρόπον*), denique quamvis tum commentum illud de statua noster crediderit (vid. pag. 940.), tum gentiles per imagines Christum et apostolos tanquam *σωτῆρας* voluisse colere, male sibi persuaserit, cum ejusmodi imagines habere sane potuerint gentiles neque vero simul illa veneratione prosequi Christum et apostolos (cf. Gesner. *de ætate et auctore Philopatridis dissert.* p. 9. p. 48. præmissa edit. dialogi et locus insignis. Augustin. de consensu evangel. i. 10., quem explanat Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. iv. p. 441.), tamen omnia illa minime eo consilio facile proferre

poterat Eusebius nec protulit ut idololatriam ejusque antiquitatem et necessitatem probaret, sed eam tantum ob causam historiæ suæ intexuit, quia Christi et apostolorum honos illis quoque augeri, religionis Christianæ præstantia inde quoque apparere posse ipsi videbatur. Vid. Cramer. l. l. p. 451. "*But even if it were certain that it was a statue of our Lord, it would by no means follow that Christians necessarily fell down before and worshipped it. So far from that, a bolder leap at a conclusion could not easily be conceived. That men might have fallen down before our Saviour, during his sojourn upon earth, and worshipped him, no one will deny, any more than that there is no sin in representing such an act in brass. But a figure kneeling before the statue of a benefactor, no more proves that living men must as a matter of course worship that before which it is kneeling, than the figure of a tender husband embracing his wife proves that husbands are therefore bound to embrace the statues of their wives.*" Ibid. p. 453. "*Eusebius considered it his duty to leave nothing out of his history that appeared to tend to the honour of Christianity, and so he did not forget the report of the statue supposed to be erected to Christ in the town of Paneas. For such a report proved the antiquity of the history of the miraculous cure of the woman with an issue of blood; but Eusebius never thought of bringing it forward as a proof of the antiquity of image worship.*" Cf. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* t. iii. p. 446. not. c. Ac similiter Eusebius poterat male credere et narrare gentiles habuisse Christi et apostolorum imagines atque per illas Christum et apostolos esse cultos a gentilibus, sed minime inde potest colligi Eusebium favisse idololatriæ, imo vel hæc commemoranda nostro visa sunt, quia quamvis non satis recte tamen cultum esse adeo a gentilibus Christum et apostolos inde appareret. Rem denique conficit illud, quod Eusebium idololatriæ sese opposuisse constat. Vid. Cramer. l. l. p. 476. "*The council of Constantinople had quoted a passage of Eusebius of Cæsarea against image worship.* (Cf. Cramer. l. l. p. 450. Concil. Nic. ii. Act. 2. 8.) *It was so clear, that the Nicæne had nothing to say in reply to it. It therefore pronounced him an Arian, as if a heretic never spoke the truth, or was unable to bear good witness to the ceremonies of his own time.*"

Quæ cum ita sint, nova nobis inde causa suppeditatur, cur lectio *ἀπαραφυλάκτως* prorsus spernenda sit et rejicienda. Nam si ipsum illud de quo statim sermo erat, Eusebii consilium spectaverimus, eum ut non opus habuerit justo magis probare et laudare illam gentilium consuetudinem, id quod nec fecit, ita eandem non potuisse apertius improbare et damnare, concedendum erit. Sed hoc ipsum Eusebius fecisset, si gentiles *ἀπαραφυλάκτως*, i. e. *temere*, Christum et apostolos illo modo coluisse dixisset. Accedit quod ineptam esse lectionem *ἀπαραφυλάκτως*, ipse Valesius et Strothius sensisse videntur. Ille enim vertit: *absque ullo discrimine*, hic: *ohne allen Unterschied*, quæ quidem interpretationes aperte potius conveniunt voci *ἀπαραλλάκτως* quam verbo *ἀπαραφυλάκτως*. His igitur de causis illud scribendum esse censui. Insolentiorem vero vocabulo *ἀπαραφυλάκτως* significationem et quæ quamvis nostro loco ipsum *ἀπαραφυλάκτως* legendum putetur, tamen illi minime conveniat, tribuit Euseb. demonstrat. evang. i. 6. ubi hæc leguntur: *εὕροις δ' ἂν καὶ τὸν Ἰωσὴφ πρὸ τῶν Μωσέως χρόνων ἐν τοῖς Αἰγυπτίων βασιλείοις ἀπαραφυλάκτως ἀλλ' οὐκ Ἰουδαϊκῶς ἀχθέντα*, i. e. neglecto more Judaico, *ἀπαρατηρήτως*, ut statim sequitur, *οὐκ Ἰουδαϊκῶς*. Similiter *ἀφυλάκτως* insolentius usurpat Euseb. H. E. vii. 18. ubi vid. Vales. Annot. p. 578. et aut Christophorsoni aut Rufini et Valesii interpretatio tenenda est. Neque enim *incaute*, *temere* *ἀφυλάκτως* ibi potest verti. Non multum vero differt a priorum explicationibus Strothii, "*ohne Scheu*" *ἀφυλάκτως* reddentis. Adde Irmisch. *ad Herodian.* iv. 13. t. ii. p. 1016. sq. vi. 5. t. iii. p. 380.

Animadvertenda jam sunt nonnulla de verbis *ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν — οἷα σωτῆρας ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον.* Constat autem non solum gentiles, sed etiam Christianorum sectas satis mature in cultu quodam imaginum magnopere sibi placuisse, et nominatim Gnosticos atque ex his Carpocratianos maxime Christi effigies vel coloribus depictas vel ex auro, argento aliave materia confectas una cum Pythagoræ, Platonis, Aristotelis imaginibus studiose servasse et coluisse. Vid. Fuldner. *de Carpocratianis* in: *Dritte Denkschrift der hist. theol. Gesellshaft zu Leipzig* p. 267. sqq. cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. ii. p. 522. sq. t. iv.

p. 437. Ex Gnosticorum vero scholis quamvis manasse non putem superstitiosam illam λατρείαν ad Christianos, quod statuunt Jablonskius *dissert. de origine imaginum Christi domini in ecclesia Christiana Opuscc.* t. iii. p. 377. sqq. ed. Te Water., Joannes Reiskius *exercit. vii. de imaginibus Christi* cap. i. §. 1. et Fuldnerus l. l. p. 270., cum mihi probabilius videatur ex nimia erga gentilium consuetudines et ceremonias indulgentia et religionem Christianam quali tandem cunque ratione commendandi studio tum hæreticorum tum orthodoxorum Christianorum venerationem imaginum tanquam ex suo fonte fluxisse (cf. Cramer. l. l. p. 438., "*In the fourth, fifth, and sixth centuries great indulgence was shewn towards many heathen customs, and this indulgence was one of the principal causes of the worship of relics*"), tamen satis auctam illam inde esse et confirmatam seriori tempore, vix poterit negari. Quod vero præterea scribit Fuldner. l. l. p. 270. not. 19.: "*Ex Carpocratianorum secta repetenda esse videtur origo imaginum Christi, Petri et Pauli, quas sese vidisse Eusebius dicit lib. vii. c.* 18.," quo, si recte interpretor verba Fuldneri, hoc ille affirmat, *gentiles* illos, quos habuisse Christi et apostolorum imagines, Eusebius se vidisse refert, Carpocratiana idololatria inductos esse, ut ipsi quoque ejusmodi imagines sibi compararent, illud igitur satis puto improbabile. Quamvis enim cum Moshemio credere velimus quod credidit probabiliter Eusebius, gentiles vere voluisse colere illis imaginibus Christum et apostolos (cf. Moshem. *institt. histor. Christianæ major.* secul. i. p. 108. sq. *dissertt. ad histor. eccles. pertt.* vol. i. p. 357. sqq. ed. iii. cf. p. 358. "*Eusebius complures ethnicorum, ut quamcunque venerationis significationem facerent, Christi et legatorum ejus effigies curate admodum non sine cultu adservasse perhibet*"), tamen ut ipse Eusebius profitetur, ἐθνικῇ συνηθείᾳ ad illum cultum longe facilius poterant induci. An Fuldnerus illud potius sibi voluit, Eusebium *reapse* vidisse nihil nisi imagines Christi et apostolorum quas *Christiani* habuerint, quamvis ipse vidisse sese dicat vel imagines quas *gentiles* asservarint, illam vero *Christianorum* idololatriam ex Carpocratianorum schola videri repetendam? Si hæc est V. D. sententia, tum vero equidem ea repetenda puto, quæ antea de origine idololatriæ cui ipsi Christiani sese dedide-

runt, dixi. Porro animadvertendum est Moshemium l. l. pro verbis τοὺς πάλαι scripsisse τοὺς πολλοὺς, sed qua de causa, nescio, nisi forte typothetæ tantum vitio ibi ita scriptum est. Denique falso ex mea sententia vertit Valesius: "Quippe prisci illi—*cunctos* de se bene meritos—colere hujusmodi honoribus consueverunt." Neque enim h. l. Eusebius dicit, in universum omnes bene de ipsis meritos sine discrimine gentiles ita coluisse, imo restringit illud ad solum Christum et apostolos, atque hos ἀπαραλλάκτως tanquam σωτῆρας honoratos illo modo esse a gentilibus ex consuetudine quadam dudum apud eos recepta, refert. Eadem est sententia Strothii, qui recte vertit: "*Sintemal die Alten* (gentiles) — — *diese Männer* (Christum et apostolos) *als Erretter*, *auf diese Art bey sich zu verehren pflegten.*" Quomodo autem Rufinus Eusebii verba acceperit, non satis liquet. Vertit enim: "Sed et antiquas ipsorum (Petri et Pauli et Christi) imagines a quibusdam conservatas nos vidimus quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter observatum, *quod ita soleant honorare quos honore dignos duxerint.*" Et statim addit Rufinus quæ apud Eusebium quidem non leguntur: "Insignia enim *veterum* reservari ad posterorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indicium est." Ceterum non magni refert utram explicationem præferas.

Restat jam ut pauca certe addamus sigillatim de verbis οἷα σωτῆρας. Multum vero haud dubie uno illo σωτῆρας verbo dixit Eusebius, neque possum non primum adscribere nonnulla eorum quæ egregie de ampla vocis σωτὴρ potestate disputavit Paulus *Commentar über das N. T.* t. i. p. 63. sq. "*Even with the Greeks and Romans, who could have had no idea of the coming of the Messiah as a national blessing, the name* Σωτὴρ *was its most expressive definition.—For Soter was with them the highest and most comprehensive title for a preserver, benefactor, and Saviour. At first the Greeks bestowed this most comprehensive appellation upon the Gods alone.* Διΐ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρᾳ *Diogen. Laërt. de Aristotel. Vs.* 16. (Cf. Euripid. Hercul. Fur. v. 515. sq. Callimach. hymn. in Dian. v. 129—134.) *Flattery transferred it to men; but still as the highest grade of honourable distinctions.* ——— *It was the flattery of the Athenians that they*

σωτῆρας ἀνέγραψαν θεούς, Antigonus and Demetrius. Plutarch. in Demet. S. 893. *The flattery of the Sicilians—τὸν μὲν Δίωνα σωτῆρα καὶ θεὸν ἀποκαλούντων—in Dio p.* 978. *B. The following climax is often met with, and is extremely characteristic, πατέρα, καὶ σωτῆρα, καὶ θεὸν, καὶ πάντα τὰ τιμιώτατα ὀνομάζοντες. Dionys. Halic.* x. 46." Cf. idem Paulus l. l. p. 172. sq. ad Luc. ii. 30. 1 Tim. i. 1. ii. 3. iv. 10. Tit. ii. 10. Actor. vi. 12. Euseb. H. E. ii. 10. *ὁ θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶν, κ. λ.* Sueton. Domitian. c. xiii. Sæpe vero conjungunt veteres et ipsi patres ecclesiastici *σωτὴρ* et *εὐεργέτης* aliaque vocabula. Vid. Plutarch. Pelopidas c. xii. *δεχομένων τοὺς ἄνδρας ὡς σωτῆρας καὶ εὐεργέτας.* Themist. orat. iv. *οὗτος ἂν ὁ τέλειος νομίζοιτο καὶ ὁλόκληρος σωτήρ τε καὶ εὐεργέτης.* Demosthen. orat. pro coron. *φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο.* Polybius de Antigono: *οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας σωτήρ.* Plutarch. Camillus c. x. *τὸν δὲ Κάμιλλον σωτῆρα καὶ θεὸν καὶ πατέρα ἀνακαλοῦντες.* Flamininus c. xvi. ext. Sylla c. xxxii. Basilius Sel. orat. xv. *ἵνα μὴ μόνον τοῦ βασιλέως σωτὴρ ὁ Δαβὶδ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῦ παντὸς Ἰσραὴλ εὐεργέτης ἀναδειχθῇ.* Euseb. H. E. ix. 9. *οἷα λυτρώτην τε καὶ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην.* Vit. Const. i. 38. ext. iv. 65. Locum classicum de vi vocis *σωτὴρ* exstare constat in Cicer. Verr. ii. 63: "C. Verrem *non solum patronum Siciliæ, sed etiam Sotera* inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? *ita magnum ut Latino uno verbo exprimi non possit, is est nimirum Soter, qui salutem dedit.*" Cf. interpp. ad l. l. Ernesti *Clav. Cic.* s. v. *Soter.* Lectu præterea digna sunt, quæ docte disputat de hoc ipso Ciceronis loco et de discrimine verborum Latinorum *Servator et Salvator* Bengel. in *nott. ad Chrysostom. de sacerdot.* iv. 1. 360. p. 451–458. cf. p. 453: "*Mirum potuit pridem videri, cur ipsum nomen Soter primis seculis, non una cum vocabulis Græcis angelus, baptista, brabeum, ecclesia, paracletus, aliisque innumeris fuerit Latina civitate donatum, præsertim cum Latine dixerint Soteria* (cf. Ernesti *ad Sueton. Tiber.* c. xxxi. not. c.): *cujus rei hanc videmur animadvertisse causam, quod Valentiniani usum vocabuli Soter, ut ex Tertulliano constat, occupassent.* —— *Idem Tertullianus Salutificatorem solitus est dicere: cujus scripta id quatuor habent locis totidem dicta Pauli περὶ τοῦ σωτῆρος interpretantibus.*" Cf.

Isidor. Origg. vii.: "Verbum *Salvator* Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat; sicut potuit, quando voluit." *Conservatoris*, vocabulo verbum σωτῆρος reddidit Arnob. adversus gentes vii. 45. cf. Herald. ad h. l. P. ii. p. 453. ed. Orell. Præterea vid. Suicer. *Thesaur.* t. ii. p. 1220. sq. Le Moyne in *varr. sacrr.* t. ii. p. 126. sqq. Spanhem. *de usu et præstant. numm.* dissert. vii. p. 416. xii. p. 500. Lipsius *ad Tacit. Annall.* xv. 64. xvi. 35. Wesseling. *ad Diodor.* iv. 3. Wetsten. *ad Luc.* ii. 11. Fischer. *ad Æschin. Socr.* i. 12. Cognatus autem est usus verbi ἰατρὸς apud patres ecclesiasticos, quocum isti comparant et quem vocant Christum. Vid. Euseb. H. E. x. 4., p. 689. ubi Christus dicitur ὁ ζωοποιὸς, ὁ φωταγωγὸς, ὁ μέγας ἡμῶν ἰατρὸς, καὶ βασιλεὺς καὶ κύριος. Ibid. p. 688. ext. ὅτι δὴ μόνος οἷα παναγάθου πατρὸς μονώτατος ὑπάρχων πανάγαθος παῖς — τῶν ἐν φθορᾷ κάτω που κειμένων ἡμῶν εὖ μάλα προθύμως ὑποδὺς τὴν φύσιν, οἷά τις ἰατρῶν ἄριστος[a], τῆς τῶν καμνόντων ἕνεκεν σωτηρίας ὁρᾷ μὲν δεινὰ, θιγγάνει δ' ἀηδέων, *etc.* de laudibus Constant. c. xi. p. 1174. c. xiv. p. 1205. ed. Zimmerm. Atque idem Euseb. demonstrat. evang. iv. 10. p. 162. ed. Montacut. ὁ σωτὴρ καὶ ἰατρὸς τῶν ὅλων de Christo dicit. Ibid. p. 164. καθὸ ψυχῶν ἐμπαθῶν θεραπείαν ἐπαγγέλλεται, σωτὴρ καὶ ἰατρὸς εἰκότως ἂν λέγοιτο. Chrysostom. de sacerdot. iv. 1. 361. ὁ γὰρ ἰατρὸς (Christus) οὐχ ἵνα σε κατακρίνῃ μᾶλλον, ἦλθε θεραπεύσων, ἀλλ' ἵνα ἀπαλλάξῃ τῆς νόσου τέλεον. Quos locos adde sis Suiceri *Thesaur.* t. i. p. 1433. sq. ii. 1. cf. Arnob. adversus gentes i. 65. P. i. p. 45. ed. Orell. Denique memoratu haud indignum, in Euseb. H. E. i. 13. pro verbis σωτῆρι ἀγαθῷ MS. Bodleianum a Grabio inspectum exhibere ἀγαθῷ ἰατρῷ. Quod quidem ipsum, si audire velis Fabricium in *codic. apocryph. N. T.* t. i. p. 317. not. o., ab aliquo profectum sit, qui nomen σωτῆρος non alio sensu accepit quam ἰατροῦ sensu quidem vulgari et proprio, ratus incredibile esse a regulo ethnico pro servatore generis humani statim Jesum esse habitum. Sed hæc Fabricii conjectura mihi satis improbabilis videtur, ex iis contra quæ antea attuli, longe veri similius, σωτῆρι de Christo ad æternam salutem homines adducente

[a] Locus quem respicit Eusebius Hippocratis est De Flatibus init. p. 295. frequenti veterum imitatione celebratus, quorum testimonia collegit Wyttenbachius ad Plutarch. p. 291 B. Ed. Ox.

nescio quem esse interpretatum, sed ἰατρῷ eum scripsisse, ut paulo rarius illo modo et insignius de Christo dictum. An scribendum est Ἰησοῦ σωτῆρι καὶ ἀγαθῷ ἰατρῷ? Namque certe Eusebium alibi conjungere etiam vocabula σωτῆρος et ἰατροῦ de Christo improprie usurpata, loci ex demonstratione evangelica supra laudati evincunt. Similiter Paulum cum medico contendit loco satis nobili Chrysostom. t. ii. p. 489. A. B. coll. p. 502. C. D. E. ed. Montef., et clericos Euseb. H. E. vii. 32. p. 533. 537. cf. ii. 17. p. 114. sq. Similia vero passim. Cf. Dorville *ad Charit.* p. 355. Valckenar. *ad Euripid. Hippol.* v. 1372. p. 313. Euripid. Ion. v. 739. sq. Clemens Alexandr. pædag. p 95. ubi baptisma vocatur παιώνιον φάρμακον. Plutarch. vol. vi. p. 449. ed. Reisk. τὸ ἀλγοῦν τῆς ψυχῆς ἀποθεραπεύειν παιωνίοις λόγου φαρμάκοις. Euseb. H. E. vi. 43. τοὺς δὲ — ἰᾶσθαι καὶ θεραπεύειν τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις· Seneca de ira i. 5. 5. sq. ed. Ruhkopf. et Gataker. *ad M. Antonin.* p. 139. sqq.

EXCURSUS XI.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. VII. 19. p. 497.

Τὸν γὰρ Ἰακώβου θρονόν———— ἀποσώζουσι σέβας. Quærendum est primum, quo sensu vocabulum θρόνος ab Eusebio dictum sit. Facile autem patebit, nullo nisi proprio sensu illud dictum esse, neque quenquam, ut Euseb. H. E. vii. 32. sed male θρόνος interpretatus est Suicer. *Thesaur.* t. i. p. 1410. 2. de *regimine* seu *administratione ecclesiastica* (cf. Luc. i. 32. Raphelius *observv. Herodot.* p. 214.) posse interpretari. Ut enim taceam minime posse deinde nec nostro loco nec vii. 32. intelligi, cur et quo sensu adjecerit Eusebius verba εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον, impropriam illam explicationem h. l. prorsus esse rejiciendam, luculentissime præterea apparet ex eo quo

caput xix. cum c. xviii. cohæret, arctissimo nexu. Cum enim antea dixisset Eusebius, minime mirum esse posse, *gentiles* ejusmodi honore quali illam mulierem Paneadensem, Christum honorasse, cujus rei duplicem affert causam, primum, quia ipse viderit imagines Christi et apostolorum a gentilibus studiose asservatas, deinde, quod nihil nisi morem apud ipsos receptum et usu quodam sancitum in eo secuti sint gentiles, capite xix. tertiam addit causam (particula enim γὰρ referenda est ad verba cap. xviii. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν — πεποιηκέναι et pessime Strothius γὰρ plane omisit in vertendo, melius certe vertente Valesio: *sane et* etc.) eandemque in eo positam, quod ipsi *Christiani* Hierosolymitani (οἱ τῇδε — ἀδελφοὶ) more quodam tradito et antiquitus valente κατὰ διαδοχὴν, *inde a majoribus*, ut Valesius, *von jeher*, ut melius vertit Strothius) *sellam* Jacobi qui primus Hierosolymorum episcopus ab ipso servatore et apostolis fuerit constitutus, ad sua usque tempora conservatam (εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον) venerentur (περιέποντες), quo ipso simul quanta veneratione *Christiani* quoque tum antiquiores tum sui temporis (οἵ τε πάλαι καὶ οἱ εἰς ἡμᾶς) sanctos qualis fuit Jacobus, ob ipsorum erga Deum amorem prosequantur, luculenter appareat. Quæ cum ita sint, illud quidem non puto negari posse, Eusebium h. l. tradere Christianos Hierosolymitanos tum primo post Christum natum tum suo tempore viventes sellam Jacobi relictam coluisse et colere neque dubia cultus reliquiarum certe Eusebii ætate jam vigentis vestigia h. l. posse deprehendi. Cf. Stroth. *Uebersetzung des Euseb.* t. i. p. 553. not. 9., ubi ad verba ἔσωζόν τε καὶ ἀποσώζουσι σέβας V. D. observavit hæc: "*A very childish honour, and worth nothing but to weak heads and an uninformed mind. Thus early therefore in this place do we find the clearest traces of the monstrous system of relics, and of the pious frauds which it introduced.—It must have been something more than a miracle, if the chair of James was preserved at the destruction of Jerusalem; men had nothing of greater value to take care of than a chair! Besides this, the idea of a bishop's chair is much later than this period. We may easily imagine therefore how the case stood with this highly prized and venerated chair. We may easily conceive also, how far advanced those Christians were, who had any reve-*

rence for things of such a kind." Cf. Valesius *ad Euseb. H. E.* vii. 32. p. 648. sq.

Sed restat ut dispiciamus, utrum crediderit ipse Eusebius commentum istud de sella Jacobi. Qua de re Danzius quidem et Kestnerus nihil animadverterunt, sed Mœller. *de fide Euseb. C.* p. 61: "*Credidit quoque,*" inquit, "*Eusebius æqualium commentis cathedram Jacobi—ad sua tempora conservatam narrantium*" et Reuterdahl. *de fontt. hist. eccl. Eus.* p. 48. sq.: "*Sellam Jacobi Justi usque ad tempora Eusebii conservatam fuisse, tradiderant* οἱ κατὰ διαδοχὴν περιέποντες ἀδελφοὶ (*vii.* 19.)." At enim vero equidem hoc minime probatum puto. Quamvis enim Eusebius magnum sæpius et justo majorem orthodoxorum et martyrum laudatorem et admiratorem (vid. ii. 1. Annot. p. 60. iv. 15. Annot. p. 263. et totus de martyribus Pal. liber. cf. Cramer. *Fortsetzung des Bossuet* t. iv. p. 288.), miraculorum etiam satis credulum defensorem et propugnatorem (vid. iii. 37. Annot. p. 198. et *Excurs.* ii. init.) sese gesserit, quamvis commenta illa de muliere αἱμορροούσῃ et gentilibus Christum et apostolos per imagines colentibus temere crediderit (cf. *Excurs.* x.), quamvis denique vixerit eo tempore quo stupida fides in reliquias satis creverat (vid. Cramer. l. l. t. iv. p. 285. sqq. p. 289. sqq. p. 307.), tamen ipsum eadem superstitiosa fide in reliquias captum fuisse, neque ex historia ecclesiastica et sigillatim ex libro de martyribus Palæstinæ nec e libris de vita Constantini magni neque ex aliis ejus scriptis constat. Cf. Euseb. H. E. viii. 6. Annot. p. 665. Cramer. l. l. p. 310. Similiter reliquias quasdam miraculorum Narcissi vere superfuisse sua ætate credidisse Eusebium (vid. H. E. vi. 9.), minime certum est, quamvis miracula ab illo episcopo patrata probabiliter crediderit (vid. quæ annotavi ad Euseb. H. E. vi. 11. Annot. p. 441. sq.) et vel prioris illius superstitionis accuset Eusebium Reuterdahl. *de fontt. hist. Euseb.* p. 49. Neque vero ipsa rei ratio magis probat, eum qui coluerit cum maxime martyres, necessario agnoscere debuisse reliquias quam qui reliquias, colere martyres. Cf. Cramer. l. l. p. 376.: "*The Christians went much further in the worship of relics in the fifth century than the fourth. It might be supposed from this, that they went further in the worship of saints also. History however attests the contrary.*"

Quocirca fateor me potius proclivem esse ad credendum, Eusebium quamvis suæ ætatis homines illam de sella Jacobi opinionem foverent, tamen ab ea fuisse alienum, ita ut verba Ἰακώβου θρόνου εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον vertenda sint: *Jacobi sellam — quæ adhuc ex opinione quidem aliorum servata est* et similiter vii. 32. Ἕρμων — — τὸν εἰσέτι νῦν ἐκεῖσε πεφυλαγμένον ἀποστολικὸν διαδέχεται θρόνον: Hermon—apostolicam cathedram quæ illinc etiamnum, *ut putant*, servatur, obtinuit. Cf. Euseb. H. E. ii. 1. Ἰάκωβον — πρῶτον ἱστοροῦσι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρισθῆναι θρόνον, i. e. sellam episcopalem, ubi vero nihil tradit Eusebius de opinione illa[a]. Cui si non adhæsit Eusebius, sequitur sane, eum nec credere potuisse, cultum illum sellæ Jacobi fuisse antiquum et primis Christianis Hierosolymitanis proprium (οἱ κατὰ διαδοχὴν περιέποντες τῇδε ἀδελφοὶ), siquidem usque ad tertium post Christum seculum Christiani reliquias aut plane negligebant (vid. Cramer. l. l. t. ii. p. 501-504.) aut certe non divino cultu honorabant sed nonnisi nimio quodam fervore et ἐνθουσιασμῷ hoc in genere interdum agitabantur. Vid. Cramer. l. l. p. 511. sq. p. 517. p. 523. cf. Euseb. H. E. iv. 15. Annot. p. 262. sq. vii. 22. Quare antiquitus illum cultum Hierosolymis viguisse, finxisset adeo in Christi scilicet gloriam Eusebius. Quidquid vero sit, et quamvis adeo largiri velim, ipsum Eusebium sellam illam Jacobi in pretiosarum reliquiarum numero habuisse, tamen illud certe ex hoc cap. xix. non demonstrari potest, eum reliquias superstitioso cultu esse prosecutum. Nam quamvis ipse vere coluisse referat illam sellam Christianos Hierosolymitanos, tamen inde non sequitur, ipsum eodem modo coluisse reliquias, imo ut ea quæ de imaginibus cap. xviii. tradidit, eo tantum consilio illud tradidisse credendus erit, ut religionis Christianæ laus ac dignitas eo augeretur, id quod vel inde patet quod arctissimo nexu cohæret cap. xix. cum cap. xviii., quem indicavi supra pag. 958. init. Hinc etiam ἀξιόχρεων quod additur in fine capitis post ἀποσώζουσιν (ἀξιόχρεων σέβας, *debito* honore, ut vertit Vales.) in libris quibusdam et a Strothio ac Zimmermanno, non tam propterea rejiciendum puto cum

[a] Non debebam negare, credidisse Eusebium quoque sellam Jacobi Justi ad sua usque tempora conservatam fuisse, sed superstitioso reliquiarum cultui ut deditus ille fuerit, minime inde sequi et ipse jam significavi, et magis etiam docuit censor Jenensis l. l. p. 341. sq.

Valesio quod illud sit supervacaneum, sed potius quod additum videtur ab iis qui Eusebium similiter hoc loco aut plane non aut non satis approbasse cultum reliquiarum ægre ferebant quam cap. xviii. ἀπαραφυλάκτως debetur ex nostra sententia iis qui Eusebium aut plane non aut non satis impugnasse cultum imaginum dolerent. Cf. *Excurs.* x. p. 949. sq. Contra Cæsareensis episcopus egregie summum consilium suum capite utroque tenuisse et sibi constitisse censendus est, cum aut nimium quantum et vehementius taxare cultum imaginum aut reliquiarum laudare ipsi non esset opus. Neque igitur si rem *hoc* modo spectaveris, prudentiam ostendisse Eusebium in iis quæ cap. xviii. et xix. narravit, contra Danzium (vid. *Excurs.* x. p. 940.) negabis. Sed hæc hactenus. Illud unum placet addere, κατὰ διαδοχὴν h. l. haud dubie esse interpretandum *more tradito, antiquitus recepto*, atque inde patere nec Danzium *de Euseb.* p. 118. nec me ad Euseb. H. E. iii. 25. Annot. p. 176. debuisse affirmare, vocabulum διαδοχῆς in Eusebio nonnisi de successione in munere usurpari. Imo ea quæ ibi monui, ita restringenda erunt, ut affirmetur verbo illo Eusebium plerumque de successione in munere, nunquam de traditione quam Pontificii somniant, id est, de ea quæ cum aliis suprema lex et norma esse debeat in constituendis dogmatibus et ceremoniis ecclesiasticis, perraro de more et consuetudine quasi quadam successione tradita et hoc modo velut sacrata uti, atque hoc sensu διαδοχὴν usurpari tum ab ipso Eusebio eo loco de quo agimus, tum ab anonymo scriptore apud Euseb. H. E. v. 16., ubi Montanus vaticinatus esse dicitur παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος, i. e. *præter morem atque institutum ecclesiæ a majoribus traditum et continua deinceps successione propagatum*, ut vertit Valesius, *wider die alte hergebrachte Weise und Ueberlieferung der Kirche*, ut melius Strothius. De quo loco præterea cf. Merkel. *historisch-kritische Aufklärung der Streitigkeit der Aloger* p. 54. sqq. not. h.

EXCURSUS XII.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. VII. 22. p. 503. ext.

Μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης —— πάντων περίψημα. Male retractare sententiam suam Valesium, cum prorsus obstent verba sequentia: *μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι*, satis luculenter apparet. Sed placet h. l. paulo accuratius exponere de variis vocis *περίψημα* significationibus. Primum enim ac proprie illud verbum eodem modo quo cognatum *κάθαρμα* dicebatur de sordibus quæ ex conclavibus removentur, a vestibus abstergentur. Cf. Philipp. iii. 8. Deinde vero *περίψημα* et *κάθαρμα* vocabatur illud quo aliquid expiatur ac purgatur, piaculum et omnia quæ pro aliorum salute in rebus dubiis et casu quodam graviori qualicunque ratione devovebantur. Ita Suidas s. v. *περίψημα*, inquit, *κατάμαγμα.—ἀπολύτρωσις. Οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ἤτοι σωτηρία, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ οὕτως ἐνέβαλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσὰν τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτίνvυντες.* Et Hesychius *περιψήματα* explicat *ἀντίλυτρα*. Scholiastes autem ad Aristoph. Plut. v. 454. hæc affert: *καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμοῦ τινος, ἢ τινος ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς.* Præterea vid. Achill. Tat. iii. p. 193. v. p. 323. ed. Salmas. Wetsten. *N. T.* t. ii. p. 114. L. Bos. *Exercitt. Philonn. in N. T.* p. 125. sq. Wolf. *Curæ Philoll.* t. ii. p. 358. Bauer *bibl. Theologie des N. T.* t. iv. p. 111. sq. Schulz. *Commentar ad* 1 *Corinth.* iv. 13. p. 62. cf. Le Moyne *varr. sacrr.* t. ii. p. 580. sqq. Langus *ad Nicephor.* vi. 20. p. 205. Michael. Apostolius Centur. xvi. Kuehn. et Jungermann. *ad Polluc.* viii. 9. 104. p. 923. sq. ed. Hemsterh. Lehmann. *index Lucian.* Charon. p. 114. Voigtlænder. *ad Lucian. diall. mortt.* p. 3. sq. not. i. et index s. v. *κάθαρμα*. Affinis secundæ huic verborum *περίψημα* et *κάθαρμα* significationi vis vocis *ἀνάθεμα* in epistola Pauli ad Rom. ix. 3. (cf. Teller. *Wörterbuch des Neuen Testaments* s. v. *Fegopfer*, *Fluch*

p. 139. p. 149. ed. iii. Tholuck. ad l. l. epistolæ Pauli ad Romanos), et Hebraicum כֹּפֶר ac כַּפֹּרֶת v. c. Jes. xliii. 3. נָתַתִּי כָפְרְךָ תַּחְתֶּיךָ. Sed sequitur jam tertia verbi *περίψημα* et *κάθαρμα* significatio et quæ ex secunda sua sponte fluxerit. Cum enim omnia illa quæ in piaculis usurpabantur, pro impuris haberi solerent, factum inde est, ut missa illa auxilii et salutis s. *ἀπολυτρώσεως* notione tribueretur illi verbo significatio turpior ac pejor et qua de vilissimo et abjectissimo quoque homine dici illud cœptum est. Hinc Suidas non male *περίψημα* explicat *ὑπὸ τὰ ἴχνη* et eodem modo Hesychius *ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων*, qui vero simul melius quam Suidas tertio loco hanc verbi *περίψημα* vim collocavit, qua utitur etiam vox *κάθαρμα*. Vid. Lucian. diall. mortt. ii. 2. x. 14. xx. 3. ed. Voigtlænder. Lucian. Charon. §. 10. ed. Lehmann. et quæ præterea loca hic V. D. laudat in Indic. Charon. p. 114. 1 Corinth. iv. 13. Stephanus in *Thesaur.* s. v. *κάθαρμα*. cf. Valesius *ad Euseb. de laudib. Constant.* c. xvi. Kuehn. et Hemsterhuis. *ad Polluc.* v. 46, 162. p. 559. Latini similiter dicunt *purgamentum* (vid. Curt. vi. 11. *purgamenta* servorum i. e. servorum abjectissimi), *propudium* et *sterquilinium*. Vid. Terent. Phorm. iii. 2. 41. Plaut. Pœn. i. 2. 61. cf. Cicer. Philipp. xiv. 3. Salmasius *ad Tertullian. de pallio* p. 332. sqq. Inde denique ortam puto quartam verbi *περίψημα* significationem, quam apud homines suæ ætatis in usu fuisse docet h. l. Dionysius et qua *officiosæ duntaxat comitatis* erat illud vocabulum, ut egregie vertit verba *μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι* Valesius. Qua quidem in re meminisse sufficit similium appellationum, quas nostrates solent vel in congressu vel in epistolarum subscriptionibus usurpare, quibus quid plerumque subsit, quotidianus vitæ usus potest docere. Jam vero ex his a me disputatis, quæ significatio h. l. tribuenda sit voci *περίψημα*, modo orationis contextus simul consulatur, non poterit non intelligi. Cum enim statim antea scripserit Dionysius, dum sævierit pestis illa, multos intempestivius ægros invisentes atque assidue iis ministrantes mortem sibi contraxisse, statim vero addiderit, ab iisdem hoc modo illos curatos esse, verba illa *ἀπιόντες αὐτῶν πάντων περίψημα* nihil significare posse nisi "decedentes e vita tanquam omnium illorum *et optimi quidem*

ministri," certissimum esse censeo. Non plane respondet, sed satiscognata est ista verbi *περίψημα* vis ei quam supra secundo loco exposuimus et Suidas ac Hesychius per *σωτηρία* et *ἀπολύτρωσις* explanant. Valesius autem in vertendo *peripsema* retinuit, equidem tamen puto tum Latine tum Germanice satis apte etiam alio vocabulo vel pluribus verba illa *αὐτῶν πάντων περίψημα* posse reddi, modo delegantur ejusmodi verba, quæ in ipso Latino et Germanico sermone tum officiosæ duntaxat comitatis esse, tum de vera qua quis alteri inservit, voluntate et studio dici possunt, id est quæ tum secundam tum quartam verbi *περίψημα* significationem habere possunt. Ea autem verba Latina sunt hæc: "*omnium eorum addictissimi ministri seu clientes,*" Germanica: "*aller ergebenste Diener.*" Contra satis infeliciter ex mea sententia vertit Strothius: "*als allerunterthänigste Knechte.*" Hac enim locutione non solum magis significatur imperium ac potestas, cui quis subest et ex qua in agendo totus pendet, cum tamen illi homines aliorum *περίψημα* nonnisi sua voluntate fuerint, sed etiam in ea inest notio contemptus et despicatus, quæ in illo *περίψημα* non magis cogitanda est, cum ne verbo quidem indicaverit Dionysius, contemptos et despicatui habitos esse illos, qui quam addicti fuerint ægrotis illis, ipsa vitæ jactura tam luculenter illo tempore demonstrarunt. Melius reddidit ipse Strothius verba *ῥῆμα μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι πληροῦντες*: "*sie erfüllten den gemeinen Ausdruck, den man sonst für ein blosses Compliment gehalten.*"

EXCURSUS XIII.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. VII. 30. p. 525.

Τὰς δὲ *συνεισάκτους*—.] Vehementer exercuit et adhuc exercet VV. DD. quæstio, quæ fuerint *συνείσακτοι* illæ *γυναῖκες* Pauli Samosateni, quæ *ἐπείσακτοι* illæ, *ἀγαπηταὶ* s. *ἀδελφαὶ*, in quas

publice privatimque detonuerint patres ecclesiastici, in quas legum suarum fulmina sæpius conjecerunt imperatores adeo Christianorum. Præter ea quæ de illis adspersit J. Langus *ad Nicephor.* vi. 30. p. 286. et Rhenanus *ad Rufinum*, videnda sunt potissimum quæ scripserunt Cujacius *observatt.* ii. 29., Suicer. *Thesaur. eccles.* t. ii. p. 1154. sqq. et in *Observv. Sacrr.* cap. xii. Dodwellus in *diss. Cypriann. tertia*, Muratorius in *Anecdd. Græcc.* p. 218. sqq. Salig. *de diptychis veterum* p. 293. sqq. Anonymi *dissertatio de commercio cum mulieribus subintroductis, in primitiva ecclesia sacerdotibus interdicto*, Dresd. 1743. 4. Jo. Jung. *de sensu Canonis III. Synodi Nicænæ I. etc.*, Heidelb. 1779. 8. p. 28. sqq. Cf. Du Fresne *Glossar. mediæ et infimæ Græcitatis* t. ii. p. 1483. *Observv. selectt. Halenss.* t. vi. p. 230. sqq. et Danz. *de Euseb. C.* p. 139. sq., qui simul recte animadvertit contra Valesium, rem minime accuratius explanasse Langum l. l., quippe qui paucissima tantum monuerit, neque nunc quæ sint συνείσακτοι illæ, satis liquere. Quæ cum ita sint, minime actum agere mihi videor, si quid ipse de illis statuendum existimem, quam brevissime fieri poterit, hoc loco exponam. Nam minima quævis hoc in genere persequi, ipsarum chartarum vetant angustiæ et συμβολὰς quasdam fortasse non plane inutiles afferre satis habendum est.

Itaque ut ab eo exordiar, quod maxime tenendum esse videatur, errasse equidem ego censeo eos VV. DD. qui de συνεισάκτοις commentati sunt, potissimum in eo, quod unam et quæ omni tempore quo συνείσακτοι fuerunt, atque ubivis valeret, illius vocabuli definitionem quæsiverunt et proposuerunt, unde fieri non poterat quin vel satis manca vel prorsus falsa esset ea qua usi sunt, συνεισάκτους definiendi ratio. Contra ex mea sententia duplex potius συνεισάκτων genus, id est, συνείσακτοι illæ γυναῖκες Pauli Samosateni et συνείσακτοι s. ἐπείσακτοι, ἀγαπηταὶ s. ἀδελφαὶ temporum insequentium probe distinguendæ sunt. Quærentibus enim quales fuerint Pauli et clericorum hujus æqualium συνείσακτοι, equidem nihil puto responderi posse, nisi illas fuisse *vel feminas vel virgines, quarum paulo familiarior et liberior consuetudo Paulum quidem Samosatenum et clericos ejus æquales, legitimas uxores probabiliter non habentes, in malam πορνείας suspicionem vocavit, unde Antiocheni primi et sæpius quam alii invidioso συνεισάκτων*

vocabulo eas appellarunt, sed quibus certe Paulus cum presbyteris suis consilio quodam recto et honesto plerumque usus sit. Sed antequam de altero *συνεισάκτων* genere exponam, non temere prius genus earum ratione illa me descripsisse et definivisse, paucis probandum erit. Quod quidem tum ex ipsa quam contra Paulum Samosatenum conscripserunt episcopi epistola, tum aliunde facile potest intelligi. Nam ex ipsa illa epistola patet, Paulum et clericos ejus æquales usum esse consuetudine quadam familiariori *γυναικῶν*, quæ vel feminæ esse possunt vel virgines (vide verba *τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας*, — *καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων* et paulo inferius *ὅστις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που συμπεριφέρει* et Passow. *Lexic.* s. v. *γυνή*), ac propter illam consuetudinem in *πορνείας* suspicionem illos vocatos (vide potissimum verba. *Ἐπιστάμεθα δὲ—ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων·—οἱ δ' ὑπωπτεύθησαν· ὥστε καὶ εἰ δοίη τὶς αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι etc.*), denique Antiochenos vocabulo *συνεισάκτων* primos illas *γυναῖκας* certe potuisse ad augendam Pauli invidiam appellare. Vide verba *ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι*, quæ quominus excogitasse credamus Antiochenos illud vocabulum, certe haud impediunt. Sed hæc ipsa verba *ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι* docere videntur, Pauli Samosateni tempore aut solos Antiochenos ita illius *γυναῖκας* appellasse, aut certe illos sæpissime et longe sæpius quam alios hoc nomine usos fuisse. Cf. Danz. *de Eus. C.* p. 140. "Ex nostra epistola primum hoc clarum, nomen *συνεισάκτων tunc temporis* (i. e. Pauli ætate) non fuisse omnibus ejusmodi mulieribus commune, sed locis tantum quibusdam usitatum: quare enim additum esset *ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσιν*?" Jam vero his expositis, probandum est recte me de *συνεισάκτοις* Pauli et clericorum ejus æqualium proposuisse reliqua. Negavi enim certe Paulum cum presbyteris et diaconis suis vere *πορνείας* cum illis feminis commissæ esse accusandos, quamvis illam eis vitio verterint episcopi, imo consilio quodam recto et honesto certe plerumque *συνεισάκτους* suas illos habuisse contendi. Atque hoc satis, credo, potest intelligi ex ipsa ratione, qua de illa

Pauli Samosateni cum *συνεισάκτοις* consuetudine loquuntur patres Antiocheni. Quamvis enim quam lubenter illi aliis Pauli *πορνείαν* de qua sibi persuadere poterant, probare voluerint, ex eorum epistola luculenter appareat, tamen vanos potius rumusculos et incertam famam quam certa et firma argumenta in illo genere eos secutos esse, non minus ab iis qui non cupidius de Paulo judicare velint, potest cognosci. Quodsi tam certo constabat de Pauli stupris in illa cum *συνεισάκτοις* consuetudine commissis, cur tandem, quæso, illud sacrosancti episcopi disertis verbis non declararunt in epistola sua? Cur quamvis ipsi ne concedere quidem quenquam fingunt nihil *ἀσελγὲς* a Paulo esse commissum (cf. quæ observavi Annot. p. 622. sq.), tamen statim addunt simpliciter: *ἀλλὰ τήν γε ὑπονοίαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψηται*? Imprudentius quidem neque satis decore Paulum cum suis *συνεισάκτοις* sed familiarius et liberius vixisse, atque inde aliquod *σκάνδαλον* præbuisse, hoc quidem non nego, sed stuprandi causa suas *συνεισάκτους* illum adscivisse, illud ne credam episcopis et iis episcopis qui Paulum ut hæreticum damnarunt et ecclesia ejecerunt, ipsa prohibet ratio qua de consuetudine Pauli et clericorum ejus æqualium cum suis *συνεισάκτοις* loquuntur. Quod quidem magis etiam poterit intelligi, si quis non solum quomodo in alterum *συνεισάκτων* genus detonare amaverint patres potissimum ecclesiastici, sed etiam ipsius epistolæ patrum Antiochenorum verba: *Πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον, μὴ συγκαταβαίνειν ἐπιπλέον εἰς ταὐτὸν γυναικὶ μὴ ὀλισθῇ φυλαττόμενον etc.*, accuratius consideraverit. Quibus verbis ipsi episcopi, nisi ineptissime eos loquutos esse velimus, temere Paulum certe Samosatenum propter *πορνείαν* suspectum esse habitum, satis clare significasse censendi sunt. Perperam enim vertit *μὴ—γυναικὶ* Valesius: "ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat," et Strothius "*sich nicht so viel zur Frau zu halten*," quasi hoc significaverint episcopi, Paulum propter suas *συνεισάκτους γυναῖκας* (vide verba *ὅστις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη etc.*) non posse recte quenquam adhortari ne justo sæpius uxori suæ legitimæ conjugalia præstet officia! Quamvis enim *συγκαταβαίνειν εἰς ταὐτὸν γυναικὶ* de coitu cum uxore potuerit dici (cf. Zosim. hist. ii. 8, 2. Kuinoël. *Com-*

mentar. ad Matth. i. 18. p. 8. ed. iii.), tamen quis tandem credat episcopos illud voluisse dicere, cum non solum improbabile sit illorum et Pauli tempore cavere solitos esse clericos admonitionibus suis ne laici justo sæpius coirent cum legitimis suis uxoribus sed etiam ineptissima esset ea, quam a Pauli consuetudine cum *συνεισάκτοις* repetiissent, causa et ratio, cum potius deinde illud ipsum vitio vertere deberent ipsi Paulo quod sæpius rem haberet cum uxore sua, ut taceam non recte *γυναικὶ* deinde scriptum esse, sed *τῇ γυναικὶ* scribendum fuisse? Neque vero illa verba *μὴ συγκαταβαίνειν—γυναικὶ* verti possunt: "ne quis justo sæpius rem habeat cum femina quam non habet in matrimonio," cum deinde prorsus ineptum sit vocabulum *ἐπιπλέον*, neque frequentior tantum cum quibusdam feminis *συνεισάκτοις* consuetudo sed omnino omnis cum iis coitus interdicendus esset, imo nihil, siquidem verba protulisse nolimus episcopos illos quæ sensu careant, possunt illi his *μὴ συγκαταβαίνειν—γυναικὶ* dicere voluisse nisi: "ne quis (legitimæ uxori haud conjunctus) justo sæpius utatur consuetudine qualicunque vel feminarum vel virginum." Proprie: ne justo sæpius *uno loco conveniat.* Hoc enim sane ne quis faceret, vix poterat quenquam adhortari Paulus Samosatenus, qui ipse uxori legitimæ haud conjunctus tamen familiarius et liberius vivere soleret cum feminis et virginibus et hoc modo aliis *σκάνδαλον* præberet. Sed nonne si hæc sola vera est verborum *μὴ—γυναικὶ* interpretatio, vel invitos episcopos declarasse apparet, vanam fuisse pessimam illam in quam ipsi et alii vocaverunt Paulum et alios, suspicionem? Nonnullos sane fortasse turpius vixisse cum feminis et virginibus *συνεισάκτοις* illius temporis clericos, verum sit (vide verba epistolæ *ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον*), sed vel illud exaggerasse episcopos ad invidiam Pauli Samosateni augendam, tum tota illa qua de ejus consuetudine cum *συνεισάκτοις* loquuntur, ratio tum illa *μὴ—γυναικὶ* luculenter ostendunt. Neque vero alia in promptu sunt, quibus tam fœdam familiaritatem fuisse Pauli et *συνεισάκτων* suarum, evinci possit. Fac enim vehementiorem libidinem veneream stimulasse Paulum, quid tandem, quæso, illum impediebat, quo minus eam ineundo rectum et legitimum matrimonium expleret atque ipsius apostoli (1 Corinth. vii. 9.) præceptum: *Κρεῖσσόν ἐστι*

γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι observaret? Imo uxorem non habuisse Paulum et alios clericos qui *συνεισάκτους* habuerunt, probabile est quia alias difficilius certe tam male suspecti esse potuisse videntur. An forte liceat credere, Paulum et alios ejus ætatis clericos habuisse *συνεισάκτους* aut ut vere nonnisi quendam Platonis amorem alerent, quo vero male castitatis suæ jacturam fecissent, aut specioso illo et honestiori pietatis prætextu turpe suum commercium nonnisi texisse et velasse? Neutrum, quantum video, recte potest statui. Nam Paulum certe fuisse eum, qui ita aspernaretur blandimenta sensuum et corporis voluptates fugeret, ut in sola nescio qua animorum consuetudine sibi placeret atque illam tantum cum feminis et virginibus vellet habere, nec levissimo indicio significant in epistola sua episcopi, qui potius vitæ suavitates cupidius eum quæsivisse dicunt (vide verba *δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει, καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ ὑπερεμπιμπλάμενος*), neque quæ de sententiis et moribus Pauli præterea constant, reddunt probabile. Similiter de aliis clericis tale quid minime significavit epistola. Quod vero ad alteram opinionem pertinet, ea tum iis ipsis quæ modo attuli, tum iis quibus paulo antea probare studui, minime fœdam fuisse illam Pauli consuetudinem, refellitur. Itaque nullas alias fuisse probabile est Pauli et aliorum ejus temporis clericorum *συνεισάκτους* nisi quas fuisse superius contendi et restat jam illud unum, ut tum quo consilio recto quidem et honesto illi *συνεισάκτους* suas habuerint, tum qui illud vocabulum invenerint, investigemus. Jam vero quamvis quali honesto consilio *συνεισάκτους* Paulus habuerit, historia nos haud docuerit, tamen non inepte conjecisse videtur Danz. l. l., officiis quibusdam ecclesiasticis illas feminas destinatas fuisse, atque hanc ob causam earum usum Paulus presbyteris quoque et diaconis concessisse potest, quamvis longe aliam illius rei causam afferant episcopi verbis: *οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, συνειδὼς καὶ ἐλέγξας ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ*, quod non cogitavit Danzius, cum scriberet: "*quare enim addidisset epistola, episcopum earum usum etiam presbyteris et diaconis concessisse?*" Et quot

tandem aliæ satis honestæ rationes esse possunt, quibus Paulus et alii clerici qui matrimonium nondum inierant, συνεισάκτους haberent? Quidni Paulus per longius tempus unam et plures secum habuerit ex cognatis suis, fortasse formosiores et quibuscum interdum ut honesta voluptate frueretur, faceret quædam itinera (cf. p. 526. ὅστις—ὑπερεμπιμπλάμενος)? Quidquid sit, ea quæ antea disputavi de Pauli et clericorum aliorum συνεισάκτοις, stare ac manere puto, neque difficilius Antiochenos hoc vocabulum ad Paulum irridendum et invidiæ cujusdam ei conflandæ causa excogitasse, probabile reddi potest [a]. Primum enim huic sententiæ certe non obstant verba epistolæ ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, cum iis minime negetur Antiochenos invenisse illud vocabulum quin etiam Antiochenis maxime in usu fuisse declaretur, ut jam supra monui. Neque tamen cum Saligio *de diptychis veterum* p. 305. Antiochenos vere excogitasse illam vocem inde concludi potest, quod illi Pauli γυναῖκας ita vocitaverint, quasi quæ quisque nomina et appellationes præ reliquis adamet et usurpet, eas ille invenisse consendus esset. Sed egregie conjectura nostra inde confirmatur, quod Antiochenorum ingenium ad ludibria reperiunda unum omnium maxime pronum et proclive fuisse novi-

[a] Quo consilio Paulus Samosatenus συνεισάκτους feminas vel virgines habuerit præeunte Danzio paulo accuratius definire. Quem quidem locum apparet neglectum esse a censore Jenensi, cum p. 342. scriberet. "*We should consider these women not as mere companions with our Author* (?) *but rather, as others also have supposed, as persons employed by Paul and his inferior clergy, in the service of God and other duties of his office, and brought in consequence into closer communication with them.*—Præterea autem hæc addit V. D. *A little above we are told that Paul had allowed hymns in his own praise to be sung by women in the open church on Easter day. This is a mere slander of his enemies, arising probably, like that of the women with whom he was accused of holding forbidden intercourse, from the simple circumstance of his name being introduced into those solemn hymns, as bishop. We know both from the direct acknowledgments, and taunting accusations of his opponents, that Paul was beloved and respected by his people to an extraordinary degree, and very active moreover in maintaining the discipline of the church; he wished therefore to elevate the service of God by solemn psalmody, and to this end employed women on high feast-days, who naturally required instruction in the art, and were thus brought into closer connection with the clergy. These women were called συνεισάκτοι by the people of Antioch* (*to distinguish them perhaps from widows and virgins under a vow* (?) *of chastity*) *and frequently accompanied the bishop in his travels. Though no evil associations were connected with the word at that time, yet it was liable to be employed in a different sense afterwards, and the malicious accusations brought against Paul by his opponents on account of these women were sufficient ground for so doing.*" Ex his posteriora tantum parum mihi probabilia esse videntur. Cf. supra p. 965. sq. Gieseler. *Lehrbuch der KG.* t. i. p. 331. not. q. ed. iii.

mus. Vid. Ammian. Marcellin. xxii. 14. et qui totus hoc testatur, Juliani misopogon. Cf. ibid. p. 344. B. p. 355. B. p. 356. A. ed. Spanhem. Adde Kuinœl. *Commentar. ad Actor.* i. 26. Gieseler. *Lehrbuch der KG.* t. i. p. 223. not. i. Cf. Luc. vi. 22. Pott. *ad Jacob.* ii. 7. Atque apprime inserviisse illam vocem irrisioni et ignominiæ, non minus confitendum erit. Significabantur enim ea *γυναῖκες* a Paulo *clanculum* et *contra fas* adscitæ. Vid. Leisner. et Irmisch. *ad Herodian.* i. 5. 13. t. i. p. 155. ed. Irmisch. cf. Gesner. *ad incerti scriptoris dialogum Philopatr.* p. 133. sq. "Præpositiones quibus junctum est hoc verbum (*παρεισώδευσε*), *clandestinum quid et fraudulentum* alias significant, ut in *παρεισάγειν* et *παρείσακτοι* apparet." Cf. Euripid. Ion. v. 590. sq. *ἐπείσακτον γένος*. Facile præterea ut illam appellationem in medium proferrent, Antiochenis suadere poterat locus Galat. ii. 4., ubi ab apostolo commemorantur *παρείσακτοι ἀδελφοὶ οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι* libertatem Christianam. Similiter malo sensu ubique fere legitur *ἐπακτὸς* i. e. *adscititius*. Vid. Æschyl. Sept. contra Theb. v. 580. v. 1021. *στράτευμ' ἐπακτόν*. Sophocl. Trachin. *στρατὸν λαβὼν ἐπακτόν*. Et Sophocl. Ajac. v. 1296. *ἐπακτὸς ἀνὴρ* dicitur de adultero. Adde Iren. adv. hæres. i. 20. t. i. p. 91. ed. Massuet. *ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων*. Quid igitur mirum est, Antiochenos quo nonnihil perstringerent illam Pauli ut episcopi paulo familiariorem et liberiorem consuetudinem cum feminis quibusdam et virginibus, neque tamen fœdam et turpem, has ipsas feminas et virgines vocasse *συνεισάκτους*? Quas quidem Pauli Samosateni *συνεισάκτους* non inepte dixit Strothius: *Gesellschafts-Damen* (non minus apte fortasse dicantur: *Gesellschafterinnen*), cum nec hæc vox sermonis vernaculi ab omni invidia libera sit, in eo vero, ut statim apparebit, egregie V. D. lapsus est, quod ita dici voluit alterum etiam *συνεισάκτων* genus ad quod nunc est progrediendum.

Dicebantur enim inde a seculo IV. ab aliis eodem illo quod Antiocheni excogitaverant, *συνεισάκτων* atque *ἐπεισάκτων* nomine, semetipsas vero, ut honestis quibusdam appellationibus perversam et turpem vitæ suæ rationem velarent, *ἀγαπητὰς* maxime et *ἀδελφὰς* vocare amabant, *eæ mulieres, virgines et potissimum eæ virgines sacræ, quas vel clerici uxori legitimæ*

haud conjuncti vel monachi vel hæretici sub honesto quodam prætextu sed reapse certe plerumque nullo alio consilio in contubernium adsciscebant, nisi ut corporis libidinem explerent, unde omni tempore turpissima iis inusta est nota infamiæ. Quam quidem συνεισάκτων definitionem a priori magno opere differre, nemo non videt, eam vero si quidem temporum Pauli Samosateni ætatem insequentium habetur ratio, non minus esse tenendam, tum gravissimis testimoniis tum aliunde demonstrari potest. Sed ipsa illa testimonia sigillatim et minutatim pertractare, arcti instituti nostri vetant limites, unde satis habendum est, certe potiora ex illis nunc adscribere, præsertim cum iis rite inter se collatis et ponderatis rectam et justam esse eam alterius συνεισάκτων generis quam proposui, definitionem, facile possit perspici. Itaque videant et conferant lectores velim accuratius synodi Ancyranæ sub a. 314. habitæ canon. xviii. τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν. Concil. Aurelianens. i. can. xxix. Concil. Tur. ii. can. x. xiii. Concil. Toletan. iv. can. xlii. xliii. *Quosdam clericos, qui legitimum non habentes conjugium, extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt, damnamus.* Cf. concil. Bracarensis i. can. xv. ubi agapetæ vocantur *feminæ adoptivæ quasi in loco filiæ, sororis aut matris.* Concil. Nicæn. i. can. iii. Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον γυναῖκα ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. Plura conciliorum decreta vide apud Muratorium in *Anecdd. Græc.* p. 239. Salig. *de diptychis veterum* p. 306. sq. Ex patribus iisque Græcis videndus potissimum Gregorius Nazianzenus (vid. Muratorius in *Anecdott. Græc.* p. 227. sqq.):

Ἡ ἀγαπητή σου καὶ τοὔνομα τοῦτο τὸ σεμνὸν
Φεῦ, φεῦ μή τι ἔχῃ καὶ ῥυπαρᾶς ἀγαπῆς.

Idem in carmine tertio, quod inscribitur *Præcepta ad Virgines* de diabolo virgines perdituro:

Πολλάκι μὲν συνάγειρεν ὁμόφρονας ἀλλήλοισι
Πνεύματι, καὶ φάος ἦλθεν, ἐπωνυμίην τέ γε σεμνὴν,
Τὴν ἀγάπην καλέουσιν, ὑπήλυθεν· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἐκ κραδίης ἐπὶ σάρκας ἄγων πόθον ἐγγὺς ἐούσας
Ἢ πῦρ ἠὲ πυρὸς σημήϊα λυγρὰ δίδωσιν.

Idem:

Σάρκα φέρων συζῇς ἀγαπητῇ σάρκα φερούσῃ,
Καὶ τί φρονεῖν οἴει τοὺς ῥυπαροὺς περί σου;

Chrysostomus in tractatu πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας παρθένους tom. i. p. 228. sqq. Opp. ed. Montefalc. hæc disputat: Ἐπὶ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν προφάσεις, αἱ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσαι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν ἡ τοῦ γάμου ἀρχαία τε καὶ δίκαια καὶ εὔλογος, ἅτε τὸν Θεὸν ἔχουσα νομοθέτην —ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας καὶ νεωτέρα ταύτης καὶ ἄδικος καὶ παράνομος, ἅτε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων. Deinde pergit: Ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμέτερας καὶ τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός τις, καὶ παράδοξος καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὑρεῖν. Εἴσι γάρ τινες, οἳ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς, κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιίᾳ· οὐ γάρ φασιν αὐτοῖς συγγίνεσθαι· οὔτε ἐξ ἀκολασίας· λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. Ἀλλ᾽ ἐάν τις ἔρηται τὴν αἰτίαν, ἔχουσι μὲν πολλὰς, καὶ μεμελετήκασιν· εὔλογον δὲ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐδεμίαν, οὐδὲ σεμνήν. Ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, μηδὲ τὰς ἐκείνων τέως λέγωμεν προφάσεις, ἀλλ᾽ ἣν αὐτοὶ μάλιστα ὑποπτεύομεν εἶναι, ταύτην εἰς μέσον ἀγάγωμεν. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη;——δοκεῖ μοί τινα ἡδονὴν ἔχειν τὸ συνοικεῖν γυναιξὶν, οὐ νόμῳ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ γάμου καὶ συνουσίας χωρίς. εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς δοκεῖ, λέγειν οὐκ ἔχω· τὴν γὰρ ἐμαυτοῦ τέως ὑμῖν διηγοῦμαι γνώμην, τάχα δὲ οὐ τὴν ἐμαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ἐκείνων· ὅτι γὰρ καὶ ἐκείνοις οὕτω δοκεῖ, δῆλον ἐκεῖθεν. Οὐ γὰρ ἂν τοσαύτης κατεφρόνησαν δόξης, καὶ τοσούτων σκανδάλων, εἰ μὴ σφοδρά τις ἦν καὶ τυραννικὴ τῆς συνοικήσεως ταύτης ἡ ἡδονή etc. Ibid. p. 231. Εἰ δέ τις ἡμῶν ἀκρασίαν καταγινώσκει ἀπὸ τούτων τῶν ῥημάτων, τοὺς γενναίους ἄνδρας, καὶ γυναιξὶ συνοικοῦντας μηδὲν πάσχειν δεινὸν, μακαρίζω μὲν τοὺς τοιούτους τινάς· καὶ ἴσως μὲν καὶ αὐτὸς πείθομαι, ὅτι δυνατὸν εἶναι τοιούτους τινάς. Ἐβουλόμην δὲ καὶ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν πεῖσαι τοῦτο, ὅτι νέος σφριγῶν τῷ σώματι, κόρῃ συνοικῶν παρθένῳ, καὶ συγκαθήμενος, καὶ συνδειπνῶν, καὶ συνδιαλεγόμενος δι᾽ ἡμέρας· τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲν προστίθημι, τοὺς ἀκαίρους γέλωτας, τὰς διαχύσεις, καὶ τὰ μαλακὰ ῥήματα, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ μηδὲ λέγειν ἴσως καλόν· ἀλλ᾽ ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχων οἰκίαν, καὶ τραπέζης καὶ λόγων κοινωνῶν, καὶ μετὰ παρρησίας πολλῆς, καὶ μεταλαμβάνων πολλῶν, καὶ μεταδιδοὺς, οὐδενὶ τῶν

ἀνθρώπων ἁλίσκεται, ἀλλὰ καθαρὸς ἐπιθυμίας τε μένει πονηρᾶς καὶ ἡδονῆς· ἐβουλόμην ταῦτα δύνασθαι πείθειν τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσι πείθεσθαι. Et p. 233.: *Κἂν μυριάκις φιλοσοφῇς, δι' αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικήσεως ταύτης. Ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσαποσπάστως ἔχοντα, καὶ μυρίων βλαπτομένων καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα καὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας προστριβόμενον κατηγορίαν πολλὴν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρᾷ περιβάλλοντα δόξῃ, καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ὑμῖν ἐγγινόμενον, ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἑτέρων κτῆσιν ἀγαθῶν, εἶτα οὐκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πεῖσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπήλλαξαι προσπάθειας, ἢ ἐπιθυμίας εἶ πονήρας καθαρός;* Similiter p. 234. sq. verissime ridet Chrysostomus eos, qui quamvis videant *συνοικοῦντα παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν προϊέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν σύνοικον, καὶ πάντα καὶ παθεῖν καὶ ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης,* tamen nolint *πιστεύειν πονηρόν τι, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίζειν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαβείας,* his verbis: *Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, ὦ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τοῖς λίθοις συνοικούντων οὕτω διακεῖσθαι χρή,* addens, se nullam aliam invenire posse causam illius *συνοικήσεως ἀλλ' ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον.*

Deinde ad prætextus deveniens Chrysostomus, quibus illam *συνοίκησιν* vel arestuduerint, p. 235. hæc affert: *Τί οὖν ἂν δυνηθῶμεν αἰτίαν εὔλογον καὶ δικαίαν εἰπεῖν, ἔσῃ μάτην ταῦτα περὶ ἡμῶν εἰρηκώς; μάλιστα μὲν, ἀλλ' οὐδεμίαν ἔχετε τοιαύτην· πλὴν ἀλλὰ οὕτως ἐβουλόμην μαθεῖν, εἴ τινα σκιὰν γοῦν ἔχετε εὐλόγου προφάσεως εἰπεῖν. Ἀπροστάτευτος* (defensore caret), *φησίν, ἐστὶν ἡ παρθένος, οὐκ ἄνδρα ἔχουσα, οὐ κηδεστὴν, πολλάκις δὲ οὐδὲ πατέρα, οὐκ ἀδελφὸν, καὶ δεῖται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴν ἐρημίαν παραμυθησομένου, καὶ πανταχοῦ προβεβλημένου καὶ καταστήσοντος αὐτὴν ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ.* Quæ statim refutat Chrysostomus p. 235. sqq. Novam vero causam qua qui *συνεισάκτους παρθένους* habebant, uti solerent, idem affert p. 240. *Τίς οἰκονομήσει, φησὶ, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἡμῶν; τίς δὲ ἐπόψεται τὰ ὄντα; τίς δὲ προστήσεται ἡμῶν ἔξω διατριβόντων, καὶ γυναικὸς*

ἔνδον οὐκ οὔσης; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα λέγουσιν, ἐναντία τε ὄντα τοῖς προτέροις, καὶ αἰσχρότερα. P. 243. quanta labe ab illis *συνεισάκτοις* ecclesia sit contaminata, exponit Chrysostomus eandemque tantam esse dicit, ut quamvis velit, non possit singula exponere, *πάντα μὲν οὐδὲ βουλομένοις δυνατὸν εἰπεῖν.* Adde incerti scriptoris homil. *ὅτι οὐ χρὴ εὐτραπελίζειν τὸν ἀσκητὴν* edit. a Montefalc. *in Chrysost.* t. i. p. 809. D. Cf. Gregor. Nyssen. cap. xiii. de virginitate: Οἱ *μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου, οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες.* Sed ut redeamus ad Chrysostomum, similia quæ de virginibus *συνεισάκτοις*, de viris *συνεισάκτοις* ille disputat in sequenti tractatu qui inscribitur apud Morellium et Montefalconium (tom. i. p. 248.): Π*ερὶ τοῦ μὴ κανονικὰς συνοικοῦν ἀνδράσιν,* apud Savilium: *πρὸς τὰς ἔχουσας ἄνδρας συνεισάκτους.* Ubi postquam magnopere deploravit Chrysostomus, quod virginitas quæ cum conjugio comparata semper in majori dignitate fuerit habita (*τὰ πρωτεῖα εἶχε καὶ τὴν προεδρίαν πᾶσαν*), jam propter ipsarum virginum lasciviorem vitam vix in secundo ordine manere posse videatur, p. 250. sq. ita pergit: *Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἀρκούντων τούτων εἰς βλάβην, ἄνδρας τινὰς οὐδαμόθεν αὐταῖς προσηκόντας λαβοῦσαι συγκατακλείουσι, καὶ τὸν πάντα συνοικίζουσι χρόνον καθάπερ ἐνδεικνύμεναι καὶ διὰ τούτων, καὶ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἄκουσαι ἐπὶ τὴν παρθενίαν εἱλκύσθησαν, καὶ ταύτῃ παραμυθοῦνται τὴν βίαν καὶ τὴν ἀνάγκην.* Τί *γάρ; οὐχὶ τούτων χείρω παρὰ πάντων, ὅταν ταῦτα γίνηται, λέγεται καὶ παρὰ φίλων καὶ οἰκείων; ταύτας δὲ ζῆν ἢ ἀναπνεῖν ὅλως ἔδει, ἀλλὰ μὴ διαπρίεσθαι μέσας, ἢ κατορύττεσθαι ζώσας μετ' ἐκείνων αὐτῶν; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα, καὶ τούτων πολλῷ πλείονα ἅπαντες λέγουσι· καὶ δρόμος λοιπὸν ταῖς μαίαις* (obstetricibus) *καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὰς τῶν παρθένων οἰκίας, καθάπερ πρὸς τὰς ὠδίνουσας, οὐχ ὥστε λοχεῦσαι τίκτουσας· γέγονε μὲν γὰρ καὶ ἐπί τινων καὶ τοῦτο· ἀλλ' ὥστε διαγνῶναι καθάπερ ἐπὶ τῶν ὠνουμένων θεραπαινίδων, τίς μὲν ἡ διεφθαρμένη, τίς δὲ ἡ ἀνέπαφος· καὶ ἡ μὲν ὑπήκουσε ῥαδίως τῇ δοκιμασίᾳ, ἡ δὲ ἀντεῖπε, καὶ αὐτῷ τούτῳ καταισχυνθεῖσα ἀπῆλθεν, εἰ καὶ μὴ διέφθαρτο· καὶ ἡ μὲν ἑάλω, ἡ δὲ οὐχ ἑάλω· καὶ αὐτὴ δὲ πάλιν οὐχ ἧττον ἐκείνης αἰσχύνεται, μὴ δυνηθεῖσα ἀξιό-*

πιστος ἀπὸ τοῦ τρόπου φανῆναι, ἀλλὰ μαρτυρίας τῆς ἀπὸ τῆς ἐξετάσεως δεηθεῖσα. Πόσων οὐκ ἄξια ταῦτα δακρύων; πόσων οὐκ ἄξια θανάτων; etc. Ibid. p. 253. Καὶ πῶς ταῦτα ἀνάγκη ἢ *συμβῆναι, φησὶν, ὅταν ἔχωμεν δεῖξαι τὸ σῶμα ἡμῖν μὴ διεφθαρμένον, μηδὲ πεπορνευμένον; μάλιστα μὲν αὕτη ἡ ἐπίδειξις οὐχὶ νῦν, ἀλλὰ τότε ἔσται δήλη κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην.* Μαίας *μὲν γὰρ σοφία καὶ τέχνη τοσοῦτον δύναται μόνον ἰδεῖν, εἰ μίξιν ἀνδρὸς οὐκ ἐδέξατο τὸ σῶμα· εἰ δὲ καὶ ἁφὴν ἀνελεύθερον, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν φιλημάτων, καὶ τὴν τῶν περιπλοκῶν μοιχείαν διέφυγε, καὶ φθορὰν, ἡ ἡμέρα δηλώσει τότε ἐκείνη etc.* Et paulo post: *εἰ—ἄνδρας ἐπιθυμεῖς ἔχειν συνοικοῦντας, πολλῷ—βέλτιον γαμεῖν ἐκείνως, ἢ παρθενεύειν οὕτως.* p. 255. *τέως δ' ἂν σε ἔρωμαι τῆς ὁμοσκηνίας τὴν πρόφασιν ταύτης, τίνα ἂν ἔχῃς εἰπεῖν; ἀσθενής εἰμι, φησί, καὶ γυνὴ, καὶ οὐχ ἱκανὴ μόνη ταῖς χρείαις ἀρκέσαι ταῖς ἐμαυτῆς· καὶ μὴν, ὅτε τοῖς συνοικοῦσιν ὑμῖν ἐνεκαλοῦμεν, τοὐναντία λεγόντων ἠκούομεν, ὅτι διὰ τὴν αὐτῶν διακονίαν ὑμᾶς κατέχουσι.* Porro vid. Epiphanius hæres. lxvii., ubi de Hieracitis hæc scribit: Χλευάζονται *δὲ τελειότητα δι' ἃς κέκτηνται συνεισάκτους γυναῖκας δι' ἧς εἰώθασιν φιλοτιμεῖσθαι εἰς ὑπηρεσίαν.* Idem Epiphan. hæres. lxxviii. eos qui *συνεισάκτους* et *ἀγαπητὰς* habuerint, defendere illud esse conatos refert exemplo Johannis evangelistæ, qui jussus a Christo *θεομήτορα παρθένον ἔλαβεν εἰς τὰ ἴδια* Johann. xix. 27. Epiphanius autem pergit: Ἀλλὰ *μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν.* Præterea abusi videntur loco 1 Corinth. ix. 4. De Encratitis vero Epiphan. hæres. lxviii.: Inter mulieres reperiuntur, *mulieres undequaque decipiunt*, cum mulieribus iter faciunt, simul cum illis vivunt et illarum ministeria admittunt. Vid. Muratorius in *Anecdd. Græc.* p. 237. Justinian. Novell. cxxiii. cap. 23. *τοῖς δὲ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις, μὴ ἔχουσι γαμετὰς, κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν, γυναῖκα τινὰ ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν. Δίχα μέντοιγε μητρὸς καὶ θυγατρὸς καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν ἄλλων προσώπων ἅτινα πᾶσιν ὑποψίαν ἐκφεύγοι.* Theodoretus in commentariis ad epistolam Pauli ad Philemonem: Ὁ *μακάριος Παῦλος κἀγαπητὴν ὠνόμασε τοῦ Φιλήμονος τὴν ὁμόζυγα, ὡς τῇ πίστει κοσμουμένην. Θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς,*

εἰ καὶ προσπίπτουσι νῦν τινὲς τῷ προσρήματι τούτῳ. Οἱ γὰρ κακῶς κεχρημένοι τῷ πράγματι, τῇ προσηγορίᾳ τὴν λοιδορίαν προσῆψαν, πάλαι δὲ σεμνὸν ὄνομα καὶ ἀξιέπαινον ἦν. Photius in Nomocan. tit. viii. cap. 14. *Ἡ δὲ β′ διάταξις τοῦ αὐτοῦ α′ τίτλου τῶν νεαρῶν λέγει·* Μηδεὶς *κληρικὸς, γυναῖκα μὴ ἔχων, ἐπείσακτον ἐχέτω ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, πλὴν μητρὸς καὶ ἀδελφῆς, καὶ θυγατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀνυπόπτων.* Ex patribus vero Latinis nominandus est potissimum scriptor libri *de singularitate clericorum*, quem certe Hieronymi ætate vixisse dicit Muratorius l. l. p. 228. et qui hæc affert: "*De caritate causantur, qui secundum verbum Esaiæ amaritudinem pro dulcedine devorantes, nudam fœditatem velamento boni nominis tegunt, dum apud eos sub falsa dilectione vera dilectio violatur. Sed exclamat Caritas, et appellat: Tales ego non junxi; falsa altera est, quæ me simulando confingit. Nunquam Dei præceptis obsisto, nunquam fluxis faveo; per me sanctitatem non opto culpari. Calumnias mihi adversa germanitas facit; pericula et ego inter falsos fratres incurri.*" Addit: "*Dilectio est, inquiunt. O Dilectio, quæ invidet sibi! O Caritas, quæ cupit se in vituperatione laudari! Grande miraculum, ut virginum Caritas virgines faciat velut conjuges credi: et conjugum Caritas conjuges faciat velut virgines æstimari.*" Hieronymus in epist. xxii. ad Eustochium de custodia virginitatis: "*Pudet,*" inquit, "*dicere, proh nefas! triste, sed verum est. Unde in ecclesias Agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam: unde meretrices univiræ? Eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur et lectulo: et suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus?*" Reliqua verba quæ in eadem epistola huc spectantia leguntur, laudavit jam Valesius. Sed præterea vid. Hieronymus in epist. xlvii. de vitando suspecto contubernio, in epist. ii. ad Nepotianum et in epist. li. quæ tamen an sit Hieronymi, dubitatur, Augustinus epist. ccxxxvi. et Isidorus Pelusiota epist. ii. 62. 84.

His ita propositis testimoniis unde alterius *συνεισάκτων* generis notionem hausimus, primum quærendum est, cur *sororum* nomine semet ipsas appellare consueverint *συνείσακτοι* mulieres et virgines sacræ non minus quam *fratrum* ii clerici et maxime monachi quos virgines sacræ adsciscebant in turpe

contubernium, unde non minus legimus de viris συνεισάκτοις quam feminis et virginibus sacris συνεισάκτοις. Vide carmina Gregorii Nazianzeni quæ edidit Muratorius l. l. p. 184. sqq. Neque vero difficilius illud quod quærimus, inveniri potest. Cum enim honestissima et honorificentissima *fratrum* et *sororum* appellatio imponi soleret iis, qui legitimo matrimonio copulati communi consensu illud dissolverent eo consilio, ut officiis conjugalibus abstinentes et liberi, ad continentiam castitatemque redirent (vid. Amphilochius in vit. Basilii p. 198. ed. Combefis. λέγει τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ὀνόματι μὲν, ἀδελφῇ δὲ χρήσει. Gregor. M. diall. iv. 11. Presbyterum suum ut *sororem* diligens. Dodwell. *dissert. Cyprian.* iii. §. 15. Salig. *de diptychis veterum* p. 312. sqq.), συνείσακτοι eandem illam gloriosam appellationem sibi imposuerunt, ut ea scelera sua tegerent et ab omni coitu abstinere viderentur. Præterea temporibus longe antiquioribus honesto nomine *sororum* vocatæ fuerant virgines non quidem sacræ sed quæ virginitatem custodire sponte sua similiter decreverant, et ut omnes libidinis impetus retunderent atque omnem cupiditatem corporis vincerent, cum clericis interdum habitarent, quamvis non semper sensuum illecebras vincentes, de quibus infra agetur. Similiter vero ἀγαπητοὺς et ἀγαπητὰς se vocare συνείσακτοι poterant, quo nomine indicare voluisse videntur amorem suum esse purum ab omni fœditate et turpitudine.

Sequitur jam ut videamus, quomodo alterum συνεισάκτων vel virorum vel feminarum et virginum sacrarum genus quod profecto a Pauli Samosateni συνεισάκτοις toto cœlo distans ecclesiam Christianam flagitiis suis pessime inquinavit et commaculavit, in ipsa illa ecclesia oriri potuerit. Fuerunt enim plures VV. DD., qui ex philosophia Platonis et scholis Platonicorum luem illam in ecclesiam Christianam profluxisse contenderent. Vid. Dodwell. l. l. §. vi—xiv., qui tamen §. v. illius mali originem certe simul ex imitatione gentilium in universum repetit his propositis: " Venio igitur ut ostendam qua tandem origine illud emanaverit. Erant enim apud ethnicos etiam fœminæ quæ philosophiæ prætextu, virorum familiaritatem assuescerent, qualis illa fuit Ciceronis Corellia, quamvis stuprum ejus Ciceroni objecerit is, quicunque fuit,

qui sub Fusii Caleni persona in Ciceronem declamavit, apud Dionem. Ciceronis nomen ab hoc probro purgavit in quæstura sua Corradus. Meminet ipsius aliquoties in epistolis (ad famill. xiii. 72. ad Attic. xiii. 21. xiv. 22.) Cicero, sed ita meminit, ut studiorum fuisse potius quam eroticorum cum illa commercium facile intelligatur. Hanc συνείσακτον alicubi, ni fallor, appellat Plutarchus, et quidem ita appellat, quasi nomen ipsum apud Græcos vulgo obtinuisset (cf. supra p. 971). Inde συνεισάκτων ecclesiasticorum profluxerit exemplum a viris etiam magnis philosophicisque commendatum." Cf. Salig. *de diptychis veterum*, p. 294. sq. iii. Sed ad philosophiam maxime Platonicam esse confugiendum, si quis illius mali originem perspicere et explicare velit, cum Dodwello loco priore quem laudavimus, statuunt Muratorius l. l. p. 236.: "*Ut tamen altius inquiratur in hujus pestis originem, ad Platonicam philosophiam primo divertere necesse est. Vix autem est quisquam inter eruditos, cui hanc in rem Socratis ac Platonis dogmata ignota sint. Scilicet Amorem quendam illi Philosophi excogitarunt, non corporum quidem, sed animorum, et hunc masculis etiam ergo masculos communem fecere, uti luculenter ostendit in præfatione ad Platonis convivium Marsilius Ficinus.*" Moshemius in *dissertat. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia* p. 214. sq. *dissertt. ad histor. eccles. pertinentt.* vol. i. ed. iii.: "Nec aliunde mulieres, quæ subintroductæ et ἀγαπηταὶ vocantur, derivatæ sunt: de quibus ex instituto Dodwellus et Muratorius egerunt." *Observv. selectt. Halenss.* tom. vi. p. 230 sqq. Strothius in edit. Græca histor. eccles. Euseb. p. 466. not. 55.: "*αἱ* συνείσακτοι mulieres erant neque uxores, neque concubinæ, sed tales, inter quas et virum, Christiani seu Platonici amoris quoddam vinculum intercedebat." Ejusd. *Uebersetzung der KG. des Euseb.* t. i. p. 590. not. 14. cf. Langus *ad Nicephor.* vi. 30. Jam vero si vera sunt quæ de συνεισάκτοις disputavimus, hanc opinionem aut nullo aut infirmissimo fundamento niti, facile apparebit. Primum enim hanc συνεισάκτων originem investigandi rationem non posse transferri ad prius illud earum genus, id est, ad Pauli Samosateni et clericorum ejus ætatis συνεισάκτους, quas temere confuderunt VV. DD. cum altero earum genere, monuisse sufficiet et jam supra tetigimus. Cf. pag. 970. Neque vero alterius et satis per-

versi generis originem ex Platonica philosophia repetendam esse, similiter, credo, apparebit. Primum enim huic opinioni prorsus contradicunt omnia quæ unquam de altero συνεισάκτων genere prolata sunt veterum testimonia, quæ ne levissime quidem significant, hoc συνεισάκτων genus Platonicam quandam animorum conjunctionem illo suo commercio vere voluisse alere et hoc ipso modo turpissima sua facinora patravisse, multo minus autem vere intercessisse aliquod Platonici amoris vinculum inter illas indicant, ut Strothius opinatus est, imo ad unum omnes testantur, nihil nisi libidinis æstum vere instigasse clericos, monachos, hæreticos, virgines sacras et feminas ad illam consuetudinem, ad quam excusandam clerici et monachi potissimum vel sexus feminei sine ipsis vel suam ipsorum sine feminis viventium imbecillitatem, feminæ et virgines vicissim vel virorum sine ipsis vel suam ipsarum sine viris viventium infirmitatem commemorarent. Cf. Suicer. *Thes. eccl.* t. ii. p. 1157. sqq. Neque vero video, quomodo aliquod opinionis suæ præsidium invenire potuerit Strothius l. l. in tractatu Chrysostomi πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας παρθένους cujus verba notabiliora supra attuli. Neque favet Strothio carmen Gregorii Nazianzeni quod cum aliis ita edidit Muratorius in *anecdd. Græc.* p. 187. sq.

Ἄλλο.

Περὶ τῶν Συνεισάκτων.

Λευκοῦ, καὶ μέλανος μικτὴ φύσις ἐστὶ τὸ φαιόν.
Ζωὴ, καὶ θάνατος οὐδὲν ἔχουσι μέσον.
Τοὺς δὲ συνεισάκτους, ὡς δὲ (corrige δὴ) φάσκουσιν ἅπαντες,
Οὐκ οἶδ', εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴ τ' ἀγάμους
Θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν. οὐ γὰρ ἔγωγε
Κἂν με λέγητε κακῶς, πρᾶγμα τόδ' αἰνέσομαι.
Οἱ πλείους ἀκόλαστοι, καὶ ταχὺς εἰς ὑπόνοιαν
Ἐκ τῶν οἰκείων ἐστὶν ἅπας ἑτέροις.
Σάρκα φέρων συζῆς ἀγαπητῇ σάρκα φερούσῃ,
Καὶ τί φρονεῖν οἴει τοὺς ῥυπαροὺς περί σου;
Ἔστω μή τι λέγειν τοὺς σώφρονας, ἀλλὰ τίς οἴσει
Τὸν παρὰ τῶν πολλῶν Μῶμον ἐγειρόμενον;
Ἔννομον ἔσθ' ὁ γάμος, καὶ τίμιον. ἀλλ' ἔτι σαρκὸς,
Κρεῖσσον δ' οὐκ ὀλίγῳ σαρκὸς ἐλευθερία.
Εἰ δ' ἐστὶν παρὰ ταῦτ' ἄγαμος γάμος, ὦ ἀγαπητοὶ,
Ἐν ταῖς ἀμφιβόλοις ζήσατε (Muratorius conjicit ζήσετε) συζυγίαις.

Ex verbis enim τοὺς δὲ συνεισάκτους——φυλάξομεν nihil discimus nisi quantopere sæpius texerint impuram libidinem monachi et in sequentibus simulat Gregorius se omnia iis concedere quæ ad excusationem eorum viderentur pertinere, sed nihilominus inde vere eos non excusari et purgari. Præterea reliqua Gregorii carmina quæ contra monachos ille scripsit qui συνείσακτοι seu ἀγαπητοὶ dicebantur (cf. Muratorius l. l. p. 224. ext.), Strothii et qui ei assentiuntur, opinionem non minus refutant.

Sed quid tandem, quæso, ex Academiæ spatiis alterius συνεισάκτων generis pestem repetamus, cujus origo longe facilius aliunde investigari potest? Quod enim primum ad hæreticos pertinet, qui συνεισάκτους habuisse dicuntur, ex quibus Hieracitas et Encratitas commemorat Epiphanius, utrique procul dubio opinionibus suis reliquis ad impuram quandam cum συνεισάκτοις consuetudinem inducti esse censendi erunt, siquidem fides habenda sit in eo Epiphanio. Nam Encratitæ certe quamvis habuerint fortasse ipsi feminas συνεισάκτους, tamen non ad explendam libidinem Veneream sed potius coërcendam iis possunt usi esse. Itaque de Hieracitis tantum verum sit quod tradit Epiphanius. Fac autem alios quoque hæreticos illa συνεισάκτων consuetudine sese polluisse, ad ipsam illam Platonis philosophia certe non semper neque sola eos impulisse dicenda erit. Quod autem pertinet ad clericos, monachos, virgines sacras, quid horum libidinem Veneream tanto opere excitaverit, ut tam fœdam inter se inirent consuetudinem, haud difficile est ad divinandum. Monachi enim et virgines sacræ quam facile potuerint ad turpe quoddam commercium impelli, cum ineptissime ipsi vellent fugere quod sanctissimæ et immutabiles ipsius naturæ leges postulant, clericos vero, qui satis mature pluribus modis a recto et honesto matrimonio avocarentur et deterrerentur, non minus facile potuisse quærere, quomodo alio ex ipsorum certe opinione minus invidioso modo libidinis suæ ignem restinguerent, et si invenissent, ambabus veluti manibus illud arrepturos fuisse, nemo non, credo, debebit concedere. Atque ita feminæ quoque ad impurum illud contubernium clericis et monachis sese tradiderunt[b].

[b] Cf. I. E. Ch. Schmidt. *Handbuch der christlichen Kirchengeschichte* t. iii.

Restat jam ut ostendam, præter duplex illud συνεισάκτων genus de quo adhuc disputavi, in ecclesia Christiana fuisse nullum. Fuerunt enim qui συνεισάκτους non solum cum Dodwello l. l. in Cypriano, sed etiam cum Muratorio l. l. p. 235. sqq. in Herma et Tertulliano reperisse sibi viderentur. Cf. Salig. l. l. p. 302. sqq. Sed neque prius nec posterius συνεισάκτων genus quod cognovimus, scriptores illos commemorare, sponte sua intelligetur. Ut enim taceam, illud ipsum vocabulum συνεισάκτων nullum ex tribus illis scriptoribus usurpasse, cum eadem res adesse posset, quamvis abesset nomen ab Antiochenis inventum, et certe *fratrum* ac *sororum* nomina in illis inveniantur, ex quorum vero nominum similitudine rei convenientiam efficere velle, non minus vitiosum esset, tenendum est potius, nullum ex illis scriptoribus de eadem re loqui et de secundo certe genere συνεισάκτων nullum potuisse propter diversas temporis rationes loqui, per se apparere. Num enim tempore Hermæ, Cypriani et Tertulliani erant jam monachi et virgines sacræ? Num clericis ita jam tunc temporis honestum et legitimum matrimonium impediebatur, ut turpi cum feminis et virginibus commercio corporis libidines explere studere vellent? Sed nec Pauli συνείσακτοι ab Herma, Tertulliano et Cypriano commemorantur et rei ratio potius hæc est. Antiquissimo certe tempore et vel ante Tertulliani et Cypriani

p. 61. "*At this time* (post synodi Eliberitanæ a. cccv. habitæ decreta) *most of the married clergy probably abstained from their wives of their own accord.—When the force of opinion once required this kind of abstinence from the clergy, many indeed renounced the legitimate indulgence of their natural passions, but it was only to indemnify themselves secretly in some other way. Thus was the door of clerical licentiousness thrown open.* Et p. 62. l. l. V. D. hæc addit: *The first and most convenient mode was by keeping concubines under the name of housekeepers. The synod of Elvira was obliged to forbid the clergy having any women in their houses besides sisters or daughters.* (Cf. Ancyran. synod. a. cccxiv. habitæ can. 19. et reliquarum synodd. can.). *The Nicæne passed a resolution to the same effect, excepting however mothers, aunts, and other persons not liable to suspicion.* Et paulo post ibidem hæc leguntur: *But even when these housekeepers* (συνείσακτοι γυναῖκες) *were forbidden, there was still no want of opportunities for living in secret and lawful connexion with women. The numerous widows and virgins devoted to celibacy, the deaconesses and presbyteresses employed in the service of the Church—must, we may suppose, frequently have filled the places of housekeepers.* Adde Calixt. de conjugio clericorum p. 201. sq. ed. Henke. et Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 348. Gieseler. *Lehrbuch der KG.* t. i. p. 232. sq. *The great value set upon celibacy had not yet induced them to forbid the marriage of the clergy altogether; at first a second marriage was prohibited; it now came to this, that they were only allowed to retain wives married before their ordination, but not to take one after, and even this permission was not granted unless they had married a virgin.*

ætatem (ante hos enim vixisse quisquis scripserit Hermæ qui vocatur, *pastorem*, cum aliis nobis probabile videtur. cf. Moshem. *institt. histor. Christ. major.* secul. i. p. 224.), cum virginitatis magna esset existimatio (vide præter locos quos ex Pseudo-Ignatio laudat Salig. l. l. p. 296., quos idem citat constitt. apost. ii. 26. Αἱ παρθένοι εἰς τύπον τοῦ θυμιατηρίου τετιμήσθωσαν καὶ τοῦ θυμιάματος. Tertull. ad uxor. i. 4. de virgin. veland. c. xiii. c. xvi. Cyprian. de habitu virgin. p. 94. ed. Felli.), viduæ quoque quæ castitatis voto sponte sua, mortuo marito, se adstringerent, virgines dicerentur et in virginum loco haberentur (vid. Salig. l. l. p. 295. sq.), cum virgines quæ virginitatem perpetuo custodire sponte sua decreverant, et maxime eæ quæ simul cultui et ministerio sacro se dicarent, in magno essent honore, ita ut de illibata earum integritate dubitare nefas esset, cum præterea non omnis cum aliis vel clericis vel secularibus illis consuetudo esset interdicta, accidit sæpius, ut virgines non quidem explendæ libidinis causa sed potius ut gloriosissimam de omni libidinum, si quæ forte eas stimularent, impetu victoriam reportarent, et ad omnes illecebras sensuum invictæ et indomitæ manerent, laxius quoddam cum clericis, martyribus, confessoribus et viris ejusdem castitatis studiosis contubernium inirent, quin etiam lecti communionem haberent, sed magnis suis ausis excidentes ipsius castitatis suæ et virginitatis quam hoc ipso contubernio in omnium oculos incurrere et splendidiorem reddere voluerant, non dico semper sed sæpius jacturam facerent. Cf. Salig. l. l. p. 302. Jam si quis has quoque virgines συνεισάκτους vocare velit, ut *sorores* vere dictæ sunt sed accurate illæ distinguendæ ab aliis quæ eodem nomine serius appellatæ (cf. supra p. 978.), nihil impedio, sed cum Pauli Samosateni συνεισάκτοις et secundo pessimo συνεισάκτων genere eas non esse confundendas affirmo quamvis plerique VV. DD. eas confuderint et temere ex eadem Platonis philosophia qua reliquas, repetierint, quod si vellemus facere, ipsum virginitatis studium inde ducendum esset, quod tamen ducere vel Saligius l. l. p. 978. dubitavit, qui omnibus gentilibus virginitatem fuisse honoratam, sacris adhibitam diisque devotam ac templis immorantem præeunte Io. Fronto. *dissert. philolog. de virginitate honorata* §. 1. p. 404. edit. Hamb. monuit, laudatis

insuper locis ex Tertull. ad uxorem i. 6. exhort. ad castit. c. xiii. satis insignibus. Adde Spanhem. *ad Callimach. hymn. in Pall.* v. 34. Grotium et Wetstenium *ad* 1 *Tim.* iii. 2. Vitringam *de synagog. vet.* iii. 1. 4., quos laudat Kuinoel. *ad Luc.* ii. 36. Sed quo melius lectores ipsi de nostra et aliorum VV. DD. sententia ferre possint judicium, Hermas in pastor. similitt. iii. 9, 11. t. i. p. 117. ed. Coteler. ita loquitur: "*Dicunt mihi virgines illæ: Hodie pastor ille huc venturus non est. Et dixi: Quid ergo ego faciam? Et dicunt mihi: Usque in vesperam exspecta, si forsan venerit, et loquetur tecum: sin minus, nobiscum, dum veniat, manebis. Dixi eis: Exspectabo eum usque ad vesperam, quodsi non venerit, domum ibo, et revertar mane. Responderunt mihi: Nobis assignatus es, non potes recedere nobis. Et dixi: Ubi manebo! Dicunt mihi: Nobiscum dormies, ut frater, non ut maritus. Frater enim noster es, et de cætero tecum habitare paratæ sumus. Valde enim carum te habemus. Ego autem erubescebam cum eis manere. Ea vero, quæ ex illis prima esse videbatur, amplexata me est, et osculari me cœpit. Cæteræ vero, cum vidissent me amplexari ab illa, et ipsæ cœperunt me ut fratrem osculari et ducere circa turrim, et ludere mecum. Quædam autem ex illis psalmos canebant, quædam choros ducebant. Ego autem circa eam turrim in silentio lætus cum illis ambulabam, et videbar mihi junior factus esse. Postquam vero vespera esse cœpit, domum repente abire volebam, illæ autem retinuerunt me, et non permiserunt abire. Mansi ergo illa nocte cum eis juxta eandem turrim. Straverunt autem tunicas suas linteas in terram, et me in medio collocaverunt, nec quidquam aliud faciebant, nisi quod orabant. Sed et ego cum illis sine intermissione orabam, neque minus quam illæ. Quæ cum me sic orantem vidissent, ingens gaudium perceperunt, et cum eis illic fui, usque ad diem posterum. Et cum adorassemus Dominum, tunc venit pastor ille, et ait ad illas: Nullam ei fecistis injuriam? Et dixerunt ei: Ipsum interroga. Dico ei: Domine, magna voluptas me cepit, quod mansi cum eis. Et dixit mihi: Quid cœnasti? Et dixi: Cœnavi domine, tota nocte verba Domini. Bene, inquit, te acceperunt!*" Cf. Dodwell. l. l. §. xvi. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* t. iii. p. 774. sqq. not. 1. p. 782. sq. not. 13. Contra vid. Tertullian. de jejuniis cap. ult.: "*Apud te agape*

in cacabis fervet, fides in culinis calet, spes in ferculis jacet. Sed major his est agape, quia per hanc adolescentes tui cum sororibus dormiunt. Appendices scilicet gulæ lascivia atque luxuria." Sed idem Tertull. de exhort. castit. c. xii.: "*Habe,*" inquit, "*aliquam uxorem spiritalem, adsume de viduis, fide pulcram, paupertate doctam, ætate signatam. Hujusmodi uxores etiam plures haberi Deo gratum est.*" Qui duo Tertulliani loci quamvis quomodo inter se conciliari possint, non perspicere potuerit Salig. l. l. p. 305., tamen facile possunt inter se conciliari. Prior enim Tertulliani locus virgines illius temporis quamvis sancto quodam contubernio cum viris summam laudem potius quam ignominiam vellent sibi parare, tamen naturam furca, ut aiunt, expellere frustra esse conatas neque recurrentem illam semper et satis potuisse vincere, luculenter ostendit, alter vero illud contubernium per se non esse fugiendum sed quærendum et magni faciendum, siquidem laudandæ hominis voluntati non desint vires, declarat. Cui explicationi non obstare illud quod dicit Salig. l. l., Christum talem spiritualem conjunctionem non præcepisse, me tacente intelligitur. Quantum enim, quæso, Tertulliano et ejus æqualibus laude dignum visum est, quod Christus nunquam laudavit sed vituperavit! Sed denique vid. Cyprian. epist. iv. ad Pomponium: "*Legimus literas tuas, frater carissime, quas per Pacomium fratrem nostrum misisti, postulans et desiderans, ut tibi rescriberemus, quid nobis de iis virginibus videatur, quæ cum in statu suo esse et continentiam firmiter tenere decreverint, detectæ sint postea in eodem lectulo pariter mansisse cum masculis. Ex quibus unum diaconum esse dicis; plane easdem quæ se cum viris dormisse confessæ sint, asseverare se integras esse.*" Deinde vero pergit Cyprianus ita: "*Primo igitur in loco, frater carissime, et præpositis et plebi nihil aliud elaborandum est, quam ut qui Deum timemus, cum omni observantia disciplinæ divina præcepta teneamus, nec patiamur errare fratres nostros, et pro arbitrio et ructu suo vivere, sed ad vitam singulis fidelibus consulere, nec pati virgines cum masculis habitare, non dico simul dormire, sed nec simul vivere, quando et sexus infirmus, et ætas adhuc lubrica per omnia frænari a nobis et regi debeat, ne diabolo insidianti et sævire cupienti, ad nocendum detur occasio.—— Denique quam graves multorum ruinas hinc*

fieri videmus, et per hujusmodi illicitas et periculosas conjunctiones corrumpi plurimas virgines cum summo animi nostri dolore conspicimus. Quodsi ex fide se Christo dicaverunt, pudice et caste sine ulla fabula perseverent, ita fortes et stabiles præmium virginitatis exspectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant. Certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit, si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in seculum, ne fratrem scandalizem. Nec aliqua putet se hac excusatione defendi, quod inspici et probari possit, an virgo sit, cum et manus obstetricum et oculus sæpe fallatur. Et si incorrupta inventa fuerit virgo ex parte sui, qua mulier potest esse, potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ violari potest, et tamen inspici non potest. Quodsi pœnitentiam illiciti concubitus sui egerint et a se invicem recesserint, inspiciantur interim virgines ab obstetricibus diligenter, et si virgines inventæ fuerint, accepta communicatione ad ecclesiam admittantur, hac tamen interminatione, ut, si ad eosdem masculos postmodum reversæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo et sub eodem tecto simul habitaverint, graviore censura ejiciantur nec in ecclesiam postmodum facile recipiantur." Ex qua Cypriani epistola discimus 1) ejus ætate illud virginum cum viris contubernium longe sæpius abiisse in conjunctionem corporum quam animorum, 2) propter hanc solam causam probabiliter ipsum Cyprianum gravius in illud invectum esse (cf. verba epistolæ: "*quando et sexus infirmus —— detur occasio*" et: "*Certe nullum fratribus —— scandalizem*") et prudenter illud coërcuisse. Cf. Cyprian. epist. xiii.: "*Quam vobis execrandum debet videri, quod cum summo animi nostri gemitu et dolore cognovimus? Non deesse, qui templa Dei et post confessionem sanctificata et illustrata prius membra* (i. e. confessores) *turpi et infami concubitu suo maculent, cubilia sua cum feminis jungentes, quando etsi stuprum conscientiæ eorum desit, hoc ipso grande crimen est, quod illorum scandalo in aliorum ruinas exempla nascuntur.*" Ejusd. epist. lxii.

EXCURSUS XIV.

AD

EUSEB. DE MARTYR. PAL. c. VII. p. 611.

Suadent nobis verba ἐφ' ᾧ τὸ πρὶν γαυριῶν ἐφρυάττετο ut hoc loco nonnulla quæ magis minusve illa videantur attingere, commentemur. Ac primum quidem sensum illorum verborum utcunque expressit sane Valesius vertendo: quo *se maxime* ille *efferebat*. Sed vim vocum γαυριᾷν et φρυάττεσθαι his minime hausit V. D., id quod certe magis, credo, assecutus esset, si vertisset: quo antea *effuse exsultabat et gestiebat*. Utrumque enim vocabulum, tum γαυριᾷν tum φρυάττεσθαι, proprie dicitur de animalibus et maxime equis, qui effusa quadam audacia exsultant, tripudiant, ferociunt, gestiunt, frena ferre nescii. Vic. Polluc. i. 11. 194. 216. v. 13. 87. ed. Hemsterhuis. Valckenar. *ad Ammon. Lex.* p. 144. p. 226. Kuinœl. *Commentar. ad Actor.* iv. 25. p. 164. ed. ii. cf. Bochart. *Hierozoic.* t. i. p. 192. Spanhem. *ad Callimach.* p. 605. Schæfer. *ad Dionys. Hal. de compos. verbor.* p. 195. sq. Sophocl. Electr. v. 717. Æschyl. Sept. contra Theb. v. 231. ἀκούω ἱππικῶν φρυαγμάτων. Lycophron v. 245. Plutarch. Lycurgus c. xxii. χαίροντες, ὥσπερ ἵπποις γαυριῶσι καὶ φρυαττομένοις πρὸς τοὺς ἀγῶνας. Marius c. xxxviii. παρεσκίρτησε παρ' αὐτὸν (ὄνος) ὑπὸ γαυρότητος. LXX. ad Psalm. ii. 1. Sed deinde egregie transfertur vox ad homines, qui inani quadam superbia et lætitia quasi intumescunt, eandemque in oculis, in vultu, in toto denique corpore expressam ambitiosius ostentant et jactant. Vid. Palæphat. de incredd. i. γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον καὶ ὑπερήφανοι. Plutarch. Lycurgus c. xxx. extr. παιδαρίων ἐπὶ τῷ συγκόψαι τὸν παιδαγωγὸν γαυριώντων. 2 Maccab. vii. 34. 3 Macc. ii. 2. Diodor. Sic. iv. 74. Proclus Chrestom. p. 345. ἥδετο ὁ Ἰόβακχος—πολλῷ φρυάγματι. cf. Cicer. Tusc. Qu. iv. 6. cum et *inaniter* et *effuse animus exsultat*, tum illa *lætitia gestiens* dici potest. Jam vero, quod nunc maxime animadvertendum puto, minime γαυριᾷν et similes voces semper malo sensu, præsertim apud recentiores Græcos et patres ecclesiasticos inveniuntur. Ita in

ipso libro de martyr. Pal. c. xi. Porphyrius a nostro dicitur *θαρσαλέῳ φρονήματι καὶ γαύρῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ βαδίζων*, ubi de nulla alia re nisi de animo Porphyrii intrepido et propositi tenaci, ipsius denique mortis terrores contemnenti cogitandum est (cf. de mart. P. c. vii. *ὅμως δ' οὖν πρὸς ἅπαντα γεγηθότι καὶ φαιδρῷ ἱσταμένην προσώπῳ*), atque eodem modo Euseb. H. E. ix. 1. extr. scripsit: *εἶτα δὲ καὶ οἱ γενναῖοι τῆς θεοσεβείας ἀθληταὶ τῆς εἰς τὰ μέταλλα κακοπαθείας ἐλευθερούμενοι, ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐστέλλοντο, γαῦροι καὶ φαιδροὶ διὰ πάσης ἰόντες πόλεως, εὐφροσύνης τε ἀλέκτου, καὶ ἣν οὐδὲ λόγῳ δυνατὸν ἑρμηνεῦσαι παρρησίας ἔμπλεοι.* Cf. ibid. paulo post verba: *ἱλαροῖς καὶ γεγηθόσι προσώποις.* Adde Euseb. V. C. i. 20. ubi Constantinum vocat *γαῦρον — ῥωμαλέον τε καὶ μέγαν φρονήματός τε μεστόν.* Similiter in laudem Patroclo tribuit Pindar. Olymp. ix. *νοῦν βιατὰν*, i. e. mentem *invictam, cedere nesciam* (cf. Porti *Lexic. Pindar.* h. v. et Mtth. xi. 12. ubi *βιασταὶ* interpretatur Chrysostom. homil. xxxviii. in Mtth. in bonam partem *πάντες οἱ μετὰ σπουδῆς προσιόντες*) et de animi celsitudine potius quam superbia legi videtur *ἐπαίρεσθαι* in Epictet. manual. c. vi. ext., ubi vid. Heyne p. 26. ad h. l. Adde ejusdem Epictet. man. xxix. 2., ubi *κομψὸν* significat *præclarum, egregium* in verbis: *Θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγώ, νὴ θεούς. κομψὸν γάρ ἐστι.* Vid. scholl. ad h. l. p. 231. ed. ii. Heynii: *Κομψὸν τὸ διηρμένον (ἐπηρμένον?) λέγεται· καί ἐστιν ἡ λέξις μέση καὶ ἐπὶ τοῦ μεγαλοπρεποῦς, ὡς ἐνταῦθα τεθεμένη.* Vid. Euripid. Rhes. v. 621. *τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός.* Passow. *Lexic.* h. v., qui vix recte scripsit: "*This word* (*κομψὸς*) *always implies something skilful, clever, and accomplished.*" Cf. Plutarch. de audiendis poëtis c. v. p. 34. ed. ii. Krebs. Varro de ling. Lat. iv.: "*Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant*, ut hostis. Nam tum eo verbo significabant, qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tunc dicebant perduellem." Cicer. de offic. i. 12. Similiter *θερμὸς* optimo sensu de fidei fervore et ardore usurpat Euseb. H. E. ii. 17. p. 115. *ἐκθύμῳ καὶ θερμοτάτῃ πίστει* et vi. 14. p. 409. de amicitia: *ἵνα ἡ ἀπὸ προγόνων ἡμῖν φιλία μένῃ ἄσυλος· μᾶλλον δὲ θερμοτέρα ᾖ καὶ βεβαιοτέρα.* Cf. viii. 5. *διαπύρῳ — πίστει.* Et Clemens Alexandrinus apud Euseb. H. E. iii. 23. *νεάνισκον*, inquit, *ἱκανὸν τῷ σώματι — καὶ θερμὸν τὴν ψυχὴν ἰδών.* Neque aliter

apud Chrysostom. t. ii. p. 593. A. ed. Montefalc. legitur *φόβος Θεοῦ θερμὸς καὶ διάπυρος*. Cf. Chrysostom. ad Matth. xvi. 16. p. 483. ubi *πανταχοῦ θερμὸν* vocat Petrum. Et Euseb. de martyr. P. c. xi. p. 625. *τρίτος*, inquit, *ὁ θερμουργότατος καὶ πνεύματι ζέων, etc.* optimo sensu. Sed vid. Blomfield. *Glossarium in Æschyl. Septem contra Theb.* ad Æschyl. l. l. v. 599. cf. Eustath. ad Iliad. ii. p. 201. 6. *Θερμοὶ ἔργον διαλελυμένως, τὸ ἀναιδὲς καὶ θρασύ· θερμουργὸς δὲ ἀνὴρ ἐν συνθέσει κατὰ λόγον ἐπαινετὸν, ὁ θαρσαλέος, καὶ μὴ ψυχρὸς εἰς ἔργον.* Xenoph. memorabb. i. 3. 9., ubi Socrates: *εἰπέ μοι*, inquit, *ὦ Ξενοφῶν, οὐ σὺ Κριτόβουλον ἐνόμιζες εἶναι τῶν σωφρονικῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων τε καὶ ῥιψοκινδύνων ; πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν. νῦν τοίνυν νόμιζε αὐτὸν θερμουργότατον εἶναι καὶ λεωργότατον. οὗτος κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστήσειε, κἂν εἰς πῦρ ἅλλοιτο.* Sed de animi fortitudine, de fidei constantia *ἔνστασις* usurpatur ab Euseb. H. E. iv. 15. p. 253. vi. 5. viii. 6. extr. viii. 7. init. cf. viii. 4. p. 549. *θάνατον τῆς εὐσεβοῦς ἐνστάσεως ἀντικατηλλάττοντο*, quod Valesius vertit melius: "pro *defensione* pietatis" quam Strothius: "*für das Bekenntniss ihrer Religion.*" De cognato vocis usu vid. Heyne *ad Epictet. manual.* c. xxiii. p. 66. ed. ii. cf. c. xlviii. 1. p. 184. Irmisch. *ad Herodian.* viii. 3. t. iii. p. 968. Quin etiam ipsum *σφοδρὸς* bono sensu de militibus fortioribus legitur apud Xenophont. Cyrop. ii. 1. 31. Cf. Matthæi Chrysost. homill. vol. i. p. 51. not. Adde Krebs. *præfat. ad Plutarch. de audiendd. poëtt.* p. vii–xi. ed. ii. et quæ ipse monui ad Euseb. H. E. iii. 3. p. 134. iv. 17. p. 276. sq. Sed solent recentiores Græci pluribus quoque vocabulis quæ veteres optimo sensu usurpant, in malam partem uti. Vide quæ scripsit de voce *ἀγέρωχος* Buttmann. *Lexilogus.* "*The grammarians have taken sufficient care to let us know that this word is used by Homer in a good sense, but by the later writers in a bad one :*" Cf. Apollon. Lexic. p. 29. ed. Toll. et ibid. Villoison. "*The Lex. Etym. begins its article with these words, ῥητορικὴ ἡ λέξις : that is to say, the word, which occurs frequently in Homer and Pindar, is never found, so far as I am aware of, in pure Attic Greek, but from the time of Polybius it is very common in prose as well as verse. Doubtless then, the word had always remained in use in the dialects of Asia, and from them passed, by means of the Asiatic schools of*

rhetoric, into the language of the rhetoricians, who formed the later prose, and whose style, even in words and forms, was always contrary to the Attic. In these later writers the meaning of ἀγέρωχος is wild, untamed, unmanageable; a sense which as applied to animals only is good as well as bad, but when applied to men becomes most generally some such meaning as arrogant, haughty, e.g. Plut. Am. Frat. c. extr." Sed accuratius velim respici verba quæ circumspecte Buttmannus adjecit: "*most generally.*" Nam semper nec seriores in malam partem usos esse vocabulo ἀγέρωχος, præter alia luculenter docet locus ejusdem quem Buttmannus laudavit, Plutarchi in Vita Fab. Maximi c. xix., ubi hæc leguntur: Ὁ μὲν γὰρ (Claudius Marcellus). — περιλαμπὲς τὸ δραστήριον ἔχων καὶ γαῦρον, ἅτε δὴ καὶ κατὰ χεῖρα πλήκτης ἀνὴρ καὶ φύσει τοιοῦτος ὤν, οἵους Ὅμηρος μάλιστα καλεῖ φιλοπτολέμους καὶ ἀγερώχους *etc.* Hoc enim loco, nisi ignorasse velimus Plutarchum, quomodo Homerus usus sit verbo φιλοπτόλεμος et ἀγέρωχος, hæc ipsa verba bono sensu dicta esse a Plutarcho negari non poterit. Neque in aliam nisi bonam partem verba δραστήριος, γαῦρος et πλήκτης usurpasse Plutarchum, non solum ex eo ipso simul sequitur, sed antecedentia planissime demonstrant, ubi se laudare potius quam vituperare velle Claudium Marcellum, ipse Plutarchus indicat his verbis: τούτων δ' ἐπιφανέστατοι, Φάβιός τε Μάξιμος καὶ Κλαύδιος Μάρκελλος ἦσαν ἀπὸ ἐναντίας σχεδὸν προαιρέσεως θαυμαζόμενοι παραπλησίως. Quocirca vel quæ inferius l. l. sequuntur, eodem modo interpretanda sunt: ἐν τῷ παραβόλῳ καὶ ἰταμῷ καὶ πρὸς ἄνδρα τολμηρὸν τὸν Ἄννιβαν ἀντιτολμῶντι τρόπῳ τοῦ πολέμου συνίστατο πρὸς τοὺς πρώτους ἀγῶνας. Contra si non πλήκτης et φιλοπόλεμος, certe γαῦρος et ἀγέρωχος malo sensu usurpat sane Plutarch. in vita Marcell. c. i. Ἦν γὰρ (Marcellus) τῇ μὲν ἐμπειρίᾳ πολεμικὸς, τῷ δὲ σώματι ῥωμάλεος, τῇ δὲ χειρὶ πλήκτης, τῇ δὲ φύσει φιλοπόλεμος, κἂν τούτῳ δὴ πολὺ τὸ γαῦρον καὶ ἀγέρωχον ἐπιφαίνων ἐν τοῖς ἀγῶσι, τῷ δ' ἄλλῳ τρόπῳ σώφρων, *etc.* Atque ἀγέρωχον ὄψιν, i. e. *arrogantem* speciem, interprete Reiskio, dixit Dionys. Hal. de compos. verbor. p. 206. ed. Schæf. Porro similia de verbis σοβαρὸς, σεμνὸς et λαμπρὸς animadvertit Dorville *ad Chariton.* p. 601. ed. Lips. Cf. quæ ipse observavi ad Euseb. H. E. vi. 43. p. 511. sq. Orell. *ad Arnob. adversus gentes* i. 36. P. i. p. 318. Kuinœl. *ad Marc.*

vii. 9. Adde quæ de verbo *ὑπερφίαλος* similiter disputavit Buttmann. *Lexilogus.* cf. Eustathius ad Homer. Odyss. ix. 106. Kuinœl. *Commentar. ad Luc.* i. 51. Notandus quoque usus verbi *μέγας* et *μικρὸς* apud Euseb. H. E. iii. 23. *ἀπογνοὺς δὲ τελέως τὴν ἐν Θεῷ σωτηρίαν, οὐδὲν ἔτι μικρὸν διενοεῖτο· ἀλλὰ μέγα τι πράξας* (i. e. grandi perpetrato scelere), *ἐπειδήπερ ἅπαξ ἀπόλωλεν, ἴσα τοῖς ἄλλοις παθεῖν ἠξίου.* Cf. Dorville *ad Chariton.* p. 220. Eustath. ad Hom. Odyss. xi. 272. Neque scio an certe veteribus satis raro in bonam et malam partem simul usurpentur vocabula *κίνησις* et *σεισμὸς* de quibus vid. Valesius *ad Euseb. H. E.* i. 3. Adde Combefisium in *auctar. noviss. PP.* t. ii. p. 293. 48. ad verba Manuelis Calecæ: *ὁ τῶν συντρεχόντων σεισμός.* Wetsten. *ad Actor.* xxi. 30. Irmisch. *ad Herodian.* i. 4. t. i. p. 88. sq. Cf. Kuinœl. *Comment. ad Matth.* xxi. 10. p. 545. Denique *λιπαρὸν γῆρας* quod Homero dicitur senectus tranquilla, placida, nullis curis vexata (vid. Passow. *Lexic.* s. v.), apud Euseb. H. E. vi. 39. p. 443. est potius *extrema, ultima* senectus, *παναγὴς* eidem Eusebio de martyr. P. c. xiii. de homine scelerato et vocabulum *σκιρτᾷν* de mart. P. c. xi. pro *ὑπερβάλλεσθαι* usurpatur. Contra vid. Luc. vi. 23. Et voce *φροῦδος* Dionysius teste Julian. epistt. inedit. apud Fabricium *salut. luc. evangel.* p. 336. ext. perperam usus erat pro verbo *προφανής.* Hinc Julianus: *οὐδὲ γρὺ λόγων ἁψάμενος, ὅσα εἰκός ἐστι ταῖς ἐπιστολαῖς τεκμήρασθαι, τὸ γὰρ φροῦδον οὐδεὶς εἶπε τῶν ἀρχαίων, ἐπὶ τοῦ προφανοῦς, ὥσπερ σὺ νῦν.*

EXCURSUS XV.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. X. 1. p. 680.

Plura profecto insunt in illis verbis *ἅμα —— ἀναβοώμενοι,* quæ paulo accuratius videantur exponenda. Primum enim quæritur, quid sit *ἐπιγράψομεν.* Vales. quidem illud vertit: "*nuncupantes,*" i. e. idem quod *dedicantes,* et similiter reddidit Strothius "*zueignen.*" Sed *ἐπιγράφειν* illud minime significare recte puto contendisse Kestnerum *de Eus. auct. et fide dipl.*

p. 21. Quodsi Eusebius dicere velit se aliosve alicui librum dedicare, eum potius aut verbo ἀνατιθέναι (vi. 13. 28. vii. 26.) aut προσφωνεῖν et ἐπιφωνεῖν uti animadverti. Vid. H. E. vi. 19. x. 4. init. Vit. Const. iv. 46. præpar. evangel. i. 1. τὴν δέ σοι (ἀπόδειξιν εὐαγγελικὴν) — σὺν εὐχαῖς ἐπεφώνησα. H. E. iv. 3. ubi προσφωνεῖν et ἐπιφωνεῖν simul legitur. Plutarch. Tib. Grach. c. viii. Photius biblioth. cod. CLIV. προσφωνεῖ δὲ Μελάντᾳ τινὶ τὸ συνταγμάτιον ibid. cod. CLV. ἕτερόν τι Ἀθηναγόρᾳ προσφωνούμενον σπουδασμάτιον. Accedit quod aperte decimum tantum historiæ ecclesiasticæ librum sese velle dedicare Paulino Eusebius profiteretur, non omnes, ut censet Vales., qui καὶ conjunxisse videtur cum ἐπιγράφειν. Jam vero nemo non ægre feret, minimam operis alicujus partem alteri dedicari, eundemque in fine demum appellari. Temere enim ad Paulini modestiam confugit Valesius, imo Eusebii potius modestiam in causa fuisse recte affirmat idem Kestnerus l.l. p. 22. (cf. quæ animadverti ad Euseb. H. E. x. 4. p. 802.), cur, priusquam orationem a se in Paulini honorem habitam libro x. insereret (cf. cap. iv.), ne arrogantiæ accusaretur, antea et nostro ipso loco se totum illum librum neque solam orationem non sponte sua, sed illius precibus permotum *edidisse* diceret. Sed quod hoc ipsum, *edere*, ἐπιγράφειν nostro loco significare Kestnerus putat, in eo non possum ipse ei assentiri. Recte quidem monuit V. D., illud verbum plerumque esse *calamo tabulæ aliquid inscribere* (cf. Actor. xvii. 23. Hebr. viii. 10.), at quomodo inde sequatur simplex significatio *scribendi* s. *edendi*, ita ut dixerit Eusebius se scribere s. edere velle historiæ ecclesiasticæ librum decimum in memoriam et honorem Paulini (σοι ἐπιγράψομεν), illud non satis video. Cf. Passow. in *Lexic.* s. v. ἐπιγράφειν. Ego contra ἐπιγράφειν significare puto : *adscribere*, et sensum verborum ἅμα — — ἐπιγράψομεν hunc : "*Simul vero, cum tuæ tantum preces effecerint, ut decimum quoque hunc historiæ librum adjicerem, tuum cum esse dico, a te potius quam a me profectum, tibi illum adscribo.*" Huic explicationi egregie favet, si quid video, non solum usus linguæ (vid. Passow. *Lexic.* s. v. n. 4. cf. Chrysostom. t. i. p. 699. D. ed. Montefalc. ὁ διάβολος — ταῖς ἡμέραις ἐπιγράφειν ἐπαίδευσεν τὰς εὐπραγίας, καὶ τὰς κακοπραγίας), sed etiam sequentia : ἐπισφράγισμά σε τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀναβοώμενοι, unde satis sese

non solum excusasse, verum etiam tacite laudasse Eusebium, intelligitur, illud, quod non sponte sua orationem illam panegyricam et totum librum decimum addiderat, hoc, quod Paulinum vix vile opus efflagitaturum fuisse suis precibus, credere erat consentaneum. Sed videndum præterea, utrum vivum an mortuum Paulinum h. l. alloquatur Eusebius. Ad mortuum illum pertinere illam apostrophen ἅμα δὲ ταῖς σαῖς εὐχαῖς — — ἀναβοώμενοι, probabilius visum est Kestnero l. l., sed argumentis, ut equidem puto, satis infirmis adducto. Quod enim primum dicit Kestnerus, vocem ἱερώτατος (ἱερώτατέ μοι Παυλῖνε) de mortuis potius quam vivis hominibus usurpari potuisse, illud quomodo V. D. scribere potuerit, nescio. Neque enim communis loquendi usus neque Eusebii genus dicendi hoc probat. Græcos omnia quæ sunt vel magna, insignia, in suo genere fere unica vel veneratione et honore digna vocare ἱερὰ, satis constat. Vid. Kœppen. *erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias* t. iii. p. 125. ad Iliad. x. 56. cf. Spanhem. *ad Callimach. hymn. in Apoll.* v. 112. Valckenar. *ad Eurip. Hippol.* v. 1206. p. 292. Krebs. *ad Plutarch. de audiendis poëtis* p. 177. sq. ed. ii. Homer. Odyss. xxiv. 81. Iliad. xviii. 504. Sophocl. Philoct. v. 942. sq. τὰ τόξα μου ἱερά. Plutarch. de genio Socratis p. 1046, ἱεροὶ καὶ δαιμόνιοι ἄνθρωποι. Timoleon c. xvi. extr. ὁρῶντας (ὁρμῶντας?) ὡς ἱερὸν ἄνδρα, καὶ σὺν θεῷ τιμωρὸν ἥκοντα τῇ Σικελίᾳ τὸν Τιμολέοντα σέβεσθαι καὶ φυλάττειν. Quidni igitur de vivo illud vocabulum usurpare potuerit Eusebius? Neque vero Eusebius voce ἱερὸς de vivis tantum utitur, quamvis hoc possit opinari qui nullos nisi hos fere locos cognoverit H. E. vi. 14. p. 409. τὸν ἱερὸν Κλήμεντα. vi. 32. 33. Sed vide contra ejusdem H. E. v. 16. p. 349. τοὺς τότε ἱεροὺς ἐπισκόπους. de mart. P. c. vii. σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτην. Vit. Const. iv. 43. ἱερῶν ἐπισκόπων ἱερὸν χρῆμα. cf. de mart. P. c. xi. p. 663. init. τὰ ἱερὰ καὶ ὄντως ἅγια σώματα. Quæ pauca jam a me exposita satis refutant quæ scripsit Kestnerus l. l.: "*Voce* ἱερώτατος *episcopum, dum inter vivos esset, insigniri potuisse vix crediderim*; licet contrarium non affirmare possim, cum neque in Stephani Suicerique thesauris, neque in Hesychii aliorumque lexicis, quod illud mihi probare possit, invenerim." Neque vero majoris momenti est, quod statim addit V. D.: "*Quamquam Eusebium Paulino viro ita vehementer adulatum esse vix*

existimaverim, ut eum l. x. *c.* 4. *ab init.* τὰ πάντα ἄριστον καὶ θεόφιλον *appellaret; quod si de mortuo dictum est, æquius tamen ferri poterit.*" Nam longe magis adulatum esse nostrum episcopis et ipsi Paulino vivo, demonstrat satis prima periodus orationis illius panegyricæ quam Tyri ille habuit. Vid. x. 4. Ὦ φίλοι Θεοῦ καὶ ἱερεῖς, οἱ τὸν ἅγιον ποδήρη, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς δόξης στέφανον — περιβεβλημένοι, σύ τε (i. e. Pauline), ὦ νέον ἁγίου νεὼ Θεοῦ σεμνολόγημα — — — δεδώρηται· εἴτε τις νέον σε Βεσελεὴλ, — ἐθέλοι καλεῖν, εἴτε Σολόμωνα — — εἴτε καὶ νέον Ζοροβάβελ, *etc.* ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς, ὦ τῆς ἱερᾶς ἀγέλης Χριστοῦ θρέμματα, λόγων ἀγαθῶν ἑστία, σωφροσύνης παιδευτήριον, καὶ θεοσεβείας σεμνὸν καὶ θεοσεβὲς ἀκροατήριον. Et quomodo vivum Paulinum τὰ πάντα ἄριστον καὶ θεόφιλον ab Eusebio dici *potuisse* dubitabit, qui illum vivum Melchisedeco, Aaroni et ipsi Christo, filio Dei, comparasse novit? Vid. Valesius ad x. 4. p. 817. Quod autem postremo loco Kestnerus (l. l. p. 22.) monuit, neque vocem ἀναβοώμενοι, i. e. *invocantes* ad vivum Paulinum facile dici potuisse, cum deos tantum, heroas, beatos, sanctos veteres invocare solerent, ideoque verbum illud sublimius ad hominem sublunarem dictum esse haud videatur, hoc nihil probari facile videbit ille, qui Paulinum vivum quoque ab Eusebio pro homine sancto haberi potuisse et quodammodo invocari meminerit. Præterea cf. quæ animadverti ad Euseb. H. E. x. 1. p. 796. sq. Adde ix. 1. p. 644. ἀντιβολοῦντες καὶ σωτηρίας δεξίαν τοὺς ἐρρωμένους αἰτούμενοι. Sed quamvis hæc ita sint, tamen, ut recte ipse Kestnerus l. l. monuit, non magis probari poterit, ad *vivum* Paulinum *debere* illa verba referri, quam vocem ἐπιγράφειν esse *nuncupare, dedicare;* unde ex iis minime sequi ut historia ecclesiastica Eusebii ante a. 325. edita sit, contra Hankium recte Kestnerus contendit. Ceterum ut aliunde ita ex nostro loco collegit Stroth. in *præfat.* p. vi. sqq. duplicem olim fuissæ historiæ ecclesiasticæ Eusebii editionem, quam disputationem h. l. adscribi lectoribus haud erit ingratum. Disserit autem V. D. l. l. p. vi–viii. ad sententiam illam suam stabiliendam hæc: "*Primum mirum in modum a textu, quo nunc utimur, quemque posterioris editionis affirmo, discrepat Rufini interpretatio. Hunc in interpretando libere grassatum esse, atque haud probanda licentia multa consulto ac pro arbitrio suo mutasse, neque ignoro neque nego. Sed*

tamen vix dici poterit, omnia, in quibus ab hodierno textu Græco discrepat, ab eo studio esse immutata, præsertim cum in his multa sint, in quibus vestigia alterius editionis Græcæ haud obscura deprehendere mihi visus sum ac aliis haud paucis argumentis res ipsa planior fiat. Deinde animadvertendum est, quod initio libri decimi ipse Eusebius significat, primum modo novem hujus historiæ libros exstitisse, nunc vero se rogatu Paulini Tyriorum episcopi decimum addere, eumque huic eidem Paulino dicare (?). ——— *Atqui cum ipsa styli ad eum qui deprehenditur in libris de vita Constantini proprius accedentis, ab eo qui est in prioribus ix. historiæ eccl. libris discrepantia, tum etiam ea ipsa* προσφώνησις *Paulino facta, arguit hunc librum diu post reliquos quasi singularem additum esse, ac fuisse ante hoc tempus exemplaria quæ novem modo libros continerent.*" Idem colligit Strothius ex additamento illo, quod in omnibus quos novimus MSS. libris post librum viii. invenitur cum inscriptione : Τὸ ὡς λεῖπον — ὀγδόῳ λόγῳ. Hanc particulam ad historiam ecclesiasticam vere pertinere non solum docere diserta verba : τεττάρων οὖν τὴν κατὰ πάντων διειληχότων ἀρχὴν, οἱ μὲν χρόνῳ καὶ τιμῇ προηγούμενοι, μεθίστανται τῆς βασιλείας, ᾗ καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται, quæ ad historiam eccles. viii. 13. referenda sint, ubi narratur abdicatio Diocletiani et Maximiani, ac verba ὁ μὲν ὕστατος (Galerius) τοιαῦτα οἷα καὶ προδεδηλώκαμεν πέπονθεν, quæ respiciant aperte cap. 16. lib. viii., sed etiam scribendi genus vere Eusebianum manifeste loqui. Nihilo tamen minus hujus qua utimur, editionis partem esse non posse, nisi ab ea resecetur magna libri viii. cap. 13. pars, ubi, quæ in additamento illo inde a verbis ὁ δὲ τοῦτον προάγων —— Κωνστάντιος, iisdem plane verbis legantur. "*Quis enim,*" inquit Strothius, "*in una unius operis editione Eusebium eadem bis iisdem verbis narrasse putet?*" Ac statim ita pergit : "*Quum igitur hoc additamentum non solum sit Eusebii, sed etiam pars historiæ ecclesiasticæ, ac ea quidem ita composita, ut initium ejus fini libri viii. jungi debeat ; quum similiter initium libri ix. prout nunc exstat, huic eidem fini ita conveniens sit, ut statim post illum sequi debeat ; quum igitur hoc additamentum neque cum nostro libri ix. principio, neque cum capite xiii. lib. viii. in una eademque editione simul constare possit, in aprico positum videtur, duas diversas fuisse historiæ ecclesiasticæ editiones ab ipso Eusebio*

profectas, in quarum altera multa essent mutata, ac alio loco posita." Denique ad sententiam hanc fulciendam accedere monet Strothius duorum capitum 6. et 7. libri vi. transpositionem, quæ apud Rufinum aptius post caput 3. leguntur, cum tamen vix credi possit, eum ordinem a Rufino consilio esse mutatum. Hinc ita finem disputationi suæ imponit V. D.: "*Rufinum igitur prioris editionis exemplo usum esse, nostra vero exemplaria Græca plerumque posteriorem sequi, ita tamen, ut in iis haud pauca sint ex utraque conflata, statuendum est. Noster vero textus vix mille annorum ætatem superare videtur, quum ii quibus usi sumus codices omnes ex uno eodemque manasse videntur eo tempore, quum jam satis diversa essent exemplaria, ac utriusque recensionis circumferrentur, ut ex eo patet, quod in omnibus similiter additamento de quo supra diximus præfixa sunt ista verba* τὸ ὡς λεῖπον ἔν τισιν ἀντιγράφοις ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ. *Ex quo conficitur, jam in eo exemplo ex quo cuncta nostra sunt exscripta lecta esse hæc verba, atque adeo illud ipsum, quod nostrorum codicum archetypum appellare possumus, mixto jam textu, diversisque existentibus exemplaribus, scriptum esse. Ex nostrorum igitur codicum collatione, nihil præter veritatem hujus archetypi assequi, neque ultra eam ad ipsum genuinum Eusebii textum, nisi in subsidium vocato Rufino assurgere possumus, cujus tamen auctoritas sæpe lubrica, neque sine magna cautione adhibenda.*" Conf. Stroth. *deutsche Uebersetzung des Eusebius* t. ii. p. 99. not. 6. p. 137. not. 6. Verum enim vero ista omnia minime probare puto, quæ V. D. probare voluit. Primum enim librum x. historiæ ecclesiasticæ diu post reliquos quasi singularem esse additum et fuisse exemplaria ante hoc tempus quæ novem modo libros continerent, minime demonstravit Stroth. Neque enim genus dicendi in hoc libro v. ab eo qui est in reliquis novem, magnopere diversum equidem potui deprehendere, et quamvis sit, totum hoc esse multo magis lubricum et anceps quam ut illud quod Strothius inde concludi voluit, tuto possit concludi, facile appareat. De προσφωνήσει vero Paulino facta, si recte interpreteris vocem ἐπιγράφειν, plane non est sermo. Sed fac decimum librum vere serius addidisse Eusebium. Num inde, quæso, sequitur, eum totum opus mutasse, quod si mutasset, altera editio videri deberet? Nonne illum librum poterat addere et neque in eo neque in reliquis antea vulgatis quidquam

mutare Eusebius? Similiter nihil efficitur eo, quod nonnulla eorum quæ in supplemento libri viii. quod inscribitur Τὸ ὡς λεῖπον —— λόγῳ, inveniuntur quæ Eusebius jam retulerat lib. viii. cap. 13., cum facile possit intelligi, quid ei repetendi opportunitatem et quasi ansam dederit. Cum enim ab initio hujus supplementi commemorasset Eusebius, qualem vitæ exitum habuisset Galerius propter atrocissimam suam Christianorum persecutionem, haud alienum ei videbatur, haud dubie quo providentiæ divinæ rebus Christianorum tam egregie consulentis vim et efficaciam lectoribus suis magis significaret, qualem vitæ finem habuerint Galerii in regnando κοινωνοὶ, addere. Jam quamvis de Constantio et Constantino suo loco jam egisset, tamen quomodo Diocletianus et Maximianus vita decessissent, viii. 13. nondum dixerat, sed eorum tantum abdicationem et vitæ privatæ statum memoraverat, id quod in ipso supplemento additur. Sed cum semel dirum illorum vitæ exitum exposuisset Eusebius, non poterat non certe iterum convertere legentium animos ad Constantium et Constantinum, quamvis minime opus esset, quod etiam placuit Eusebio, verbo tenus fere illud repetere, et ut viii. 13. ita h. l. Constantium summis efferre laudibus. Cf. viii. 13. Annot. p. 691. Nam haud elegantem esse certe illam quam Eusebius h. l. instituit, rei repetitionem et ἀνακεφαλαίωσιν, nemo non videbit. Cf. quæ præeunte Hemsterhuisio de simili suspecta sed longe tolerabiliori repetitione in fine Lucianei dialogi qui Charon inscribitur, judicat Lehmannus p. 70. not. 81.: "*quemadmodum omnino strigosus argumenti index, cuicunque libro additus, nihil habet elegantiæ, veteribusque nunquam facile in usu fuit, ita imprimis Dialogi summam in fine frigidis verbis repetere, putidi profecto scriptoris est, quique magis inelegantioris ætatis Grammaticum vel Scholiasten, quam Lucianum, mellis Attici plenissimum, æquat.*" Dorville *ad Chariton.* p. 462. init. Similiter autem Eusebius in præparat. evangel. ii. procem. p. 43. sq. edit. Viger. satis longam et iisdem verbis repetit periodum qua lib. i. præparationis evangelicæ finiverat.

Sed ob hanc ipsam causam cur Rufinus illud supplementum non habeat, non difficilius poterit perspici quam quod ille alio et aptiori sane loco posuit caput 6. et 7. libri vi. Cur enim

non possimus existimare, *cum ordinem non minus consilio esse a Rufino mutatum*, quam illa ei esse omissa et multa alia mutata, cum quanta fuerit licentia in Eusebio versatus Rufinus, ipse Stroth. agnoscat? Cf. Valesius *ad Euseb. H. E.* vi. 11. p. 441. sq. vii. 13. p. 574. vii. 32. p. 639. et nos in *Excurs.* x. p. 944. 949. Neque vero probare possum, quod Strothius cap. 6. et 7. libri vi. uncinis inclusit, quia longe facilior est conjectura Valesii, Eusebium non ultimam manum admovisse operi suo, ideoque Clementem commemorasse, ubi Origenes erat commemorandus. Cf. Vales. *ad Euseb. H. E.* vi. 6. p. 435. sq. Hoc cum bene vidisset Rufinus, neque vellet in vertenda historia Eusebiana prorsus se adstringere vel materiæ vel formæ ab Eusebio delectæ, mutavit capitum illorum ordinem non minus quam supplementum illud omisit. Falsa tamen est aperte, si quid video, lectio cap. 6. παῖδα ὄντα, et probabiliter orta eorum male sedulo studio, qui ea audacia nolentes Eusebium emendare qua Rufinus, satis habuerunt mutare textum, quo si non ineptus capitum ordo, certe vitaretur illud, ne idem Eusebius, qui antea libro vi, multa jam dixerat de Origene *magistro*, hoc ipso libro c. 6. Origenem simpliciter et sine accuratiore notatione Clementis *discipulum* vocaret. Inde igitur natum παῖδα ὄντα, quod tamen ipsum cap. 6. 7. esse alieno loco, minime confirmat, ut censet Strothius ad vi. 6. Ceterum sententiæ Valesii ac nostræ favet Kestner. *de Euseb. auct. et fide dipl.* p. 77. §. 66. "*Et quis est qui Nostrum ultimam manum operi suo non apposuisse mecum persuasus sit, quin illa etiam vitia libenter ei ignoscat?*" Et ibid. p. 78. sq. not. 188. postquam varias attulit rationes unde hoc fieri possit certius, de quibus vide quæ disputavimus ad vii. 21. p. 581., hæc addit V. D.: "*Sed poteris dicere, ea fortasse, quæ Eusebii historiam pro opere omnibus numeris absoluto nos nunc non habere sinunt, a serioribus quibusdam falsariis profecta atque operi illius omnimodis perfecto intrusa esse! At fortasse etiam et quidem certius fortasse illa Eusebio imputare licet, præsertim cum mortem ei priusquam opus,* (*auctore jam senescente demum confectum cf. supra* §. 20–22.), *secunda manu perpoliret, intervenisse admodum probabile sit. Quare illos etiam non timeo, qui Strothium duas ab ipso Eus. operis sui editiones in præfatione sua ad Eusebii H. E. evicisse, mihi objicient. Perpauca illa*

enim, quæ Stroth. de hac re protulit, argumenta, nostram magis quam illius sententiam probare, quisque videbit." Certe nunc, postquam hoc ultimum quod Kestnerus simpliciter sumpsit, non ostendit, ostendere studui, plures Valesii conjecturam de Eusebii historia eccles. non prorsus limata quam Strothii de duabus illius editionibus opinionem nacturam esse fautores spero.

EXCURSUS XVI.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. X. 4. p. 695. ext.

Καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν οἱ θεομισεῖς, ὅτι μηδὲ ἦσαν. Recte quidem Valesius ad h. l. comparavit locum Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. vii. 23., neque illum imitatum esse Eusebium nego, sed quod idem Valesius credidisse videtur, eandem esse utriusque loci rationem, hoc ne credant alii, juvat quædam hac occasione data accuratius edisserere. Facile autem intelligitur quæri potissimum, quo sensu a Dionysio vii. 23. et ab Eusebio x. 4. dictum sit verbum εἶναι. Atque hoc quærenti respondendum est, a neutro plane eodem modo verbum εἶναι dictum esse. Nam vii. 23. εἶναι nihil significat nisi "*esse*," et nihil dicit Dionysius verbis ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν· ὁ δέ ἔστιν ὁμοίως ὥσπερ ἦν, nisi hoc: "Macrianus qui contra jus fasque imperium sibi arrogaverat, nunc non amplius *est*. scil. rex (quod ex præcedenti τῆς βασιλείας repetendum), quia nunquam vere et recte rex *erat*, Gallienus autem rex *est* adhuc similiter ac rex *erat* scil. recte et vere." Cf. verba quæ ab initio cap. xxiii. leguntur: παλαιὸς ἅμα βασιλεὺς καὶ νέος, πρῶτος ὢν (scilicet ut per se intelligitur, βασιλεὺς) καὶ μετ' ἐκείνους παρών. Hinc non recte vertisse dixi ad vii. 23. p. 595. verba illa ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, *etc.* Strothium: "*So ist auch Macrianus jetzt nichts mehr, wie er denn auch vorher nichts war.*" Melius interpretatus est Valesius: "ita Macrianus — ipse quidem *jam non est*, quippe nec antea *erat:* Gallienus

vero *sui similis, idemque qui prius manet.*" In eo tantum lapsus est Vales. quod vertit: "*sui similis, idemque qui prius manet,*" quamvis ipse recte scripserit cum Nicephoro, et post eum Strothius ὁμοίως, non ὅμοιος, ut legit male Stephanus. Nam totus loci contextus docet ὁμοίως scribendum et ad hoc βασιλεὺς cogitando supplendum esse. Itaque vertere debebat Valesius potius: "Gallienus vero *similiter* est rex," et deinde: "*quemadmodum* antea erat" ὥσπερ ἦν.

Sed ut jam ad Euseb. H. E. x. 4. accedamus, ibi equidem verbum εἶναι potius improprio sensu ab Eusebio dictum et verba illa καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν οἱ θεομισεῖς, ὅτι μηδὲ ἦσαν hanc sententiam præbere existimo: "Et nunc illi quidem Deo invisi (justa Dei pœna) sunt infelices et perditi, quia neque antea (recta et honesta ratione) ipsi erant felices." Age vero ut hanc nostram illorum verborum interpretationem veram esse ostendamus, primum εἶναι posse dici ex linguæ usu eos qui sunt felices et beati, οὐκ εἶναι qui sunt infelices s. perditi, multis locis potest ostendi, et maxime tragicos Græcorum ita loqui constat. Vid. Euripid. Hecub. v. 279. sqq., ubi ita loquitur Hecuba:

οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,
οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι,
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Quo loco ἦν ποτ' esse idem quod εὖ ἔπραττον et οὐκ εἴμ' ἔτι idem quod οὐκ ἔτι εὖ πράττω, quivis videt. Eodem modo εἶναι legitur in eadem Euripid. Hecub. v. 671. ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ' εἰμὶ δή. Et v. 657., ubi ut hoc in transcursu moneam, rectius interpungendum puto: δέσποιν', ὄλωλας, οὐκέτ' εἶ, βλέπουσα φῶς pro vulgato: οὐκέτ' εἶ βλέπουσα φῶς. Nam illa interpunctione adscita sententia existit longe gravior et magis poëtica hæc: "non amplius vere vivis i. e. priorem lætam vitam vivis, quamvis adhuc solem videas et spiritum ducas, quamvis adhuc vivere videare." Cf. Euripid. Orest. v. 191. ὀλόμεθ' ἰσονέκυες, ὀλόμεθα. Ibid. v. 376. οὐ γὰρ ζῶ κακοῖς, φάος δ' ὁρῶ. Ibid. v. 1018. sqq.

ΗΛ. καὶ πῶς σιωπῶ; φέγγος εἰσορᾶν θεοῦ
τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.

ΟΡ. σὺ μή μ' ἀπόκτειν'. ἅλις ὑπ' Ἀργείας χερὸς
τέθνηχ' ὁ τλήμων· τὰ δὲ παρόντ' ἔα κακά.
ΗΛ. ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου
θανάτου δ' ἀώρου! ζῆν ἐχρῆν σ', ὅτ' οὐκέτ' εἶ.
ΟΡ. μὴ πρὸς θεῶν μοι περιβάλῃς ἀνανδρίαν,
ἐς δάκρυα πορθμεύουσ' ὑπόμνησιν κακῶν.

Præterea cf. Euripid. Hippolyt. v. 357. οὐκέτ' εἴμ' ἐγώ. Sophocl. Antig. v. 1282. Trachin. v. 161. ὡς ἔτ' οὐκ ὢν = ὡς τεθνηξόμενος. Scriptor tragœd. Χριστὸς πάσχων v. 369. sqq.

——— ἀπαλλαγήσομαι
βίου θανοῦσα, χαίρετ'· οὐκέτ' εἴμ' ἐγώ.

Valckenar. *ad Eurip. Hippol.* v. 821. 1 Thessalon. i. 8. ὅτι νῦν ζῶμεν, i. e. nunc vitam vitalem, beatam vivimus. 1 Timoth. v. 6. Euseb. H. E. i. 2. p. 16. Annot. p. 11. V. C. i. 13. 26. Kuinœl. *ad Luc.* xv. 24. Neque aliter legitur in Jerem. xxxi. 15. כִּי אֵינֶנּוּ id est: "nam de eorum vitæ felicitate actum est, siquidem in servitutem abducti sunt." Cf. v. 16. 17. Lutherus bene: "*denn es ist aus mit ihnen.*" Adde Mtth. ii. 18., ubi ille locus Jeremiæ ad aliam rem transfertur, et improprium verbi εἶναι usum certe non minus debebant tangere interpretes ut Paulus *Commentar über das N. T.* t. i. p. 224., et Kuinœl. *Commentar ad* h. l. p. 40. ed. iii., quam laudare locus ubi οὐκ et οὐκέτ' εἶναι proprio sensu de *mortuis* legitur, ut Thucyd. ii. 42. οἱ οὐκ ὄντες. Alciphron. epist. i. 10. οὐκ ἔτι ὄντες. Sophocl. Trachin. v. 164. cf. Eurip. Alcest. v. 334. v. 399. οὐκ ἔτ' οὖσαν. v. 407. v. 409. Genes. xlii. 36. אֵינֶנּוּ non amplius est, i. e. mortuus est Gataker. *de Stylo N. T.* c. xxix. p. 117. Nam quamvis apud Matthæum οὐκ εἰσὶ de infantibus ab Herode mactatis dictum proprie accipiendum sit, tamen in Jeremia illud non habet locum. Cf. Rom. iv. 17. 1 Corinth. i. 28. Kuinœl. *ad Actor.* xvii. 28. Valckenar. *ad Eur. Phœniss.* v. 1349. p. 453. Fritszsche iv. evangg. i. p. 97. Neque apud Euseb. H. E. x. 9. dubito non solum quin οὐκέτ' ἦσαν sola sit vera lectio (cf. Vales. ad h. l. p. 849. sq.), sed etiam improprio sensu illud ibi dictum esse posse persuasum habeo. Nam non repugnant vel antecedentia vel sequentia οὐδὲ μέχρις ὀνόματος μνημονευόμενοι· γραφαί τε αὐτῶν καὶ τιμαὶ τὴν ἀξίαν αἰσχύνην ἀπε-

λάμβανον. Καὶ ἃ—Λικίννιος, ταῦτα ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἔπασχεν etc. Quamquam si quis ibi *οὐκέτ' ἦσαν* de interitu tyrannorum interpretari malit, non valde repugnabo ut x. 8. *τῶν κατ' ἀγροὺς μηκέτ' ὄντων ἀνθρώπων* sunt *οἱ πάλαι κατοιχόμενοι* qui non amplius erant superstites. Similiter Latini *esse* pro vivere, *non esse* pro mortuum esse dicunt. Vid. Cic. ad famill. vi. 3. ext. Sed hoc affirmare recte mihi posse videor, x. 9. post *οὐκέτ' ἦσαν* male omisisse Valesium et Strothium comma. Valesio tamen fortasse hoc non potest vitio dari, cum recte verterit *οὐκέτ' ἦσαν, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος μνημονευόμενοι*: "*perierunt funditus ac* ne nominis quidem eorum memoria permansit." Inde enim patere videtur, eum minime conjunxisse *οὐκέτ' ἦσαν* cum verbis *οὐδὲ μέχρις ὀνόματος μνημονευόμενοι.* Sed Strothium non excusari posse puto, qui verterit: "*Denn plötzlich—wurde derer auch nicht einmal dem Namen nach mehr gedacht.*" Quasi *οὐκέτ' ἦσαν μνημονευόμενοι* sint jungenda! Sed vel variæ lectiones quamvis reprobandæ (cf. Vales. ad h. l. p. 849. sq.) quomodo Eusebius sit rectius interpretandus, significant. Hinc bene Zimmermannus post *ἦσαν* comma dedit, quamvis lectores de eo deberet quoque monere, eumque ipse in eo sequendum putavi.

Sed ostendum nobis nunc est, in Eusebii loco de quo agimus, *εἶναι* etiam *debere* improprio sensu accipi. Atque illud tum per se potest intelligi tum ex totius loci oratione contexta. De illo, si qualicunque alia ratione interpretari velis verba Eusebii, per se hoc non posse fieri videbis. Nam si tum *εἰσὶν* tum *ἦσαν* proprie dicta esse putes, sententia prodit absurda hæc: "et illi quidem nunc non existunt s. vivunt, quia neque antea existebant s. vivebant." Hæc quomodo, quæso, cohærent? et quomodo dicere potuisset Eusebius illos *θεομάχους* et *θεομισεῖς* homines neque antea exstitisse s. vixisse? Itaque non recte vertit Vales.: "Itaque illi Deo invisi, nunc amplius non *sunt*, quando ne tum (?) quidem *erant*." Nisi forte ipsum Latinum "esse" improprie dictum esse V. D. voluit. Sed non minus ineptæ prodeunt sententiæ, si aut *εἰσὶν* improprie et *ἦσαν* proprie, aut *εἰσὶν* proprie, *ἦσαν* improprie accipere velis. Nam si illud, diceret Eusebius: "illi quidem Deo invisi nunc non sunt felices, quia neque antea vivebant," si hoc, sententia

esset hæc: "illi quidem Deo invisi nunc non vivunt, quia neque antea felices erant." Quas duas sententias esse perversissimas, monuisse satis habeo. Itaque vel nunc nihil restat nisi ut tum *εἰσὶν* tum *ἦσαν* improprie accipiamus. Sed hoc fieri debere, quamvis per se reliquæ interpretationes non essent ineptæ, tamen luculentissime doceret tota loci contexta oratio. Nam Eusebius tum in antecedentibus tum sequentibus loquitur de magna hominum Dei legibus reluctantium calamitate. Cf. antecedentia verba: *ἐπειδὴ—ὁ μέγας ποιμὴν, τοὺς θῆρας καὶ τοὺς λύκους καὶ πᾶν ἀπηνὲς καὶ ἄγριον γένος ἀποσοβήσας, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων ᾗ φησὶ τὰ θεῖα λόγια συντρίψας, τοῦ καταισχύναι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν, καὶ ὡς ἂν ἔλεγχον ταῖς θεομάχοις τῶν ἀσεβῶν προαγάγοι τόλμαις.* Neque tamen ex his plena vis verborum *καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν, etc.* adhuc cognoscitur. Nam nondum inde apparet Eusebium dicere velle illos *θεομισεῖς* nunc esse infelices "justa Dei pœna" quia neque antea ipsi erant felices, "recta et honesta ratione." Hæc vero Eusebium sibi simul velle, ipse supra significavi verba illa "justa Dei pœna" et "recta et honesta ratione" uncis inclusa addendo. Quidni enim tum per se tum propter antecedentia hæc tantum significare potuerit Eusebius: "illi quidem Deo invisi nunc non sunt felices, quia neque antea erant?" Significaret deinde simpliciter Eusebius non esse mirum illos truces et atroces tyrannos eo tempore quo scribebat, esse miseros, cum vel antea miseri fuissent, neque facile ex miseriis emergere eum qui semel iis sit immersus. Sed accuratius consideranti sequentia verba quibus usus est Eusebius, patebit eum paulo alium sibi cogitasse calamitatis prioris et serioris in quam inciderunt illi *θεόμαχοι*, nexum et conjunctionem. Sequens enim *ταράξαντες* luculenter docere puto, Eusebium propterea negare *antea* illos *θεομισεῖς* fuisse felices, quod omnem suam felicitatem male quærerent in aliorum hominum felicitate turbanda eorumque fortuna evertenda. Simul vero verbo *ταράξαντες* bene addidit *ταραχθέντες* Eusebius, apta et concinna brevitate declarans illud Silii Ital. ii. 499.

—— quantum *terrent*, tantum *metuentia* regna,

et adumbratam nonnisi illorum felicitatem esse potuisse, *ex rei ipsius natura* sequi significans. Cf. Seneca de clementia i.

7, 2. ed. Ruhkopf. Crudele regnum, turbidum, tenebrisque obscurum est, *inter trementes et ad repentinum sonitum expavescentes, nec eo quidem qui omnia turbat, inconcusso.* Senec. Œdip. v. 705. Qui sceptro duro sævus imperio regit *timet timentes, metus in auctorem redit.* De voce *ταράσσειν* simul vid. Kuinœl. *Commentar. ad Matth.* ii. 3. p. 24. sq. ed. iii. Sed neque illud noster tacuit, Deum omnis injustitiæ ultorem ac vindicem effecisse, ut *serius* illos scelerum suorum pœna assequeretur. Nam *εἶθ' ὑποσχόντες*, inquit, *τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτοὺς καὶ οἴκους, ἄρδην ἀναστάτους κατέστησαν,* quæ bene vertit Valesius : " pœnas deinde gravissimas *divinæ* justitiæ persolventes, semet ipsos cum amicis et omni familia funditus everterunt." Illud tamen tenendum erit *ἀναστάτους κατέστησαν* non ad vitæ sed potius ad opum et fortunæ ruinam esse referendum, qua omnis pestifera vis illorum nefariorum hominum reprimebatur et comprimebatur. Nam explicantur ut illis *ὑποσχόντες—δίκῃ* ita illo *ἀναστάτους κατέστησαν* præcedentia *καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσίν,* quæ non posse proprie accipi, vidimus. Præterea sponte sua hoc intelligitur. Nam quamvis concedere velimus *ἑαυτοὺς ἀναστάτους κατέστησαν*, dicere proprio sensu potuisse Eusebium, ita ut illos homines sibimet ipsis vitam eripuisse cogitandum sit, tamen amicos etiam et familias suas ita omnes illos *ἀναστάτους* fecisse, vix dicere ille poterat, ut taceam, minime hoc tanquam justitiæ divinæ opus prædicare potuisse Eusebium, quod illi homines se, amicos et familias suas hoc modo *ἀναστάτους* fecissent. Neque vero repugnat nobis illud quod Eusebius in sequentibus plures psalmorum locos attulit, quos *ἐπαληθεύειν* putat illam magnam hominum nefariorum qui Christianos tantopere vexaverant, calamitatem. Nam in omnibus illorum psalmorum vere sermo est nonnisi de summa improborum miseria, non de ipsa eorum vitæ jactura et illa "*τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς καρδίαν αὐτῶν*" בְּלִבָּם לִטְבוֹחַ יִשְׁרֵי־דָרֶךְ׃ חַרְבָּם תָּבוֹא (Psalm xxxvii. 14, 15.), facile aut simpliciter simul laudare neque inde quidquam colligi velle, aut improprie interpretari noster potuit. Itaque his disputatis ipsam interpretationem nostram verborum Eusebii *καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν οἱ θεομισεῖς, ὅτι μηδὲ ἦσαν* solam esse veram

ostendisse mihi videor et Eusebius propterea nunc ipsius Dei justitia in miseriam conjectos esse homines truculentos et sævos dixit et recte dicere poterat, quod illi neque antea veram et honestam felicitatem quæsiverant (*ταράξαντες*), unde pœnas divinas neque solum ea mala quæ sua ipsorum improbitas iis afferebat (*ταραχθέντες*) seu pœnas naturales illos nunc sequi, erat consentaneum. Ceterum satis placuisse sibi videtur noster in imitanda illa loquendi ratione qua usus erat ante eum Dionysius Alexandrinus. Nam in oratione de laudibus Constantini c. vii. extr. de Constantino loquens Eusebius: *ὃν δὴ*, inquit, *νικητὴν παντὸς τοῦ τῶν πολεμίων ἀπέφηνε γένους, ἕνα κατὰ πολλῶν ἐγείρας.* Et statim addit: *οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρίοι, πολλοί τε πολλῶν ἅτε δαιμόνων φίλοι· μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἦσαν, ὅθεν οὐδ' εἰσίν· ὁ δ' ἐξ ἑνὸς εἷς βασιλεύς, εἰκὼν ἑνὸς τοῦ παμβασιλέως.* Ubi imitari similiter voluisse nostrum Dionysium Alexandrinum laudato loco Euseb. H. E. vii. 23. recte animadvertit jam Valesius qui recte quoque vertisse videtur illa verba *μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἦσαν, ὅθεν οὐδ' εἰσίν*: "Immo vero nihil erant, ideoque in præsentia nihil sunt." Nam hoc loco *ἦσαν* et *εἰσὶν* proprie dicta esse, sponte apparet. Sed *οὐδὲν* proprie accipiendum sit, nec ne, hoc certe prima specie dubium videri potest. Utrumque enim videtur fieri posse. Quodsi prius statuas, respexisse censendus erit Eusebius illud quod ante dixerat, *οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρίοι, πολλοί τε πολλῶν ἅτε δαιμόνων φίλοι*, ita ut hoc quasi corrigens deinde statim neget dici posse eos numerum quendam constituisse, unde nec nunc quendam constituant. Contra si improprie malis dictum esse *οὐδὲν* ab Eusebio, optime convenient sequentia *ὁ δὲ ἐξ ἑνὸς εἷς βασιλεύς, εἰκὼν ἑνὸς τοῦ παμβασιλέως·* præcedentia vero certe non repugnabunt et sententia loci hæc est: "Nam illi quidem erant innumerabiles, multique utpote multorum dæmonum amici (ita vertit Vales.: *οἱ μὲν γὰρ ἦσαν——φίλοι*). Imo vero homines erant *nihili*, unde neque nunc sunt *aliquid*, hic vero, unus ex uno imperator, unius Dei summi omnium imperatoris gerit effigiem." Et apprime conveniunt quoque sequentia: *Καὶ οἱ μὲν, ἀθέῳ ψυχῇ τοὺς εὐσεβεῖς ἄνδρας μιαιφόνοις ἀνῄρουν σφαγαῖς, ὁ δὲ, τὸν αὐτοῦ σωτῆρα μιμούμενος, καὶ μόνον σώζειν εἰδὼς, καὶ τοὺς ἀθέους ἔσωζεν, εὐσεβεῖν διδάσκων, etc.* Itaque *οὐδὲν* improprie dixisse Eusebium hoc loco, longe mihi videtur

probabilius. Vide Eurip. Iphig. A. v. 351. ὡς δ' εἰς Αὖλιν ἦλθες, οὐδὲν ἦσθ'. cf. v. 934. Valckenar. *ad Eurip. Phœniss.* p. 227. Hoogeven. *ad Viger.* p. 152. Hermann. *ad Viger.* p. 731. Neque in voce *εἶναι etc.* similiter non lusit noster in eadem orat. de laudib. Constantin. c. xvi. quem locum ut melius possit de eo judicari, integrum adscribimus: *τοσούτων ἐναργῶν ἀποδείξεων, τὴν μετὰ τὸν θάνατον ἀρετήν τε καὶ δύναμιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πιστουμένων, τίς οὕτω σιδήριος τὴν ψυχὴν, ὡς μὴ συμμαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ ζωὴν ὁμολογεῖν; ζώντων γὰρ, ἀλλ' οὐ νεκρῶν τὰ κατορθώματα, ὄψεις τε ἀδήλων φασὶν εἶναι τὰ φαινόμενα. Αὐτίκα γοῦν χθὲς καὶ πρώην θεομάχων ——βίον ἐκύκα, ἦγε τε καὶ ἀπῆγε, καὶ πολλὰ ἴσχυεν. Ἐπεὶ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη, κεῖτο δὴ κατὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς, σκυβάλων ἐκβλητότερον, ἄπνουν, ἀκίνητον, ἄναυδον καὶ οὐκ ἔτ' αὐτῶν λόγος οὐδεὶς, οὐ μνήμη· φύσις γὰρ αὕτη νεκρῶν· καὶ ὁ μηκέτ' ὢν, οὐδεὶς ἐστίν* (i. e. qui e vita sublatus est, nihil est)· *ὁ δὲ μηδεὶς ὢν πράξειέ τι;* Pergit autem Eusebius in Christi gratiam sane nescio quo modo illa argumentatione utens: *ὁ δ' ἐνεργῶν καὶ πράττων καὶ πλείονα τῶν ζώντων δυνάμενος, πῶς ἂν ὑποληφθείη μὴ ὤν; Εἰ δ' ἀφανὴς εἴη σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον·——ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τὰ τοιάδε πέφυκεν ἐπινοεῖσθαι· διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος τὴν ἀφανῆ δύναμιν αὐτοῦ προσήκοι ἂν ἐκ τῶν ἔργων ἐπισκοπεῖν, καὶ διακρίνειν· εἴτε χρὴ ζῶντος ὁμολογεῖν τὰ εἰσέτι δεῦρο πρὸς αὐτοῦ κατορθούμενα· εἴτε καὶ μὴ ὄντος εἶναι λέγειν· ἢ μωρὸν καὶ ἀσύστατον τὸ ἐρώτημα· τὸν γὰρ μὴ ὄντα πῶς ἄν τις εὐλόγως εἶναι εἴποι; εἴγε τὸ μὴ ὂν πάσαις ψήφοις ἀποπέφανται, οὐδὲ δύνασθαί τι οὐδ' ἐνεργεῖν, οὐδὲ πράττειν· αὕτη γὰρ φύσις ζώντων, νεκρῶν δὲ ἡ ἐναντία.* Denique ut hoc in transcursu addam, locum Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. vii. 23. inde a verbis: *Ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας* usque ad *προανατείλας* si non imitatus est, certe respexit Chrysostom. tom. ii. p. 23. B. ed. Montefalc. ubi hæc leguntur: *ὥσπερ νεφέλη* (cf. quæ annotavi Annot. p. 594.) *τὶς πυκνὴ γενομένη καὶ τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα ὑπεκδραμοῦσα* (Savilius cum nonnullis MSS. *ὑποδραμοῦσα*), *ἀποστρέφει τὴν αὐγὴν εἰς τοὐπίσω· οὕτω δὴ καὶ ἀθυμίας νέφος, ἐπειδὰν στῇ πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας, οὐκ ἀφίησιν εὔκολον γενέσθαι τὴν τοῦ λόγου διάβασιν, ἀλλ' ἀποπνίγει, καὶ συνέχει μετὰ πολλῆς τῆς ἀνάγκης ἔνδον αὐτόν.* Cf. ibid. C. *ἀλλ' ἐννοήσας*

ὅτι οὐκ ἀντιφράττει μόνον νεφέλης φύσις τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν τῆς ἀκτῖνος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον αὐτὴ πάσχει πολλάκις· ἐπειδὰν γὰρ ὁ ἥλιος θερμότερος προσπεσὼν διηνεκῶς τρίβῃ τὸ νέφος, μέσον τε αὐτὸ διέρρηξε πολλάκις, καὶ ἀθρόον ἐκλάμψας φαιδρὸς ταῖς τῶν ὁρώντων προσέπεσεν ὄψεσι *etc.*

Sed ut ad nostrum locum redeamus, animadvertant velim postremo lectores docti insignem usum vocis στήλη. Dixit enim Eusebius ὡς τὰς πάλαι στήλαις ἱεραῖς καταγραφείσας προρρήσεις ἔργοις πιστὰς ὁμολογεῖσθαι. De quo loco recte jam Kestner. *de Euseb. auctor. et fide diplomat.* p. 76. not. 184.: "*Ne vero,* inquit, στήλας *ubique statuas* (vel cippos. vid. Euseb. H. E. ii. 12. Annot. p. 87. ii. 23. Annot. p. 122.) *significare putes* (cf. Euseb. H. E. ix. 7. init. ubi edicta commemorantur στήλαις ἐντυπωμένα χαλκαῖς atque ibid. paulo post ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης et Passow. *Lexic.* s. v. στήλη n. 5.), *apud Eusebium, scias,* στήλας ἱερὰς *libros sacros aliquando denotare. cf. H. E.* x. 4." Recte quidem. Sed paucis iis quæ Kestnerus monuit, adjicere quædam haud abs re fuerit. Quare conferas velim infra verba: Καὶ τάδε μὲν λόγοις πάλαι προθεσπισθέντα, βίβλοις ἱεραῖς καταβέβλητο. ix. 9. τὰ πάλαι ἀπιστούμενα—ἐν ἱεραῖς βίβλοις ἐστηλιτευμένα. Quid vero moverit Eusebium, ut libros στήλας appellaret, vide ipsum declarantem x. 2. p. 683. verbis: ὧν οὐκ ἀπὸ τρόπου γίνοιτ' ἂν—ὥσπερ ἐν ἱερᾷ στήλῃ, τῇδε τῇ βίβλῳ, τὰς φωνὰς—ἐγχάραξαι. Putavit igitur Eusebius commodo posse contendi quemcunque librum cum columna s. statua et sigillatim libros sacros cum στήλαις ἱεραῖς. Cf. Chrysostom. tom. ii. p. 3. B. ed. Montef. εἶτα ὁ διδάσκαλος οὐ μόνον ἐπέταξεν ἀλλὰ καὶ γράμμασιν ἐναπέθετο καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ πρὸς αὐτὸν ἐγκολάψας ἐπιστολῇ. Adde Euseb. H. E. v. procem.: ὁ δέ γε τοῦ κατὰ τὸν Θεὸν πολιτεύματος διηγηματικὸς ἡμῖν λόγος, τοὺς—πολέμους, καὶ τοὺς—ἀνδρισαμένους αἰωνίαις ἀναγράψεται στήλαις i. e. immortalibus *litterarum monumentis,* ut recte ibi vertit Valesius, qui vero nostro loco στήλαις ἱεραῖς haud apte vertit: "sacris *tabulis.*" Aut "*libris* sacris" simpliciter, aut "*libris sacris quasi quibusdam statuis*" vertendum erat. Posterioribus vero mentem Eusebii accuratius etiam significari, docet locus supra laudatus x. 2. Eadem est ratio loci Euseb. H. E. viii. 13. init. Τῶν δὲ—μαρτυρησάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων πρῶτος ἡμῖν ἐν εὐσεβῶν στήλαις—ἀναγο-

ρενέσθω μάρτυς—*Ἄνθιμος* i. e.: "Ex præsidibus autem ecclesiarum qui—martyrium perpessi sunt, primus *in his quasi quibusdam statuis in quibus inscribantur pii, in litterarum monumentis* nominetur Anthimus" vel brevius: "in hoc meo quo pii inscribantur libro seu opere." Recte nec h. l. vertit Rufinus: "in *memoriis* piorum" Vales.: "in piorum *tabulis*" et Stroth.: "*bei den Denkmählern, die wir den Gläubigen setzen wollen, soll unter den Vorstehern der Gemeinen—Anthimus als Zeuge des Reichs Christi zuerst von uns genannt werden.*" Porro vid. Euseb. demonstrat. evangel. v. p. 208. ed. Montac. *στήλαις καὶ βίβλοις ἱεραῖς τῶν προφητῶν,* ubi pessime "*titulis*" *στήλαις* vertitur. Locus etiam insignis huc pertinet Cinnami histor. init. *καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις ταῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι.* Cf. Euseb. H. E. x. 2. Contra superius cap. 4. lib. x. p. 691. apud Eusebium *ἐν στήλαις* sine causa vertit Vales.: "in *edictis*," cum ibi commode de statuis possit cogitari. Cf. verba quæ ibi leguntur: *βασιλικοῖς χαρατῆρσι.* Passow. *Lexic.* s. v. *χαρακτὴρ* et nostra p. 811. Similiter non opus esse puto in Gregorii Naz. carm. xiii. edito a Muratorio in anecdd. Græcc. p. 14.

> *Μή ποτε, Μαρτινιανὲ, τεοῖς ἐπὶ χεῖρος ἐνεγκεῖν*
> *Στήλῃ καὶ τύμβῳ, οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς.*

vocabulum *στήλη* aliter quam *cippum* interpretari, quamvis ad h. l. animadverterit Muratorius: "*Columnis* tamen exornari quoque solebant mortuorum monumenta, non ævo solum Nazianzeni, sed etiam Plinii serioris, et Ciceronis, ut is lib. vi. cap. 28. Hist. Nat. hic vero lib. v. Tuscul. et lib. ii. de Legib. (cf. Valesius *ad Euseb. H. E.* ii. 12. p. 87.) scripsere. Imo et de istis sepulcralibus *columnis* mentionem Theocritus facit in Dioscuris prope finem. Hinc Servius in xi. Æn. ait: *Apud majores, nobiles aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus sepeliebantur, unde natum est, ut super cadavera pyramides fierent, aut ingentes collocarentur Columnæ.* Cassiodorus quoque lib. vi. Variar. Epist. 8. in formula Comit. rer. privat. hæc habet: *Ne quis vestita marmoribus sepulcra nudaret, ne quis Columnarum decorem irreligiosa temeritate dimovere præsumeret.* Videndus et C. U. Joannes Vignolius in *Dissert. de Columna Antonini Pii* cap. 4. Patet igitur, cur non semel

harum *Columnarum* Poëta noster mentionem injiciat. Leges etiam nonnullæ codicis Theodosiani, et Paulus in I. sent. tit. de sepulcris, aliique hujus rei fidem faciunt. Tu horum sepulcrorum aliquot ἔκτυπα videas apud Aringhum lib. ii. cap. 10. Romæ subterr." Ipse vero Muratorius in Gregor. carm. xv. στήλην καὶ τάφον vertit *cippum* ac tumulum. Cf. carm. XLIII. p. 41. De statuis in honorem alicujus erectis utitur voce στήλη idem Gregorius Nazianzenus in carm. xiv.

> Ῥώμη, καὶ βασιλῆες ἐμοὶ καὶ πείρατα γαίης
> Στῆλαι Μαρτινιανῷ, τὰς χρόνος οὐ δαμάσει.

Contra sensu improprio de rei alicujus *monumento et teste* in orat. x. de funere Cæsarii fratris Gregorius illud verbum usurpat, cum scribit: omnes orientalis et occidentalis ora et omnes regiones quas postea peragravit, sunt ἐπίσημοι στῆλαι τῆς ἐκείνου παιδεύσεως.

EXCURSUS XVII.

AD

EUSEB. HISTOR. ECCLES. X. 5. p. 713.

Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρεσεῖς—παραφυλάξεως ἀνεκρούοντο. Fateor Valesii interpretationem mihi videri veram, eaque verborum difficultatem et ambiguitatem, quæ Tillemontius, Basnagius, alii prorsus adeo obscura et inexplicabilia esse duxerunt, certe maximam partem tolli, neque utrum σαφῶς sit recta lectio, hoc loco recte posse dubitari existimo. Sed cum ipsum Moshemium in *Commentt. de rebus Christianorum ante C. M.* p. 960. aliter illa verba de quibus agitur, accepisse viderim, ad ea quæ Valesius observavit, nonnulla adjicere haud alienum esse censeo. Moshemius enim illud potius dici illis posterioris hujus imperatorum edicti verbis contendit, *propterea nonnullos Christianorum* (ad hos enim solos referendum esse ἑαυτῶν, τοῖς αὐτοῖς et αὐτῶν recte censet V. D.) *destitisse a libera religionis suæ observantia seu cultu* (cf. paulo

ante verba *τὴν πίστιν φυλάττειν* et inferius *τὴν τῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ θρησκείαν* ubi ad *παραφύλαξιν* subaudiendum *πίστεως*. Strothius bene vertit utroque loco: *von solcher Beobachtung der Religion* et: *die Religion oder Weise* [*θρησκείαν*] *der Christen*, Valesius male simpliciter *observantiam*), *quia ipsi haud disertis verbis essent in edicto priori indicati et nominati, quod tamen evenerat multis aliis sectis.* Inde igitur collegisse nonnullos Christianorum ipsis denegatam esse illam religionis suæ libere exercendæ veniam, et a libero illius cultu abstinuisse. At enim vero huic viri summi interpretationi non solum repugnat, quantum equidem video, ipsa rei ratio, siquidem per se vix potest cogitari, haud nominatim in illo edicto commemoratos esse solos Christianos, verum etiam diserta verba *τοῖς τε Χριστιανοῖς* et *ἐν ᾗ τοῖς αὐτοῖς συνεχωρήθη ἡ τοιαύτη ἐξουσία* prorsus obstant. Fac autem vere haud diserte *Christianorum* nomen in illo edicto fuisse perscriptum, hoc certe dictum fuisse probant verba *ἕκαστον κεκελύκειμεν* —— *φυλάττειν* et *ἐν ᾗ*—*ἡ τοιαύτη ἐξουσία*, ipso consentiente l. l. Moshemio, *omnibus* et nominatim his illisve sectis liberum religionis cultum fuisse concessum. Jam vero quomodo tandem, quæso, propterea credere potuisse nonnullos Christianorum illam veniam sibi denegatam esse, credere potuerint ipsi imperatores, difficile dictu fuerit. Rem vero conficiunt verba a Valesio laudata: *ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι—ἐνείχοντο.* Male enim Moshemius l. l. p. 961. illa verba *ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων* vertit: "*amotis omnibus omnino conditionibus,*" quod *αἵρεσις* hoc loco non magis significare potest, quam superius *πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις* *dubias et controversas sententias,* ut Christophorsonus vertit, quem recte taxavit Valesius qui solus *αἱρέσεις* utroque loco vertit, ut vertendum erat "*sectas.*" Cf. x. 5. p. 720. *τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει.* Contra eadem, ut aiunt, chorda oberravit Strothius *deutsche Uebersetzung des Eusebius* t.ii. p. 108. sq., siquidem utroque loco ubi legitur verbum *αἵρεσις*, vertit: "*Bedingungen,*" et temere l. l. not. 9. reprehendit Valesium, ut qui plura h. l. turpiter peccaverit, neque locum Lactantii de mortt. persecutt. c. XLVIII., qui sane est conferendus sed non postulat aliam explicationem, cognoverit, id quod exinde tamen nullo modo licet colligi, quod Valesius

illum locum non laudavit in sua animadversione ad h. l. Rectius profecto virum vere doctum hoc oblitum esse censendum erit. Neque vero melius verba πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις interpretatus est ex mea sententia Hase *juris ecclesiastici commentt.* partic. i. p. 33. not. 1. "*conditiones, impedimenta.*" Cf. Manso *Leben Constantins des Grossen.* p. 93. Quanquam illud non video, quomodo ex verbis Lactant. de mortt. persecutt. c. XLIII., "*et Christianis et omnibus liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset*" colligere Manso potuerit, in priore edicto vere plenam libertatem religionis nondum fuisse concessam, cum nihil tum ex Lactantio tum Eusebio pateat nisi hoc, quamvis jam antea libertas illa data esset, tamen nonnullos Christianorum ea nondum uti voluisse propterea quod sive αἱρέσεις sive conditiones in priori edicto commemoratæ eos offenderent. Cf. Martini *über die Einführung der Christlichen Religion, als Staats-Religion im Römischen Reiche, durch den Kaiser Constantin.* p. 13. not. 24. Quæ cum ita sint, nulla nisi ea, quam Valesius attulit, interpretatio mihi probatur, neque quidquam aliud significare posse puto nominatim verba ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρεσέων nisi in posteriori edicto disertam mentionem omnium religionis sectarum quæ in priori facta erat, esse omissam, præter Christianorum scilicet. Nam hi disertis verbis commemorati sunt vel in posteriori edicto. Vide verba ὅπως δῶμεν—τοῖς Χριστιανοῖς *etc.* et ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν—τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς δεδωκέναι. Jam vero aliter et a semet ipso desciscens sensum constitutionis exposuit ipse Valesius inferius not. 10. Sed male, ut facile apparere puto. Neque enim video, quomodo ibi dicere potuerit V. D., in priori lege justo benigniorem Constantinum se gerere visum esse in Christianos, quo gentilium invidia excitata fuerit, iniquiorem contra simul non solum in Christianos catholicos sed etiam in Christianorum nonnullos qui a fide catholica descivissent. Certe ex verbis posterioris edicti ἐπεὶ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ——προστεθεῖσθαι σαφῶς nihil potest colligi nisi quod ipse Valesius p. 830. collegit, Christianos eosdemque catholicos diserta multarum ac diversarum religionis sectarum mentione quam prior lex fecerat, fuisse offensos. Contra quomodo secunda lex ita dici possit explicatio primæ,

ut ex illa omnia ea in hac edicta esse pateat, quæ Valesius p. 831. sq. exposuit, me quidem plane fugit. Nam ubi tandem ea quæ de gentilibus et hæreticis Christianis simul V. D. attulit, posterior lex vel tecte significat? Itaque finxit potius, vel, ut ipsius verbis utar, *magno labore expiscatus est*, eodem vero vano et inutili Valesius illum constitutionis sensum, neque aliam præter illam loci explicationem quam ipse Vales. p. 830. attulit, veram esse judicare possum. Sed vel in ea haud leves difficultates inesse videntur. Quomodo enim si credebat Constantinus, propterea fortasse nonnullos ex Christianis religionem suam libere ac palam haud exercuisse, quia diserta illa aliarum quoque religionis sectarum mentione quæ in priori edicto facta erat, idem prorsus illis concedi ferrent ægrius neque eandem certe quam sibimet ipsis libertatem superstitionis Judaicæ et paganæ cultoribus vellent tribui, quomodo, inquam, si hoc crederet imperator, hoc posteriori edicto illam Christianorum nonnullorum invidiam, si qua erat, tolli sibi persuadere poterat? Omisit ille sane in hac secunda lege disertam illam hæreticorum Christianorum, Judæorum et gentilium mentionem quæ in prima facta erat, sed hanc ipsam quam Christianis dedit, prærogativam et qua sane ipsis plus concedi credere illi poterant, nonne plane Constantinus eo iterum illis eripuit, quod in gratiam Christianorum nihil *vere* in hoc posteriori edicto constituit? Nonne enim illud solum cavere studuit vel hoc edicto, ut ne quisquam, qualis tandem cunque ille sit, sibi ademtam opinetur plenam fidei suæ profitendæ libertatem ac potestatem? Non diserte ibi perscripta leguntur: *ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς* Χριστιανοῖς *καὶ τοῖς πᾶσιν ἐλευθέραν αἵρεσιν, τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ ᾗ δ' ἂν βουληθῶσιν κ. λ.* et: *ὅπως μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ᾖ, τοῦ ἀκολουθεῖν καὶ αἱρεῖσθαι τὴν τῶν* Χριστιανῶν *παραφύλαξιν, ἢ θρησκείαν, ἑκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ δίδοναι ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἁρμόζειν νομίζῃ κ. λ.* et: *Ἅτινα τῇ σῇ ἐπιμελείᾳ πληρέστατα δηλῶσαι ἐδογματίσαμεν, ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν καὶ ἀπολελυμένην ἐξουσίαν τοῦ τημελεῖν τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν τοῖς αὐτοῖς* Χριστιανοῖς *δεδωκέναι· ὅπερ ἐπειδὴ ἀπολελυμένως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι, θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις τοῦ μετέρχεσθαι τὴν παρατήρησιν καὶ θρησκείαν ἑαυτῶν,* non denique

volebat illo edicto ostendere imperator, μηδεμιᾷ τιμῇ (divino cultui) μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ aliquid μεμειῶσθαι? Atque his ipsis potissimum ad suam interpretationem sese esse adductum profitetur l. l. Moshemius, et mirum sane est, Valesium in ea non advertisse animum, neque quidquam de iis dixisse, nisi forte ea suspicatus V. D. commotus est, ut alium sensum constitutionis nota p. 831. sq. expiscaretur, quem vero in ea minime inesse superius jam ostendi, id quod simul inde patet, quod adscita hac secunda Valesii interpretatione statuendum est, nullam plane ullius sectæ et nec Christianorum mentionem in posteriori lege factam esse, cum tamen Christiani iterum sint commemorati, ut jam antea monui. Jam vero quamvis hæc ita sint, tamen nullo modo ejusmodi illa esse existimo, quæ interpretationem nostram nos cogant deserere. Primum enim illa certe non repugnat usui loquendi, ut Moshemii et qui eum secutus videtur, Strothii, neque ipsi quam posterius hoc edictum ipsum affert, per verba ἵν' ἀφαιρεθεισῶν κ. λ. explicationi, ideoque ut taceam ea quæ ab initio statim monui, certe minori illa laboraret difficultate. Deinde vero quo magis ista certe minuatur, responderi posse puto hæc. Primum enim sumi possit imperatores vanum, injustum et temerarium esse putavisse illud nonnullorum tantum Christianorum et de quo ne certo quidem constabat (τυχὸν ἴσως τινὲς αὐτῶν—ἀνεκρούοντο), optatum, ut minime omnibus eadem libertate qua Christianis fidem suam profiteri liceret. Quod si, ut par erat, imperatores censebant, consentaneum erat, ut vel novo hoc edicto, quamvis illam suam conjecturam et suspicionem declararent, tamen nullam prorsus haberent illius nonnullorum Christianorum offensionis et quam præterea nonnisi conjectarent, rationem, imo simpliciter et majori quadam gravitate repeterent prius suum decretum, quo ad unam omnibus illa libertas concessa erat, satis habentes tectius taxasse perversam nonnullorum opinionem. Deinde vero justam quandam nobis responsionem haud scio an afferant verba: καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς λοιποῖς εἰς τὸ πρόσωπον τῶν Χριστιανῶν δογματίζομεν κ. λ. Quorum verborum sententia hæc est: Hoc autem præter ea, quæ jam sancivimus in gratiam cujuslibet religionis cultorum, in solorum Christianorum gratiam sancimus *etc.* Nam sine dubio ea quæ sequuntur, in solorum

Christianorum gratiam decreta sunt, et ad eos solos pertinent, neque cum verbis *εἰς τὸ πρόσωπον τῶν Χριστιανῶν* conjungi possunt verba *πρὸς τοῖς λοιποῖς*, quasi in gratiam Christianorum ut antea, ita nunc quoque decernatur. Hinc non satis recte vertit Valesius: "*Hoc autem amplius* (ut priora?) *in gratiam Christianorum decernimus.*" Melius Stroth.: "*Ausserdem haben wir noch, was die Christen besonders betrifft, zu befehlen geruhet.*" Cum igitur pateat, inde a verbis illis *καὶ τοῦτο—δογματίζομεν κ. λ.* in solorum Christianorum gratiam nonnulla sanciri, inde recte conjici posse censeo, imperatores injuriam illam quam Christianis priori edicto fecisse istis et sibi videri poterant, ipsis illis corrigere quasi voluisse ac resarcire, atque ita illa qua nostra loci explicatio adhuc premebatur difficultas, certe satis mihi videtur minui. Quod vero præterea putat Moshemius, verba *τῆς αἱρέσεως ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν* ita quosdam ex Christianis esse interpretatos, *velle imperatores, ut unusquisque sectam et religionem, in qua natus et educatus esset, retineret, neque ad aliam sese religionem conferret*, illud unde hauserit V. D., non satis video. Quamvis enim minime eam inficias, potuisse ita accipere nonnullos verba illa, tamen a posse ad esse, ut aiunt logici, nulla valet consequentia, aperte autem illius rei causam secundum Eusebii interpretem quæsiverunt ipsi imperatores nonnisi in eo, quod multæ ac diversæ sectæ in priori edicto *ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σαφῶς*. Hinc non potest non mihi lapsus videri ipse Planck. *Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* tom. i. p. 233. not. 1., ubi ad Moshemii sententiam accedens hæc scripsit V. D.: "*From this edict of the year* 313., (i. e. ex eo edicto Constantini de quo nunc agimus) *we may gather the contents of the former one of the year* 312., *which has not reached us. By the first, religious liberty was secured not to Christians only, but to all other sects also, with the exception however, that no man should desert the religion in which he was born. But by the second this clause was removed. Cf. Mosheim. Comment.* p. 960. Primum enim ex Eusebio non cognoscimus in priori edicto commemoratam fuisse quandam exceptionem et certe plures, *πολλοὺς καὶ διαφόρους* exceptiones in priori edicto additas fuisse dicendum erat, deinde verba illa *τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φύλαττειν* multo

minus *per se* significare possunt, noluisse imperatores antea adhuc quenquam religionem in qua natus esset, deserere. Ipse enim Moshemius illud tantum affirmavit, malo quosdam fortasse illa verba ita esse interpretatos, Plankius contra etiam illud affirmare videtur, verba illa ita esse interpretanda et vere hanc exceptionem priori edicto adjunxisse imperatores. Sed quomodo isti deinde nihil plane addentes potuerint dicere: *Ἤδη μὲν πάλαι σκοποῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας οὐκ ἀρνητέαν εἶναι——κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν*, non satis apparet, ut taceam satis ambigue et obscure eos deinde illam exceptionem propositurос fuisse, quam eodem jure ita poterant interpretari Christiani, vel religionem in qua quisque natus esset, licere ei deserere. Quodsi quis alii eam concedit veniam, ut liceat ei *τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτοῦ τὴν πίστιν φυλάττειν*, nonne ille poterit facile utrumque sibi persuadere, licere ipsi, utcunque sibi placuerit, vel eam religionem quam adhuc secutus est, diutius et semper sequi vel ad aliam transire? In voce *φυλάττειν* certe quæ per se nihil est nisi *custodire*, *tueri*, minime inest, quod in ea quæsivisse videtur Plankius. Neque *κεκελεύκειμεν* illud significat, quod satis constat sæpissime non de eo dici qui alterum aliquid facere jubet, sed aliquid ei concedit et optat ut faciat, vel argumentis ei persuadet. Cf. Kypkius *ad Luc.* xiv. 22. Valckenar. *ad Euripid. Hippolyt.* v. 921.

Sed quamvis ea quæ adhuc disputavi, vera esse censeam, tamen non possum non afferre in medium conjecturam certe satis, ut mihi videtur, speciósam et probabilem. Quamvis enim Græca illa vox *αἱρέσεις* nullo modo significet *conditiones*, *impedimenta* et similia, tamen satis graves et idoneas adesse puto causas quibus conjicere possimus in textu *Latino* ita fere perscriptum fuisse: *Sed cum multæ ac diversæ conditiones diserte additæ essent*, scilicet sub quibus liceret singulis suam sententiam publice profiteri. Primum enim ut hoc conjiciam, suadet vel illud, quod, sive Valesii ac nostram sive Moshemii verborum *ἐπειδὴ —— ἀνεκρούοντο* explicationem amplectaris, illud negari nequit, paulo obscurius fuisse scripta in illo edicto ipsa illa verba, quæ clara et perspicua esse cum maxime debebant. Contra si illud quod dixi, conjiciamus, verba illa fiunt

facillima intellectu. Quamvis enim illas conditiones ipsas non noverimus, sub quibus solis licere Christianis voluerint imperatores liberam exercendæ religionis suæ potestatem, quia prius edictum illud Constantini non amplius superest, tamen his nec minime impedita fit ipsa sententia et satis verisimile esset illud quod l. l. not. 9. observat Strothius: "*These conditions appear moreover to have still kept the Christians in fear, so that they could not trust the peace, but suspected it of being a mere trick, to lay hold of them with greater ease. On that account many of them could not make up their minds to exercise their religion in a free and open manner.*" Huc accedit quod interpres Eusebianus qui sæpius turpiter lapsus est, hoc quoque loco facile aut non recte intelligere poterat vocem illam *conditiones* eamque idem esse putare, quod Græcum αἱρέσεις, unde hoc ipsum vocabulum pro Latino *conditiones* scripsit, aut quamvis Latinum conditionis vocabulum haud ignoraret, tamen ex arbitrio substituere in ejus locum Græcum αἱρέσεις. Ita similiter inferius: προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπον ἐπάρχῳ, male vertit, ubi de nullo præfecto apud Lactantium l. l. sermo est, sed potius de aliquo *vicario* i. e. compensatione, quam quis possit postulare, et eodem loco verba quæ apud Lactantium leguntur "*si putaverint*" plane omisit. Vid. Stroth. l. l. p. 110. not. 10., qui tamen non recte putat, interpretem apud Lactantium legisse *petiverint* pro *putaverint*, cum αἰτῶσί τι respondeat verbis *aliquid postulent* et verba *si putaverint* plane omiserit potius pessime interpres, quam falso verterit. Vid. Mœller. *de fide Euseb. Cæs.* p. 25. sq. Cf. Coteler. *eccles. Græcæ monumentt.* tom. i. p. 719. Holzhausen. *comment. de fontibus quibus Socrates, Sozomenus ac Theodoretus in scribenda hist. sacr. usi sunt* p. 68. sqq. et Kestner. *de Euseb.* p. 76. sq. Sed maximam probabilitatem conjecturæ nostræ addit illud quod altero loco, ubi legitur vox αἱρέσεων, in illis scilicet ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, apud Lactantium vere legitur: "*amotis omnibus omnino conditionibus.*" Itaque hoc loco illum quem dixi, errorem commisisse interpretem Eusebianum certissimum est, et nihil conjecturæ nostræ firmitati deesset imo conjectura ea esse plane desineret, si initium hujus posterioris edicti et certe pro verbis ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις apud Lac-

tantium legeretur: "*sed cum multæ et diversæ conditiones.*" Illud autem semper tenendum est, quod prorsus neglexerunt Moshemius, Strothius alii, nullo modo *αἱρέσεις* verti posse *conditiones*, nisi secundum hanc conjecturam, et si quæratur quid in illo edicto ex sententia *interpretis Eusebiani* perscriptum fuerit, neque vero, quid imperatores illi vere edixerint, quia in interpretis illius explicatione commodo non possit acquiesci, nullam posse loci explicationem afferri, præter eam quam veræ interpretationis leges non suadent sed postulant. Atque eam quidem esse puto Valesii et nostram eodem modo quo nonnisi adscita illa conjectura omnem loci obscuritatem et difficultatem evanescere censeo.

INDEX I.

LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ AB EUSEBIO ALIISQUE LAUDATORUM ET USURPATORUM.

INDEX II.

FONTIUM QUIBUS IN CONSCRIBENDA HISTORIA ECCLESIASTICA USUS SIT EUSEBIUS.

[Siglam * præfiximus omnibus iis fontibus quos Kestnerus tales fuisse Eusebio negavit, sed, ut nobis visum est, opinionem suam haud probans. Vide quæ monui ad Euseb. H.E. v 27. Annot. p. 417. sq.]

33. : "Quæsitum est quid per hanc [ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν] intelligeretur, et pluribus visum est, traditionem tum ore, tum literis propagatam [tum latiori tum strictiori sensu dictam] adsignari. Sic aliquatenus esse, non in animo nobis est negare. Considerantibus vero genium totamque vitam Eusebii, quæ potius libris evolvendis et excerpendis, rebus dogmaticis scrutandis et dijudicandis, coram imperatore adparendo, precando et declamando, quam rebus minus notis et minus certis e latebris memoriæ humanæ eliciendis et contestandis erat occupata, facile apparebit, potius ea, quæ in aliorum *scriptis*, quam ea, quæ in hominum ore et memoria invenirentur, apud eum esse quærenda. Videbimus etiam pleraque, quæ Eusebius de scriptis antiquissimis Christianis afferat, ex aliis auctoribus esse exscripta." Præterea cf. quæ monui ad iii. 25. An. p. 173. Hug. *Einleitung in das N. T.* t. ii. p. 127. ed. iii. Sed traditionem sensu latiori noster secutus est porro iii. 3. p. 146., ubi Paulo quatuordecim epistolas προδήλους καὶ σαφεῖς assignat, quo satis indicavit, se hoc ex communi ævi sui et prioris sententia certissimum esse credidisse quamvis non tacendum putaverit ὅτι—τινες ἠθετήκασι τὴν πρὸς Ἑβραίους, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας—φήσαντες. —iii. 18. p. 179. in narratione de relegatione Johannis in insulam Patmum sub Domitiano (κατέχει λόγος). Vid. Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* t. ii. p. 117. sqq. cf. Reuterdahl. p. 80. sq.—iii. 32. p. 208. Μετὰ Νέρωνα——κατέχει λόγος ἀνακινηθῆναι διωγμόν. iii. 36. p. 214. de Ignatio: Λόγος δ' ἔχει —ἕνεκεν *etc.*—iii. 37. p. 218. in opinione de miraculorum perpetuitate.—iv. 30. p. 297. in iis quæ de ἑτεροδοξίᾳ Bardesanis affert. Vid. Reuterdahl. p. 65.—v. 10. 11. p. 336. sqq. in iis quæ de Pantæno traduntur. Vid. v. 10. 336. Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα—λόγος ἔχει *etc.* Ὧν εἷς—λέγεται. ibid. p. 337. Cf. Reuterdahl. l. l. — vi. 2. 383. ubi de Origene se hausisse simul tradit ἔκ τινων ἐπιστολῶν καὶ ἱστορίας discipulorum Origenis qui Eusebii ætate adhuc erant in vivis. — vii. 31. p. 529. in iis quæ de Manete referuntur. — Præterea vid. iii. 11. p. 176. ἀνεψιόν γε, ὥς φάσι —σωτῆρος. iii. 24. p. 190. οἱ ἀρχαῖοι i. e. veteres doctores ecclesiæ. —iii. 37. p. 218. λόγος ἔχει. cf. v. 16.—vi. 25. οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες coll. Iren. adv. hæres. v. 33. iii. 39. p. 221. Παπίας ἀρχαῖος ἀνήρ.—vi. 34. p. 439. κατέχει λόγος. Adde iv. 25. Annot. p. 297. vi. 32. Annot. p. 493. Contra b) *traditionem sensu strictiori* magis minusve secutus est Eusebius probabiliter i. 12. p. 67. sq. ubi plures inter LXX discipulos Christi refert: Τῶν δ' ἑβδομήκοντα—φέρεται *etc.* Cf. Fabric. *salutaris lux evangelii toti orbi exoriens* p. 115. sqq. ii. 16. p. 113. de itinere Marci in Ægyptum: τοῦτον δὲ Μάρκον πρῶτον φασὶν *etc.* — ii. 17. p. 114. de Philone Ὃν καὶ λόγος ἔχει—κηρύττοντι. Cf. quem laudat Reuterdahl. p. 18**) Mynster. *Om Apost. Petri förste Ophold i Rom in Vindenscab. Forhandl. v. Sjællands Stifts Landemœde* t. ii. fasc. i. p. 159. et in laudati scriptoris Opuscc. Theologg. minoribus nuper editis.— ii. 22. p. 130. Τότε μὲν οὖν—λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν ἀπόστολον. Cf. Reuterdahl. p. 30.—iii. 1. p. 144. de apostolis in remotis terris religionem Christi propagantibus ὡς ἡ παράδοσις περιέχει.—iii. 4. p. 149. Φάσι — εἴωθεν. iii. 36. p. 214. de religione Christi ubivis propagata. Cf. Reuterdahl. p. 45. iv. 5. p. 231. Τῶν γε μὴν—εὗρον· κομιδῇ γὰρ οὖν—λόγος κατέχει γενέσθαι. v. 18. p. 356. Ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν σωτῆρα——Ἱερουσαλήμ. Cf. Fabricii *cod. apocryph. N. T.* tom. i. p. 331. sq. xii. — vi. 9. p. 398. sq. πολλὰ μὲν οὖν—ὡς ἐκ παραδόσεως *etc.* —Adde i. 7. Annot. p. 38.

INDEX III.

RERUM MEMORABILIORUM QUARUM VEL IN HISTORIA EUSEBIANA VEL IN ANIMADVERSIONIBUS ET EXCURSIBUS FIT MENTIO.

I.

M.

Q.

R.

T.

U.

INDEX IV.

VERBORUM ET FORMULARUM QUÆ VISÆ SUNT NOTATU DIGNIORES.

[Siglam * præfixi iis vocibus et dicendi formulis quarum sive forma sive significatio in veterum Græcorum scriptis aut nunquam aut rarissime inveniatur, siglam ** vero iis apposui verbis quæ plane innovavit recentior et ecclesiastica Græcitas, omissa illa non solum in vulgaribus lexicis, sed etiam Suiceri thesauro ecclesiastico qui iis quoque augendus est quibus siglam * adjeci.]

τὸν ἀπόστολον, καθολικήν τινα συνταξάμενος ἐπιστολὴν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἄμεινον αὐτοῦ πεπιστευκότας. bb) epistolæ quas quis non uni sigillatim cui ipse præest, Christianorum cœtui sed pluribus eorum quamvis certo loco versantium et certa nomina gerentium cœtibus scribit iv. 23. init. p. 282. *καὶ πρῶτόν γε περὶ Διονυσίου φατέον — — ὡς τῆς ἐνθέου φιλοπονίας οὐ μόνον τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀφθόνως ἐκοινώνει, χρησιμώτατον ἅπασι καθιστὰς, ἐν αἷς ὑπετυποῦτο καθολικαῖς πρὸς τὰς ἐκκλησίας ἐπιστολαῖς.* Contra *καθολικὴν ἐπιστολὴν* v. 18. iv. 23. dictam esse, quatenus adjuvaret vim et auctoritatem ecclesiæ orthodoxæ, censet Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* t. iii. p. 557. sq., sed mihi hoc videtur minus probabile. Cf. Valesius ad Euseb. H. E. vi. 14. An. p. 450. cc) *καθολικαὶ ἐπιστολαὶ* dicebantur quarum erat universalis quædam et certe a plerisque agnita auctoritas; hinc *α*) *καθολικαὶ ἐπιστολαὶ* = *ὁμολογουμέναι* vi. 25. p. 429. *Ὃν καὶ υἱὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ* etc. Et ibid. *Πέτρος — μίαν ἐπιστολὴν ὁμολογουμένην καταλέλοιπεν* etc. Paulo post: *ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι ταύτας.* vii. 25. p. 512. *οὗ τὸ εὐαγγέλιον — καὶ ἡ ἐπιστολὴ ἡ καθολική.* Ibid. ext. *Ὁ δέ γε εὐαγγελιστὴς, οὐδὲ τῆς καθολικῆς ἐπιστολῆς* etc. Et paulo post: *Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ φερομένῃ Ἰωάννου καὶ τρίτῃ.* Vide infra indic. s. v. *φέρεσθαι.* *β*) *καθολικὰ* vocabantur scripta canonica s. *ἐνδιάθηκα* iii. 3. p. 145. ext. *Τῶν γε μὴν οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα.* Opposita sunt præcedentia: *Τὴν δὲ φερομένην αὐτοῦ δευτέραν οὐκ ἐνδιάθηκον μὲν εἶναι παρειλήφαμεν.* et Eusebius dicit hoc, secundam quidem quæ vulgo Petri esse credatur, epistolam *plerumque non pro canonica* esse habitam se accepisse, alia vero quæ Petro adscripta sint, opuscula *nunquam inter canonica* esse relata. Rectissime igitur vertit Stroth. *καθολικοῖς*: "*kanonische* Schriften." dd) *καθολικαὶ ἐπιστολαὶ* denique vocabantur quæ unam quandam summam seu universitatem constituebant, ideoque epistolæ Jacobi, Johannis, Petri, Judæ, tanquam reliquarum epistolarum non Paulinarum summa = *αἱ λοιπαὶ* (*καθόλου*) *ἐπιστολαὶ* vi. 14. p. 407. sq. *τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς.* Nisi malis illas epistolas catholicas esse dictas, quod in plerisque certe ecclesiis solebant prælegi. ii. 23. p. 130. *Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάκωβον, οὗ ἡ πρώτη τῶν ὀνομαζομένων καθολικῶν ἐπιστολῶν* etc. — — *τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν· ὅμως δὲ ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις.* Cf. Eichhorn. l. l. p. 562. sq. Adde Nœsselt. *Opuscc.* fasc. ii. Storr. *über den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe des Johannes* p. 114. ed. ii. Pott. *comment. in epist. Jacob.* ed. ii. Eichhorn. l. l. p. 556. sqq. qui VV. DD. magis minusve a nobis dissentiunt.

*******καθολικότης* viii. 11. p. 565. An. p. 678.

**καθόλου, οἱ καθόλου λόγοι* vii. 10. p. 481. An. p. 564. ix. 11. p. 677. ext. An. p. 792. sq.

καθόλου διοικήσεις. viii. 11. p. 565. An. p. 677.

καθοσιοῦσθαι ix. 1. p. 642.

**καθοσίωσις* titulus præfecti prætorio ix. 1. p. 642. ext. x. 5. p. 714. ext. Stroth. vertit: "*Excellenz.*" Vid. Montefalconius in *Onomastic. ad Athanas.* h. v.

καινοτάφια et *κεν.* iv. 8. p. 239. An. p. 222.

**καινοτομεῖσθαι* iv. 7. p. 238. An. p. 219. sq. iv. 27. p. 293. ext. An. p. 304.

καὶ vii. 30. An. p. 617. sqq. — *καί τι καὶ, καὶ δὴ καὶ* iii. 23. p. 187. ext. An. p. 163. sq.

**κακογνώμων* sensu angustiori de falsis doctoribus iv. 14. p. 251.

**κακουργεῖν περί τινα* iii. 33. p. 212.

καλεῖν τί τινα, aliquo nomine aliquem appellare ii. 17. Eodem modo antiqui loquuntur. Vid. Schæfer. *ad Long.* p. 360. Hom.

dere Sammlung von mehrern Theilen."

περιέπειν vii. 19. p. 497. Cf. Jacobs. *ad Achill. Tat.* p. 994.

*περιεργάζεσθαι vi. 2. An. p. 430. viii. 12. p. 568. ext. An. p. 682.

*περιεργία de mala hominum magicis artibus deditorum sedulitate dicitur iv. 7. p. 237. Cf. Iren. adv. hæress. i. 20. et locus insignis Eus. demonstr. evang. iii. 6. p. 128. ed. Montac., ubi ipse Eusebius τὰς μαγικὰς βίβλους vocat quas antea τὰ περίεργα πραξάντων. Burmann. *ad Petron.* xlvi. Stroth. *ad Herodian.* iv. 12. t. ii. p. 992. ed. Irmisch. et Kuinöl. *ad Actor.* xix. 19. Desunt hæc, ut alia, male vel apud Suicerum.

περιέχον, τὸ, de mart. P. c. iv. p. 604. An. p. 728.

*περικεῖσθαί τι x. 4. An. p. 810.

*περιοχὴ, munimentum ii. 23. p. 134. ex Hegesippo. Cf. LXX. ad Psalm. cxl. 2.

περιστέλλειν et περιστολὴ vii. 22. p. 504. An. p. 591. sq. Cf. vii. 11. p. 489. An. p. 572. sq.

*περιτίθεσθαί τι x. 4. An. p. 810.

*περίψημα vii. 22. p. 503. ext. *Excurs.* xii. p. 962. sqq.

πέταλον v. 24. p. 367. An. p. 394.

πευθῆνες vi. 40. An. p. 502. Adde Palladii dialog. de vita Chrysost. t. xiii. p. 6. ed. Montef. ὑπὸ τοῦ Κουριωσοῦ τῆς πόλεως.

πίναξ de catalogo s. indice librorum vi. 32. ext. p. 437. Cf. Reiskius *indic. in Demosthen.* h. v. p. 599.

*πίστις a) vii. 25. p. 511. πίστει δὲ τὸ πλέον νέμων Valesius vertit: "*fidei* plus tribuens" et Stroth.: "*räume hier dem Glauben mehr ein.*" Sed ex hac interpretatione quid sibi velit loco illo nobilissimo Dionysius, vix sane, credo, lectores intelligent. Cf. Merkel. *historisch - kritische Aufklärung der Streitigkeit der Aloger* p. 219. Verum enim vero quid sibi velit verbis illis Dionysius, orationem contextam satis luculenter docere puto. Sententia enim illius, nisi egregie fallor, nulla esse potest nisi hæc, se in dijudicanda apocalypseos αὐθεντίᾳ moveri auctoritate aliorum et hac ipsa commotum non audere spuriam pronunciare apocalypsin (vide verba: Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον, πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν), sed potius sublimiorem sensum inesse et sua cognitione superiorem in illo libro, *sumere.* Vide verba: μείζονα δὲ τῆς ἐμαυτοῦ φρονήσεως — — ὑπολαμβάνω. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε — τοῖς ῥήμασιν. Jam vero quæ sequuntur: οὐκ ἰδίῳ ταῦτα μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ aperte ad sensum respondent præcedentibus: Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι — — ἐχόντων ἀδελφῶν. Qui enim libri sacri αὐθεντίαν (ταῦτα) non examinat et dijudicat (Οὐκ — μετρῶν καὶ κρίνων) ex sua ipsius judicandi facultate (ἰδίῳ λογισμῷ), pendet profecto ex auctoritate aliorum, et quia multi alii venerantur librum illum, ipse eum veneratur. Cum vero ea sit verborum οὐκ ἰδίῳ — — λογισμῷ, vis ac natura, facile patet, similiter illa πίστει δὲ πλέον νέμων quæ illis opponuntur, nihil aliud posse significare nisi ea verba quæ antea opponebantur illis: Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι — — ἀδελφῶν. Atque hæc quidem erant verba: μείζονα δὲ τῆς ἐμαυτοῦ φρονήσεως — — ὑπολαμβάνω. Καὶ γὰρ εἰ — — ῥήμασιν, quibus hoc significabat Dionysius, se quamvis ipse non intelligeret, perciperet, comprehenderet, tamen *sumere* sublimiorem sensum latere in apocalypsi ideoque non audere eam rejicere, id quod huc quoque cogitatione supplendum esse per se patet. Jam vero nunc quid sit πίστει πλέον νέμων, non minus patere debet. Quid enim aliud significare eo possit Dionysius nisi se in dijudicanda apocalypseos αὐθεντίᾳ plus tribuere simplici, nulla necessaria quidem ratione subnixæ sed simpliciter sumptæ et positæ persuasioni suæ, id est, πίστει = ὑπολήψει? Cui interpretationi apprime conveniunt etiam sequentia, in quibus νενόμικα eodem modo opponitur

Lex. s. v. ὑπόδημα et σάνδαλον.
*ὑποδοχὴ vii. 9. p. 478. An. p. 558.
ὑποδῦναι iv. 7. p. 235. ὑποδύντες — τὴν αὐτὴν τοῦ δόγματος ἡμῖν προσηγορίαν, religionis nostræ vocabulum sibi *assumentes,* Valesio, *die unsern Religions-Namen usurpiren,* Strothio interprete.
ὑπόθεσις et ὑπέρθεσις confusa de mart. P. c. xi. p. 625. An. p. 751.
ὑπομάζιος i. 8. p. 51. ext.
ὑπομάσθιος iii. 6. p. 161.
ὑπομνηματίζειν iv. 8. p. 239. An. p. 221. Adde v. 20. p. 360. vi. 13. p. 407. cf. Longin. de sublim. i. 2. Fischer. in *indice ad Theophrast. Charactt.* Aliter vii. 11. p. 483. An. p. 567.
ὑπομνηματογράφος vii. 11. ibid. Cf. An. p. 620.
ὑπόνοια ii. 17. p. 117. p. 120. An. p. 99. Adde Xenoph. conviv. iii. 6. p. 13. ed. Bornem. *Ἐν ὑπονοίᾳ ὑπάρχειν vi. 29. p. 434. init. dicuntur ii quos episcopos creari alii putabant.
**ὑποπαραιτεῖσθαι, petere viii. 12. p. 567. viii. 14. p. 581. init.
*ὑπόστασις, firmitas, constantia animi v. 1. p. 306. Cf. Wahl. *Clav. N. T.* h. v.
ὑποτύπωσις v. 11. p. 337. An. p. 356.
ὑπουργὸς v. 1. p. 308. ext. Optime reddidit Strothius: "*Henkersknechte.*" Valesius vertit: "*ministri.*" Cf. Matth. v. 25. ὑπηρέται.
ὑποφήτης x. 4. p. 694. init.
ὑπόχρεω ἔχειν τινὰ, aliquem habere devinctum viii. 30. p. 525. Cf. Plutarch. Lucullus c. xx. ext. πολλοὺς ὑπόχρεως πεποιημένοι τῶν πολιτῶν. Reiskius *indic. in Demosthen.* h. v. p. 776.
ὑψηλοφρονεῖν et ὑψηλὰ φρονεῖν confusa vii. 30. p. 523. An. p. 612.

Φ.

φ littera quid significent interdum i. 2. p. 7. in varr. lectt. Cf. An. p. 133.
φαιδρὸς x. 9. p. 732. An. p. 854.
φανητιᾷν i. 7. p. 47. ext. ex Africano. Cf. Lobeck. *ad Phryn.* p. 80*. Adde τρυφητιᾷν ex Clement. Alex. Strom. i. proœm.
φαντάζεσθαι i. 2. p. 9. sq. An. p. 8. sq. Adde Palladii dialog. de vita Chrysost. t. xiii. p. 23. Valcken. *ad Eurip. Phœn.* v. 93. p. 34.
φαντασιοκοπεῖν vii. 30. p. 523. An. p. 612. Adde Athanas. t. i. p. 71. A. p. 76. D. ed. Bened.
*φέρειν τινὰ εἰς πράγματα negotium facessere alicui iv. 13. p. 249. ext. — φέρειν βαρέως ἐπί τινι ii. 23. p. 138. Vid. Wyttenbach. *epist. crit.* p. 177. cf. Wesseling. *ad Diodor. S.* iii. 69.
*φέρεσθαι a) vi. 37. p. 442. οὕτως ἠνέχθη i. e. tanto studio decertavit, ut vertit Val. Minus recte Strothius: "*er brauchte so starke Gründe.*" b) *φερόμενος iii. 25. p. 196. init. τὴν φερομένην Ἰωάννου προτέραν (ἐπιστολὴν) i. e. priorem Johannis quæ ei *vulgo adscribitur* (epistolam). vi. 36. p. 441. init. Φέρεται δὲ αὐτοῦ —— ἐπιστολή. vii. 25. p. 513. ἐν τῇ δευτέρᾳ φερομένῃ Ἰωάννου καὶ τρίτῃ, in secunda et tertia, quæ Johanni *vulgo adscribuntur,* ut bene vertit Val., qui tamen minus recte cum Strothio iii. 25. φερομένην plane non expressit vertendo. Pejus etiam Strothius vii. 25. p. 513. vertit: "*vor dem zweiten und dritten sogenannten Briefe des Johannes.*" Sed ut non significavit Dionysius Alexandrinus vii. 25., secundam et tertiam illarum epistolarum non esse Johannis apostoli, ita neque affirmavit eas Johanni esse adscribendas, sed nihil nisi vulgo hoc fieri dixit. Neque iii. 25. illo φερομένην significavit Eusebius se eas inter ὁμολογούμενα referre sed reliquis verbis. Quocirca erravit vel Eichhorn. *Einleitung in das N. T.* t. ii. p. 323., ubi Dionysium secundam et tertiam epistolam Johannis apostolo ejus nominis tribuisse contendit, quamvis recte l. l. not. c. in illo φερομένην nihil inesse invidiæ monuerit, quod jam monuimus contra Strothium. Cf. ii. 23. ext.

oblivisci," Strothius: "*wenn ihr euch der Natur gemäss verhalten*" et: "*von dem widernatürlichen ablassen.*" Contra ut Pauli apostoli Galat. iv. 8., ita Æmiliani sententiam optime perspexit Clericus *art. crit.* t. i. p. 242. sq. his verbis: "Ethnici, qui suos Deos contendebant *natura* ejusmodi esse, non hominum voluntate in cœlum sublatos, dicebant eos esse *κατὰ φύσιν, secundum naturam*, Christianorum vero Deum, nempe, Christum, esse *παρὰ φύσιν præter naturam.* Æmilianus Ægypti præfectus ita Dionysium Alexandrinum, aliosque Christianos, apud Eusebium lib. vii. c. 11. alloquitur. Δεδώκασιν ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας, εἰ βούλοισθε ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν (Θεῖον δηλονότι) τρέπεσθαι, καὶ — — ἐπιλαθέσθαι τῶν παρὰ φύσιν: *Domini potestatem vobis fecerunt saluti vestræ consulendi: si modo velitis converti ad* (Numen) *quod est secundum naturam, et Deos qui ipsorum imperium tuentur adorare, eorum vero qui sunt præter naturam oblivisci.* Cum respondisset Dionysius se solum Deum omnium rerum opificem culturum, reponit Æmilianus: *τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον,—μετὰ τῶν κατὰ φύσιν Θεῶν προσκυνεῖν*: *Quis vero vos prohibet et hunc, — cum iis qui Natura sunt Dii adorare?*" Hæc præter alia Clericus. Cf. Lactant. Institt. divinn. iv. 4. 6. sqq.

p. 198. init. λιπαρεῖν ii. 15. p. 112. παρακαλεῖν iv. 15. p. 255. d) ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν vii. 11. p. 485. An. p. 568. vii. 25. p. 511. ext. An. p. 601. Cf. Clerici *art. crit.* t. i. p. 136. sq. e) ὡς ὅτι pleonastice i. 4. p. 33.

*ὡς ἀννὰ ii. 23. p. 135. An. p. 119. Adde Fabricii *cod. apocryph. N. T.* t. ii. p. 240. n.

*ὥστε, *so dass*, pro ἵνα vel εἰς τὸ, *auf dass*, legitur iii. 28. ext. p. 203. ὥστε λούσασθαι. iv. 15. p. 260. ἔδοξεν αὐτοῖς — ἐπιβοῆσαι ὥστε — κατακαῦσαι. Cf. vii. 5. p. 473. δόγματα ἐγέγονεν ὥστε κ. λ. viii. 17. p. 587. πρόσταγμα ὥστε. Matth. x. 1. ἐξουσίαν ὥστε coll. Luc. ix. 1. Sturz. *Lexic. Xenoph.* vol. iv. p. 623. 6.

December, 1880.

Clarendon Press, Oxford.

BOOKS

PUBLISHED FOR THE UNIVERSITY BY

HENRY FROWDE,

AT THE OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE,

7 PATERNOSTER ROW, LONDON.

ALSO TO BE HAD AT THE

CLARENDON PRESS DEPOSITORY, OXFORD.

LEXICONS, GRAMMARS, &c.

(*See also Clarendon Press Series* pp. 24, 26.)

A Greek-English Lexicon, by Henry George Liddell, D.D., and Robert Scott, D.D. *Sixth Edition, Revised and Augmented.* 1870. 4to. *cloth*, 1*l*. 16*s*.

A copious Greek-English Vocabulary, compiled from the best authorities. 1850. 24mo. *bound*, 3*s*.

A Practical Introduction to Greek Accentuation, by H. W. Chandler, M.A. 1862. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Etymologicon Magnum. Ad Codd. MSS. recensuit et notis variorum instruxit Thomas Gaisford, S.T.P. 1848. fol. *cloth*, 1*l*. 12*s*.

Suidae Lexicon. Ad Codd. MSS. recensuit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 1834. fol. *cloth*, 2*l*. 2*s*.

Scheller's Lexicon of the Latin Tongue, with the German explanations translated into English by J. E. Riddle, M.A. 1835. fol. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

A Latin Dictionary, founded on Andrews' edition of Freund's Latin Dictionary, revised, enlarged, and in great part rewritten by Charlton T. Lewis, Ph.D., and Charles Short, LL.D., Professor of Latin in Columbia College, New York. 1879. 4to. *cloth*, 1*l*. 11*s*. 6*d*.

Scriptores Rei Metricae. Edidit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Sold separately:

Hephaestion, Terentianus Maurus, Proclus, cum annotationibus, etc. Tomi II. 10*s*. Scriptores Latini. 5*s*.

The Book of Hebrew Roots, by Abu 'L-Walîd Marwân ibn Janâh, otherwise called Rabbî Yônâh. Now first edited, with an Appendix, by Ad. Neubauer. 1875. 4to. *cloth*, 2*l.* 7*s.* 6*d.*

A Treatise on the use of the Tenses in Hebrew. By S. R. Driver, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s.* 6*d.*

Thesaurus Syriacus: collegerunt Quatremère, Bernstein, Lorsbach, Arnoldi, Field: edidit R. Payne Smith, S.T.P.R.

Fasc. I–V. 1868–79. sm. fol. *each*, 1*l.* 1*s.*
Vol. I, containing Fasc. I–V. sm. fol. *cloth*, 5*l.* 5*s.*

A Practical Grammar of the Sanskrit Language, arranged with reference to the Classical Languages of Europe, for the use of English Students, by Monier Williams, M.A., Boden Professor of Sanskrit. *Fourth Edition*, 1877. 8vo. *cloth*, 15*s.*

A Sanskrit-English Dictionary, Etymologically and Philologically arranged, with special reference to Greek, Latin, German, Anglo-Saxon, English, and other cognate Indo-European Languages. By Monier Williams, M.A., Boden Professor of Sanskrit. 1872. 4to. *cloth*, 4*l.* 14*s.* 6*d.*

Nalopákhyánam. Story of Nala, an Episode of the Mahá-Bhárata: the Sanskrit text, with a copious Vocabulary, and an improved version of Dean Milman's Translation, by Monier Williams, M.A. *Second Edition, Revised and Improved.* 1879. 8vo. *cloth*, 15*s.*

Sakuntalā. A Sanskrit Drama, in seven Acts. Edited by Monier Williams, M.A. *Second Edition*, 1876. 8vo. *cloth*, 21*s.*

An Anglo-Saxon Dictionary, by the late Joseph Bosworth, D.D., Professor of Anglo-Saxon, Oxford. *New edition. In the Press.*

An Icelandic-English Dictionary, based on the MS. collections of the late Richard Cleasby. Enlarged and completed by G. Vigfússon. With an Introduction, and Life of Richard Cleasby, by G. Webbe Dasent, D.C.L. 1874. 4to. *cloth*, 3*l.* 7*s.*

A List of English Words the Etymology of which is illustrated by comparison with Icelandic. Prepared in the form of an Appendix to the above. By W. W. Skeat, M.A., *stitched*, 2*s.*

A Handbook of the Chinese Language. Parts I and II, Grammar and Chrestomathy. By James Summers. 1863. 8vo. *half bound*, 1*l.* 8*s.*

Cornish Drama (The Ancient). Edited and translated by E. Norris, Esq., with a Sketch of Cornish Grammar, an Ancient Cornish Vocabulary, etc. 2 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 1*l.* 1*s.*

The Sketch of Cornish Grammar separately, *stitched*, 2*s.* 6*d.*

An Etymological Dictionary of the English Language, arranged on an Historical Basis. By W. W. Skeat, M.A., Elrington and Bosworth Professor of Anglo-Saxon in the University of Cambridge. To be completed in Four Parts. Parts I–III, 4to. 10*s.* 6*d.* each.

Part IV. *In the Press.*

GREEK CLASSICS, &c.

Aeschyli quae supersunt in Codice Laurentiano quoad effici potuit et ad cognitionem necesse est visum typis descripta edidit R. Merkel. 1861. Small folio, *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Aeschylus: Tragoediae et Fragmenta, ex recensione Guil. Dindorfii. *Second Edition*, 1851. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Aeschylus: Annotationes Guil. Dindorfii. Partes II. 1841. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Aeschylus: Scholia Graeca, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. 1851. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Sophocles: Tragoediae et Fragmenta, ex recensione et cum commentariis Guil. Dindorfii. *Third Edition*, 2 vols. 1860. fcap. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Each Play separately, *limp*, 2*s*. 6*d*.

The Text alone, printed on writing paper, with large margin, royal 16mo. *cloth*, 8*s*.

The Text alone, square 16mo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Each Play separately, *limp*, 6*d*. (See also p. 26.)

Sophocles: Tragoediae et Fragmenta cum Annotatt. Guil. Dindorfii. Tomi II. 1849. 8vo. *cloth*, 10*s*.

The Text, Vol. I. 5*s*. 6*d*. The Notes, Vol. II. 4*s*. 6*d*.

Sophocles: Scholia Graeca:

Vol. I. ed. P. Elmsley, A.M. 1825. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Vol. II. ed. Guil. Dindorfius. 1852. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Euripides: Tragoediae et Fragmenta, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi II. 1834. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Euripides: Annotationes Guil. Dindorfii. Partes II. 1840. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Euripides: Scholia Graeca, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. Tomi IV. 1863. 8vo. *cloth*, 1*l*. 16*s*.

Euripides: Alcestis, ex recensione Guil. Dindorfii. 1834. 8vo. *sewed*, 2*s*. 6*d*.

Aristophanes: Comoediae et Fragmenta, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi II. 1835. 8vo. *cloth*, 11*s*. (*See page* 27.)

Aristophanes: Annotationes Guil. Dindorfii. Partes II. 1837. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Aristophanes: Scholia Graeca, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. Partes III. 1839. 8vo. *cloth*, 1*l*.

Aristophanem, Index in: J. Caravellae. 1822. 8vo. *cloth*, 3*s*.

Metra Aeschyli Sophoclis Euripidis et Aristophanis. Descripta a Guil. Dindorfio. Accedit Chronologia Scenica. 1842. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Anecdota Graeca Oxoniensia. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi IV. 1835. 8vo. *cloth*, 1*l*. 2*s*.

Anecdota Graeca e Codd. MSS. Bibliothecae Regiae Parisiensis. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi IV. 1839. 8vo. *cloth*, 1*l*. 2*s*.

Apsinis et Longini Rhetorica. E Codicibus MSS. recensuit Joh. Bakius. 1849. 8vo. *cloth*, 3*s*.

Aristoteles; ex recensione Immanuelis Bekkeri. Accedunt Indices Sylburgiani. Tomi XI. 1837. 8vo. *cloth*, 2*l*. 10*s*.

The volumes (except vol. IX.) may be had separately, price 5*s*. 6*d*. each.

Aristotelis Ethica Nicomachea, ex recensione Immanuelis Bekkeri. Crown 8vo. *cloth*, 5*s*.

Choerobosci Dictata in Theodosii Canones, necnon Epimerismi in Psalmos. E Codicibus MSS. edidit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 1842. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Demosthenes: ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi I. II. III. IV. 1846. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Demosthenes: Tomi V. VI. VII. Annotationes Interpretum. 1849. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Demosthenes: Tomi VIII. IX. Scholia. 1851. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Harpocrationis Lexicon, ex recensione G. Dindorfii. Tomi II. 1854. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Heracliti Ephesii Reliquiae. Recensuit I. Bywater, M.A. Appendicis loco additae sunt Diogenis Laertii Vita Heracliti, Particulae Hippocratei De Diaeta Libri Primi, Epistolae Heracliteae. 1877. 8vo. *cloth*, price 6*s*.

Herculanensium Voluminum Partes II. 1824. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Homerus: Ilias, cum brevi Annotatione C. G. Heynii. Accedunt Scholia minora. Tomi II. 1834. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Homerus: Ilias, ex rec. Guil. Dindorfii. 1856. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Homerus: Scholia Graeca in Iliadem. Edited by Prof. W. Dindorf, after a new collation of the Venetian MSS. by D. B. Monro, M.A., Fellow of Oriel College.

Vols. I. II. 1875. 8vo. *cloth*, 24*s*. Vols. III. IV. 1877. 8vo. *cloth*, 26*s*.

Homerus: Odyssea, ex rec. Guil. Dindorfii. 1855. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Homerus: Scholia Graeca in Odysseam. Edidit Guil. Dindorfius. Tomi II. 1855. 8vo. *cloth*, 15*s*. 6*d*.

Homerum, Index in: Seberi. 1780. 8vo. *cloth,* 6*s.* 6*d.*

Homer: A Complete Concordance to the Odyssey and Hymns of Homer; to which is added a Concordance to the Parallel Passages in the Iliad, Odyssey, and Hymns. By Henry Dunbar, M.D., Member of the General Council, University of Edinburgh. 1880. 4to. *cloth,* 1*l.* 1*s.*

Oratores Attici ex recensione Bekkeri:

I. Antiphon, Andocides, et Lysias. 1822. 8vo. *cloth,* 7*s.*
II. Isocrates. 1822. 8vo. *cloth,* 7*s.*
III. Isaeus, Aeschines, Lycurgus, Dinarchus, etc. 1823. 8vo. *cloth,* 7*s.*

Scholia Graeca in Aeschinem et Isocratem. Edidit G. Dindorfius. 1852. 8vo. *cloth,* 4*s.*

Paroemiographi Graeci, quorum pars nunc primum ex Codd. MSS. vulgatur. Edidit T. Gaisford, S.T.P. 1836. 8vo. *cloth,* 5*s.* 6*d.*

Plato: The Apology, with a revised Text and English Notes, and a Digest of Platonic Idioms, by James Riddell, M.A. 1878. 8vo. *cloth,* 8*s.* 6*d.*

Plato: Philebus, with a revised Text and English Notes, by Edward Poste, M.A. 1860. 8vo. *cloth,* 7*s.* 6*d.*

Plato: Sophistes and Politicus, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. 1866. 8vo. *cloth,* 18*s.*

Plato: Theaetetus, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. 1861. 8vo. *cloth,* 9*s.*

Plato: The Dialogues, translated into English, with Analyses and Introductions, by B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek. *A new Edition in* 5 *volumes,* medium 8vo. 1875. *cloth,* 3*l.* 10*s.*

Plato: Index to. Compiled for the Second Edition of Professor Jowett's Translation of the Dialogues. By Evelyn Abbott, M.A. 1875. 8vo. *paper covers,* 2*s.* 6*d.*

Plato: The Republic, with a revised Text and English Notes, by B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek. Demy 8vo. *Preparing.*

Plotinus. Edidit F. Creuzer. Tomi III. 1835. 4to. 1*l.* 8*s.*

Stobaei Florilegium. Ad MSS. fidem emendavit et supplevit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 1822. 8vo. *cloth,* 1*l.*

Stobaei Eclogarum Physicarum et Ethicarum libri duo. Accedit Hieroclis Commentarius in aurea carmina Pythagoreorum. Ad MSS. Codd. recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi II. 1850. 8vo. *cloth,* 11*s.*

Thucydides: History of the Peloponnesian War, translated into English by B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek. *In the Press.*

Xenophon: Historia Graeca, ex recensione et cum annotationibus L. Dindorfii. *Second Edition,* 1852. 8vo. *cloth,* 10*s.* 6*d.*

Xenophon: Expeditio Cyri, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. *Second Edition*, 1855. 8vo. *cloth*, 10s. 6*d*.

Xenophon: Institutio Cyri, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. 1857. 8vo. *cloth*, 10s. 6*d*.

Xenophon: Memorabilia Socratis, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. 1862. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Xenophon: Opuscula Politica Equestria et Venatica cum Arriani Libello de Venatione, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. 1866. 8vo. *cloth*, 10s. 6*d*.

THE HOLY SCRIPTURES, &c.

The Holy Bible in the earliest English Versions, made from the Latin Vulgate by John Wycliffe and his followers: edited by the Rev. J. Forshall and Sir F. Madden. 4 vols. 1850. royal 4to. *cloth*, 3*l*. 3*s*.

Also reprinted from the above:

> **The New Testament** in English, according to the Version by John Wycliffe, about A.D. 1380, and Revised by John Purvey, about A.D. 1388. With Introduction and Glossary by W. W. Skeat, M.A. 1879. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s*.
>
> **The Book of Job, Psalms, Proverbs, Ecclesiastes, and Solomon's Song:** according to the Version by John Wycliffe, Revised by John Purvey. *In the Press.*

The Holy Bible: an exact reprint, page for page, of the Authorized Version published in the year 1611. Demy 4to. *half bound*, 1*l*. 1*s*.

Vetus Testamentum Graece cum Variis Lectionibus. Editionem a R. Holmes, S.T.P. inchoatam continuavit J. Parsons, S.T.B. Tomi V. 1798–1827. folio, 7*l*.

Vetus Testamentum ex Versione Septuaginta Interpretum secundum exemplar Vaticanum Romae editum. Accedit potior varietas Codicis Alexandrini. Tomi III. *Editio Altera.* 18mo. *cloth*, 18*s*.

Origenis Hexaplorum quae supersunt; sive, Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum Fragmenta. Edidit Fridericus Field, A.M. 2 vols. 1867–1874. 4to. *cloth*, 5*l*. 5*s*.

Libri Psalmorum Versio antiqua Latina, cum Paraphrasi Anglo-Saxonica. Edidit B. Thorpe, F.A.S. 1835. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Libri Psalmorum Versio antiqua Gallica e Cod. MS. in Bibl. Bodleiana adservato, una cum Versione Metrica aliisque Monumentis pervetustis. Nunc primum descripsit et edidit Franciscus Michel, Phil. Doct. 1860. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

The Psalms in Hebrew without points. 1879. Crown 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Libri Prophetarum Majorum, cum Lamentationibus Jeremiae, in Dialecto Linguae Aegyptiacae Memphitica seu Coptica. Edidit cum Versione Latina H. Tattam, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo. *cloth*, 17*s*.

Libri duodecim Prophetarum Minorum in Ling. Aegypt. vulgo Coptica. Edidit H. Tattam, A.M. 1836. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Novum Testamentum Graece. Antiquissimorum Codicum Textus in ordine parallelo dispositi. Accedit collatio Codicis Sinaitici. Edidit E. H. Hansell, S.T.B. Tomi III. 1864. 8vo. *half morocco*, 2*l*. 12*s*. 6*d*.

Novum Testamentum Graece. Accedunt parallela S. Scripturae loca, necnon vetus capitulorum notatio et canones Eusebii. Edidit Carolus Lloyd, S.T.P.R., necnon Episcopus Oxoniensis. 18mo. *cloth*, 3*s*.

The same on writing paper, with large margin, cloth, 10*s*. 6*d*.

Novum Testamentum Graece juxta Exemplar Millianum. 18mo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

The same on writing paper, with large margin, cloth, 9*s*.

Evangelia Sacra Graece. fcap. 8vo. *limp*, 1*s*. 6*d*.

The New Testament in Greek and English. Edited by E. Cardwell, D.D. 2 vols. 1837. crown 8vo. *cloth*, 6*s*.

Novum Testamentum Coptice, cura D. Wilkins. 1716. 4to. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Evangeliorum Versio Gothica, cum Interpr. et Annott. E. Benzelii. Edidit, et Gram. Goth. praemisit, E. Lye, A.M. 1759. 4to. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Diatessaron; sive Historia Jesu Christi ex ipsis Evangelistarum verbis apte dispositis confecta. Ed. J. White. 1856. 12mo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Canon Muratorianus: the earliest Catalogue of the Books of the New Testament. Edited with Notes and a Facsimile of the MS. in the Ambrosian Library at Milan, by S. P. Tregelles, LL.D. 1868. 4to. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

The Five Books of Maccabees, in English, with Notes and Illustrations by Henry Cotton, D.C.L. 1833. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Horae Hebraicae et Talmudicae, a J. Lightfoot. *A new Edition*, by R. Gandell, M.A. 4 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

FATHERS OF THE CHURCH, &c.

Liturgies, Eastern and Western. Edited, with Introduction, Notes, and a Liturgical Glossary, by C. E. Hammond, M.A. 1878. Crown 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

An Appendix to the above. 1879. Crown 8vo. *paper covers*, 1*s*. 6*d*.

St. Athanasius: Orations against the Arians. With an Account of his Life by William Bright, D.D., Regius Professor of Ecclesiastical History, Oxford. 1873. Crown 8vo. *cloth*, 9*s*.

St. Athanasius: Historical Tracts. With an Introduction by William Bright, D.D., Regius Professor of Ecclesiastical History, Oxford. *In the Press.*

St. Augustine: Select Anti-Pelagian Treatises, and the Acts of the Second Council of Orange. With an Introduction by William Bright, D.D. Crown 8vo. *cloth*, 9*s.*

The Canons of the First Four General Councils of Nicaea, Constantinople, Ephesus, and Chalcedon. 1877. Crown 8vo. *cloth*, 2*s.* 6*d.*

Catenae Graecorum Patrum in Novum Testamentum. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi VIII. 1838–1844. 8vo. *cloth*, 2*l.* 4*s.*

Clementis Alexandrini Opera, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi IV. 1869. 8vo. *cloth*, 3*l.*

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in XII Prophetas. Edidit P. E. Pusey, A.M. Tomi II. 1868. 8vo. *cloth*, 2*l.* 2*s.*

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in D. Joannis Evangelium. Accedunt Fragmenta Varia necnon Tractatus ad Tiberium Diaconum Duo. Edidit post Aubertum P. E. Pusey, A.M. Tomi III. 1872. 8vo. 2*l.* 5*s.*

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Commentarii in Lucae Evangelium quae supersunt Syriace. E MSS. apud Mus. Britan. edidit R. Payne Smith, A.M. 1858. 4to. *cloth*, 1*l.* 2*s.*

The same, translated by R. Payne Smith, M.A. 2 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 14*s.*

Ephraemi Syri, Rabulae Episcopi Edesseni, Balaei, aliorumque Opera Selecta. E Codd. Syriacis MSS. in Museo Britannico et Bibliotheca Bodleiana asservatis primus edidit J. J. Overbeck. 1865. 8vo. *cloth*, 1*l.* 1*s.*

Eusebii Pamphili Evangelicae Praeparationis Libri XV. Ad Codd. MSS. recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 1843. 8vo. *cloth*, 1*l.* 10*s.*

Eusebii Pamphili Evangelicae Demonstrationis Libri X. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo. *cloth*, 15*s.*

Eusebii Pamphili contra Hieroclem et Marcellum Libri. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. 1852. 8vo. *cloth*, 7*s.*

Eusebius' Ecclesiastical History, according to the text of Burton, with an Introduction by William Bright, D.D. 1872. Crown 8vo. *cloth*, 8*s.* 6*d.*

Eusebii Pamphili Hist. Eccl.: **Annotationes Variorum.** Tomi II. 1842. 8vo. *cloth*, 17*s.*

Evagrii Historia Ecclesiastica, ex recensione H. Valesii. 1844. 8vo. *cloth*, 4*s.*

Irenaeus: The Third Book of St. Irenaeus, Bishop of Lyons, against Heresies. With short Notes and a Glossary by H. Deane, B.D., Fellow of St. John's College, Oxford. 1874. Crown 8vo. *cloth*, 5*s.* 6*d.*

Origenis Philosophumena; sive omnium Haeresium Refutatio. E Codice Parisino nunc primum edidit Emmanuel Miller. 1851. 8vo. *cloth*, 10s.

Patrum Apostolicorum, S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, quae supersunt. Edidit Guil. Jacobson, S.T.P.R. Tomi II. *Fourth Edition*, 1863. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Reliquiae Sacrae secundi tertiique saeculi. Recensuit M. J. Routh, S.T.P. Tomi V. *Second Edition*, 1846–1848. 8vo. *cloth*, 1*l*. 5*s*.

Scriptorum Ecclesiasticorum Opuscula. Recensuit M. J. Routh, S.T.P. Tomi II. *Third Edition*, 1858. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Socratis Scholastici Historia Ecclesiastica. Gr. et Lat. Edidit R. Hussey, S.T.B. Tomi III. 1853. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Socrates' Ecclesiastical History, according to the Text of Hussey, with an Introduction by William Bright, D.D. 1878. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Sozomeni Historia Ecclesiastica. Edidit R. Hussey, S.T.B. Tomi III. 1859. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Theodoreti Ecclesiasticae Historiae Libri V. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. 1854. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Theodoreti Graecarum Affectionum Curatio. Ad Codices MSS. recensuit T. Gaisford, S.T.P. 1839. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Dowling (J. G.) Notitia Scriptorum SS. Patrum aliorumque vet. Eccles. Mon. quae in Collectionibus Anecdotorum post annum Christi MDCC. in lucem editis continentur. 1839. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

ECCLESIASTICAL HISTORY, BIOGRAPHY, &c.

Baedae Historia Ecclesiastica. Edited, with English Notes by G. H. Moberly, M.A. 1869. crown 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Bingham's Antiquities of the Christian Church, and other Works. 10 vols. 1855. 8vo. *cloth*, 3*l*. 3*s*.

Bright (W., D.D.). Chapters of Early English Church History. 1878. 8vo. *cloth*, 12*s*.

Burnet's History of the Reformation of the Church of England. *A new Edition.* Carefully revised, and the Records collated with the originals, by N. Pocock, M.A. 7 vols. 1865. 8vo. 4*l*. 4*s*.

Burnet's Life of Sir M. Hale, and Fell's Life of Dr. Hammond. 1856. small 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Cardwell's Two Books of Common Prayer, set forth by authority in the Reign of King Edward VI, compared with each other. *Third Edition*, 1852. 8vo. *cloth*, 7*s*.

Cardwell's Documentary Annals of the Reformed Church of England; being a Collection of Injunctions, Declarations, Orders, Articles of Inquiry, &c. from 1546 to 1716. 2 vols. 1843. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Cardwell's History of Conferences on the Book of Common Prayer from 1551 to 1690. *Third Edition*, 1849. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland. Edited, after Spelman and Wilkins, by A. W. Haddan, B.D., and W. Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, Oxford. Vols. I. and III. 1869-71. Medium 8vo. *cloth*, each 1*l*. 1*s*.

Vol. II. Part I. 1873. Medium 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Vol. II. Part II. 1878. Church of Ireland; Memorials of St. Patrick. *stiff covers*, 3*s*. 6*d*.

Formularies of Faith set forth by the King's Authority during the Reign of Henry VIII. 1856. 8vo. *cloth*, 7*s*.

Fuller's Church History of Britain. Edited by J. S. Brewer, M.A. 6 vols. 1845. 8vo. *cloth*, 1*l*. 19*s*.

Gibson's Synodus Anglicana. Edited by E. Cardwell, D.D. 1854. 8vo. *cloth*, 6*s*.

Hussey's Rise of the Papal Power traced in three Lectures. *Second Edition*, 1863. fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Inett's Origines Anglicanae (in continuation of Stillingfleet). Edited by J. Griffiths, M.A. 3 vols. 1855. 8vo. *cloth*, 15*s*.

John, Bishop of Ephesus. The Third Part of his Ecclesiastical History. [In Syriac.] Now first edited by William Cureton, M.A. 1853. 4to. *cloth*, 1*l*. 12*s*.

The same, translated by R. Payne Smith, M.A. 1860. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Knight's Life of Dean Colet. 1823. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Le Neve's Fasti Ecclesiae Anglicanae. *Corrected and continued from* 1715 *to* 1853 by T. Duffus Hardy. 3 vols. 1854. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

The Liturgy and Ritual of the Celtic Church. By F. E. Warren, B.D., Fellow of St. John's College, Oxford. *In the Press.*

Missale Vetus Anglo-Saxonicum: the Liturgy of the Anglo-Saxon Church. By the same Editor. *In Preparation.*

Noelli (A.) Catechismus sive prima institutio disciplinaque Pietatis Christianae Latine explicata. Editio nova cura Guil. Jacobson, A.M. 1844. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Prideaux's Connection of Sacred and Profane History. 2 vols. 1851. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Primers put forth in the Reign of Henry VIII. 1848. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Records of the Reformation. The Divorce, 1527—1533. Mostly now for the first time printed from MSS. in the British Museum and other Libraries. Collected and arranged by N. Pocock, M.A. 1870. 2 vols. 8vo. *cloth*, 1*l*. 16*s*.

Reformatio Legum Ecclesiasticarum. The Reformation of Ecclesiastical Laws, as attempted in the reigns of Henry VIII, Edward VI, and Elizabeth. Edited by E. Cardwell, D.D. 1850. 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Shirley's (W. W.) Some Account of the Church in the Apostolic Age. *Second Edition*, 1874. fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Shuckford's Sacred and Profane History connected (in continuation of Prideaux). 2 vols. 1848. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Stillingfleet's Origines Britannicae, with Lloyd's Historical Account of Church Government. Edited by T. P. Pantin, M.A. 2 vols. 1842. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Stubbs (W.). Registrum Sacrum Anglicanum. An attempt to exhibit the course of Episcopal Succession in England. 1858. small 4to. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Strype's Works Complete, with a General Index. 27 vols. 1821–1843. 8vo. *cloth*, 7*l*. 13*s*. 6*d*. Sold separately as follows:—

Memorials of Cranmer. 2 vols. 1840. 8vo. *cloth*, 11*s*.
Life of Parker. 3 vols. 1828. 8vo. *cloth*, 16*s*. 6*d*.
Life of Grindal. 1821. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Life of Whitgift. 3 vols. 1822. 8vo. *cloth*, 16*s*. 6*d*.
Life of Aylmer. 1820. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Life of Cheke. 1821. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Life of Smith. 1820. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Ecclesiastical Memorials. 6 vols. 1822. 8vo. *cloth*, 1*l*. 13*s*.
Annals of the Reformation. 7 vols. 8vo. *cloth*, 2*l*. 3*s*. 6*d*.
General Index. 2 vols. 1828. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Sylloge Confessionum sub tempus Reformandae Ecclesiae editarum. Subjiciuntur Catechismus Heidelbergensis et Canones Synodi Dordrechtanae. 1827. 8vo. *cloth*, 8*s*.

ENGLISH THEOLOGY.

Beveridge's Discourse upon the XXXIX Articles. *The third complete Edition*, 1847. 8vo. *cloth*, 8*s*.

Bilson on the Perpetual Government of Christ's Church, with a Biographical Notice by R. Eden, M.A. 1842. 8vo. *cloth*, 4*s*.

Biscoe's Boyle Lectures on the Acts of the Apostles. 1840. 8vo. *cloth*, 9*s*. 6*d*.

Bull's Works, with Nelson's Life. Edited by E. Burton, D.D. *A new Edition*, 1846. 8 vols. 8vo. *cloth*, 2*l*. 9*s*.

Burnet's Exposition of the XXXIX Articles. 1845. 8vo. *cloth*, 7*s*.

Burton's (Edward) Testimonies of the Ante-Nicene Fathers to the Divinity of Christ. *Second Edition*, 1829. 8vo. *cloth*, 7*s*.

Burton's (Edward) Testimonies of the Ante-Nicene Fathers to the Doctrine of the Trinity and of the Divinity of the Holy Ghost. 1831. 8vo. *cloth*, 3s. 6d.

Butler's Works, with an Index to the Analogy. 2 vols. 1874. 8vo. *cloth*, 11s.

Butler's Sermons. 8vo. *cloth*, 5s. 6d.

Butler's Analogy of Religion. 8vo. *cloth*, 5s. 6d.

Chandler's Critical History of the Life of David. 1853. 8vo. *cloth*, 8s. 6d.

Chillingworth's Works. 3 vols. 1838. 8vo. *cloth*, 1l. 1s. 6d.

Clergyman's Instructor. *Sixth Edition*, 1855. 8vo. *cloth*, 6s. 6d.

Comber's Companion to the Temple; or a Help to Devotion in the use of the Common Prayer. 7 vols. 1841. 8vo. *cloth*, 1l. 11s. 6d.

Cranmer's Works. Collected and arranged by H. Jenkyns, M.A., Fellow of Oriel College. 4 vols. 1834. 8vo. *cloth*, 1l. 10s.

Enchiridion Theologicum Anti-Romanum.

Vol. I. Jeremy Taylor's Dissuasive from Popery, and Treatise on the Real Presence. 1852. 8vo. *cloth*, 8s.

Vol. II. Barrow on the Supremacy of the Pope, with his Discourse on the Unity of the Church. 1852. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

Vol. III. Tracts selected from Wake, Patrick, Stillingfleet, Clagett, and others. 1837. 8vo. *cloth*, 11s.

[Fell's] Paraphrase and Annotations on the Epistles of St. Paul. 1852. 8vo. *cloth*, 7s.

Greswell's Harmonia Evangelica. *Fifth Edition*, 1856. 8vo. *cloth*, 9s. 6d.

Greswell's Prolegomena ad Harmoniam Evangelicam. 1840. 8vo. *cloth*, 9s. 6d.

Greswell's Dissertations on the Principles and Arrangement of a Harmony of the Gospels. 5 vols. 1837. 8vo. *cloth*, 3l. 3s.

Hall's (Bp.) **Works.** *A new Edition*, by Philip Wynter, D.D. 10 vols. 1863. 8vo. *cloth*, 3l. 3s.

Hammond's Paraphrase and Annotations on the New Testament. 4 vols. 1845. 8vo. *cloth*, 1l.

Hammond's Paraphrase on the Book of Psalms. 2 vols. 1850. 8vo. *cloth*, 10s.

Heurtley's Collection of Creeds. 1858. 8vo. *cloth*, 6s. 6d.

Homilies appointed to be read in Churches. Edited by J. Griffiths, M.A. 1859. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

Hooker's Works, with his Life by Walton, arranged by John Keble, M.A. *Sixth Edition,* 1874. 3 vols. 8vo. *cloth,* 1*l.* 11*s.* 6*d.*

Hooker's Works; the text as arranged by John Keble, M.A. 2 vols. 1875. 8vo. *cloth,* 11*s.*

Hooper's (Bp. George) Works. 2 vols. 1855. 8vo. *cloth,* 8*s.*

Jackson's (Dr. Thomas) Works. 12 vols. 1844. 8vo. *cloth,* 3*l.* 6*s.*

Jewel's Works. Edited by R. W. Jelf, D.D. 8 vols. 1847. 8vo. *cloth,* 1*l.* 10*s.*

Patrick's Theological Works. 9 vols. 1859. 8vo. *cloth,* 1*l.* 1*s.*

Pearson's Exposition of the Creed. Revised and corrected by E. Burton, D.D. *Sixth Edition,* 1877. 8vo. *cloth,* 10*s.* 6*d.*

Pearson's Minor Theological Works. Now first collected, with a Memoir of the Author, Notes, and Index, by Edward Churton, M.A. 2 vols. 1844. 8vo. *cloth,* 10*s.*

Sanderson's Works. Edited by W. Jacobson, D.D. 6 vols. 1854. 8vo. *cloth,* 1*l.* 10*s.*

Stanhope's Paraphrase and Comment upon the Epistles and Gospels. *A new Edition.* 2 vols. 1851. 8vo. *cloth,* 10*s.*

Stillingfleet's Origines Sacrae. 2 vols. 1837. 8vo. *cloth,* 9*s.*

Stillingfleet's Rational Account of the Grounds of Protestant Religion; being a vindication of Abp. Laud's Relation of a Conference, &c. 2 vols. 1844. 8vo. *cloth,* 10*s.*

Wall's History of Infant Baptism, with Gale's Reflections, and Wall's Defence. *A new Edition,* by Henry Cotton, D.C.L. 2 vols. 1862. 8vo. *cloth,* 1*l.* 1*s.*

Waterland's Works, with Life, by Bp. Van Mildert. *A new Edition,* with copious Indexes. 6 vols. 1857. 8vo. *cloth,* 2*l.* 11*s.*

Waterland's Review of the Doctrine of the Eucharist, with a Preface by the present Bishop of London. 1868. crown 8vo. *cloth,* 6*s.* 6*d.*

Wheatly's Illustration of the Book of Common Prayer. *A new Edition,* 1846. 8vo. *cloth,* 5*s.*

Wyclif. A Catalogue of the Original Works of John Wyclif, by W. W. Shirley, D.D. 1865. 8vo. *cloth,* 3*s.* 6*d.*

Wyclif. Select English Works. By T. Arnold, M.A. 3 vols. 1871. 8vo. *cloth,* 2*l.* 2*s.*

Wyclif. Trialogus. *With the Supplement now first edited.* By Gotthard Lechler. 1869. 8vo. *cloth,* 14*s.*

ENGLISH HISTORICAL AND DOCUMENTARY WORKS.

British Barrows, a Record of the Examination of Sepulchral Mounds in various parts of England. By William Greenwell, M.A., F.S.A. Together with Description of Figures of Skulls, General Remarks on Prehistoric Crania, and an Appendix by George Rolleston, M.D., F.R.S. 1877. Medium 8vo. *cloth*, 25*s*.

Two of the Saxon Chronicles parallel, with Supplementary Extracts from the Others. Edited, with Introduction, Notes, and a Glossarial Index, by J. Earle, M.A. 1865. 8vo. *cloth*, 16*s*.

Magna Carta, a careful Reprint. Edited by W. Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History. 1879. 4to. *stitched*, 1*s*.

Britton, a Treatise upon the Common Law of England, composed by order of King Edward I. The French Text carefully revised, with an English Translation, Introduction, and Notes, by F. M. Nichols, M.A. 2 vols. 1865. royal 8vo. *cloth*, 1*l*. 16*s*.

Burnet's History of His Own Time, with the suppressed Passages and Notes. 6 vols. 1833. 8vo. *cloth*, 2*l*. 10*s*.

Burnet's History of James II, with additional Notes. 1852. 8vo. *cloth*, 9*s*. 6*d*.

Carte's Life of James Duke of Ormond. *A new Edition*, carefully compared with the original MSS. 6 vols. 1851. 8vo. *cloth*, 1*l*. 5*s*.

Clarendon's (Edw. Earl of) History of the Rebellion and Civil Wars in England. To which are subjoined the Notes of Bishop Warburton. 7 vols. 1849. medium 8vo. *cloth*, 2*l*. 10*s*.

Clarendon's (Edw. Earl of) History of the Rebellion and Civil Wars in England. 7 vols. 1839. 18mo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Clarendon's (Edw. Earl of) History of the Rebellion and Civil Wars in England. Also His Life, written by Himself, in which is included a Continuation of his History of the Grand Rebellion. With copious Indexes. In one volume, royal 8vo. 1842. *cloth*, 1*l*. 2*s*.

Clarendon's (Edw. Earl of) Life, including a Continuation of his History. 2 vols. 1857. medium 8vo. *cloth*, 1*l*. 2*s*.

Clarendon's (Edw. Earl of) Life, and Continuation of his History. 3 vols. 1827. 8vo. *cloth*, 16*s*. 6*d*.

Calendar of the Clarendon State Papers, preserved in the Bodleian Library. *In three volumes.* 1869–76.

Vol. I. From 1523 to January 1649. 8vo. *cloth*, 18*s*.
Vol. II. From 1649 to 1654. 8vo. *cloth*, 16*s*.
Vol. III. From 1655 to 1657. 8vo. *cloth*, 14*s*.

Calendar of Charters and Rolls preserved in the Bodleian Library. 1878. 8vo. *cloth*, 1*l*. 11*s*. 6*d*.

Freeman's (E. A.) History of the Norman Conquest of England; its Causes and Results. *In Six Volumes.* 8vo. *cloth*, 5*l*. 9*s*. 6*d*.

Vols. I–II together, 3rd edition, 1877. 1*l*. 16*s*.
Vol. III, 2nd edition, 1874. 1*l*. 1*s*.
Vol. IV, 2nd edition, 1875. 1*l*. 1*s*.
Vol. V, 1876. 1*l*. 1*s*.
Vol. VI. Index. 1879. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Lloyd's Prices of Corn in Oxford, 1583–1830. 8vo. *sewed*, 1*s*.

Luttrell's (Narcissus) Diary. A Brief Historical Relation of State Affairs, 1678–1714. 6 vols. 1857. 8vo. *cloth*, 1*l*. 4*s*.

May's History of the Long Parliament. 1854. 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Rogers's History of Agriculture and Prices in England, A.D. 1259–1793. Vols. I and II (1259–1400). 8vo. *cloth*, 2*l*. 2*s*. Vols. III and IV *in the Press*.

Sprigg's England's Recovery; being the History of the Army under Sir Thomas Fairfax. 1854. 8vo. *cloth*, 6*s*.

Whitelock's Memorials of English Affairs from 1625 to 1660. 4 vols. 1853. 8vo. *cloth*, 1*l*. 10*s*.

Protests of the Lords, including those which have been expunged, from 1624 to 1874; with Historical Introductions. Edited by James E. Thorold Rogers, M.A. 1875. 3 vols. 8vo. *cloth*, 2*l*. 2*s*.

Enactments in Parliament, specially concerning the Universities of Oxford and Cambridge. Collected and arranged by J. Griffiths, M.A. 1869. 8vo. *cloth*, 12*s*.

Ordinances and Statutes [for Colleges and Halls] framed or approved by the Oxford University Commissioners. 1863. 8vo. *cloth*, 12*s*.—Sold separately (except for Exeter, All Souls, Brasenose, and Corpus), at 1*s*. each.

Statuta Universitatis Oxoniensis. 1880. 8vo. *cloth*, 5*s*.

The Student's Handbook to the University and Colleges of Oxford. *Fifth Edition.* 1879. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Index to Wills proved in the Court of the Chancellor of the University of Oxford, &c. Compiled by J. Griffiths, M.A. 1862. royal 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Catalogue of Oxford Graduates from 1659 to 1850. 1851. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

CHRONOLOGY, GEOGRAPHY, &c.

Clinton's Fasti Hellenici. The Civil and Literary Chronology of Greece, from the LVIth to the CXXIIIrd Olympiad. *Third edition,* 1841. 4to. *cloth,* 1*l.* 14*s.* 6*d.*

Clinton's Fasti Hellenici. The Civil and Literary Chronology of Greece, from the CXXIVth Olympiad to the Death of Augustus. *Second edition,* 1851. 4to. *cloth,* 1*l.* 12*s.*

Clinton's Epitome of the Fasti Hellenici. 1851. 8vo. *cloth,* 6*s.* 6*d.*

Clinton's Fasti Romani. The Civil and Literary Chronology of Rome and Constantinople, from the Death of Augustus to the Death of Heraclius. 2 vols. 1845, 1850. 4to. *cloth,* 3*l.* 9*s.*

Clinton's Epitome of the Fasti Romani. 1854. 8vo. *cloth,* 7*s.*

Cramer's Geographical and Historical Description of Asia Minor. 2 vols. 1832. 8vo. *cloth,* 11s.

Cramer's Map of Asia Minor, 15*s.*

Cramer's Map of Ancient and Modern Italy, on two sheets, 15*s.*

Cramer's Description of Ancient Greece. 3 vols. 1828. 8vo. *cloth,* 16*s.* 6*d.*

Cramer's Map of Ancient and Modern Greece, on two sheets, 15*s.*

Greswell's Fasti Temporis Catholici. 1852. 4 vols. 8vo. *cloth,* 2*l.* 10*s.*

Greswell's Tables to Fasti, 4to., and Introduction to Tables, 8vo. 1852. *cloth,* 15*s.*

Greswell's Origines Kalendariæ Italicæ. 1854. 4 vols. 8vo. *cloth* 2*l.* 2*s.*

Greswell's Origines Kalendariæ Hellenicæ. 6 vols. 1862. 8vo. *cloth,* 4*l.* 4*s.*

MATHEMATICS, PHYSICAL SCIENCE, &c.

Archimedis quae supersunt omnia cum Eutocii commentariis ex recensione Josephi Torelli, cum novâ versione Latinâ. 1792. fol. *cloth,* 1*l.* 5*s.*

Bradley's Miscellaneous Works and Correspondence. With an Account of Harriot's Astronomical Papers. 1832. 4to. *cloth,* 17*s.*

Reduction of Bradley's Observations by Dr. Busch. 1838. 4to. *cloth,* 3*s.*

Astronomical Observations made at the University Observatory, Oxford, under the direction of C. Pritchard, M.A., Savilian Professor of Astronomy. No. 1. 1878. Royal 8vo. *paper covers*, 3*s*. 6*d*.

Treatise on Infinitesimal Calculus. By Bartholomew Price, M.A., F.R.S., Professor of Natural Philosophy, Oxford.

Vol. I. Differential Calculus. *Second Edition*, 8vo. *cloth*, 14*s*. 6*d*.

Vol. II. Integral Calculus, Calculus of Variations, and Differential Equations. *Second Edition*, 1865. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Vol. III. Statics, including Attractions; Dynamics of a Material Particle. *Second Edition*, 1868. 8vo. *cloth*, 16*s*.

Vol. IV. Dynamics of Material Systems; together with a Chapter on Theoretical Dynamics, by W. F. Donkin, M.A., F.R.S. 1862. 8vo. *cloth*, 16*s*.

Rigaud's Correspondence of Scientific Men of the 17th Century, with Table of Contents by A. de Morgan, and Index by the Rev. J. Rigaud, M.A., Fellow of Magdalen College, Oxford. 2 vols. 1841–1862. 8vo. *cloth*, 18*s*. 6*d*.

Daubeny's Introduction to the Atomic Theory. 1850. 16mo. *cloth*, 6*s*.

Vesuvius. By John Phillips, M.A., F.R.S., Professor of Geology, Oxford. 1869. Crown 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Geology of Oxford and the Valley of the Thames. By the same Author. 1871. 8vo. *cloth*, 21*s*.

Synopsis of the Pathological Series in the Oxford Museum. By H. W. Acland, M.D., F.R.S., 1867. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Thesaurus Entomologicus Hopeianus, or a Description of the rarest Insects in the Collection given to the University by the Rev. William Hope. By J. O. Westwood, M.A., F.L.S. With 40 Plates. 1874. Small folio, *half morocco*, 7*l*. 10*s*.

Text-Book of Botany, Morphological and Physiological. By Dr. Julius Sachs, Professor of Botany in the University of Würzburg. Translated by S. H. Vines, M.A., and edited by W. T. Thiselton Dyer, M.A. Royal 8vo. *Second Edition, in the Press.*

Johannes Müller on Certain Variations in the Vocal Organs of the Passeres that have hitherto escaped notice. Translated by F. J. Bell, B.A., and edited with an Appendix, by A. H. Garrod, M.A., F.R.S. With Plates. 1878. 4to. *paper covers*, 7*s*. 6*d*.

BIBLIOGRAPHY.

Ebert's Bibliographical Dictionary, translated from the German. 4 vols. 1837. 8vo. *cloth*, 1*l*. 10*s*.

Cotton's List of Editions of the Bible in English. *Second Edition*, corrected and enlarged. 1852. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Cotton's Typographical Gazetteer. 1831. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Cotton's Typographical Gazetteer, Second Series. 1866. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Cotton's Rhemes and Doway. An attempt to shew what has been done by Roman Catholics for the diffusion of the Holy Scriptures in English. 1855. 8vo. *cloth*, 9*s*.

MISCELLANEOUS.

Bacon's Novum Organum. Edited, with English notes, by G. W. Kitchin, M.A. 1855. 8vo. *cloth*, 9*s*. 6*d*.

Bacon's Novum Organum. Translated by G. W. Kitchin, M.A. 1855. 8vo. *cloth*, 9*s*. 6*d*. (See also p. 35.)

The Works of George Berkeley, D.D., formerly Bishop of Cloyne; including many of his writings hitherto unpublished. With Prefaces, Annotations, and an Account of his Life and Philosophy, by Alexander Campbell Fraser, M.A. 4 vols. 1871. 8vo. *cloth*, 2*l*. 18*s*.

The Life, Letters, &c. 1 vol. *cloth*, 16*s*. *See also* p. 35.

The Logic of Hegel; translated from the Encyclopaedia of the Philosophical Sciences. With Prolegomena by William Wallace, M.A. 1874. 8vo. *cloth*, 14*s*.

Smith's Wealth of Nations. A new Edition, with Notes, by J. E. Thorold Rogers, M.A. 2 vols. 1870. *cloth*, 21*s*.

A Course of Lectures on Art, delivered before the University of Oxford in Hilary Term, 1870, by John Ruskin, M.A., Slade Professor of Fine Art. 8vo. *cloth*, 6*s*.

A Critical Account of the Drawings by Michel Angelo and Raffaello in the University Galleries, Oxford. By J. C. Robinson, F.S.A. 1870. Crown 8vo. *cloth*, 4*s*.

Sturlunga Saga, including the Islendinga Saga of Lawman Sturla Thordsson and other works. Edited with Prolegomena, Appendices, Tables, Indices, and Maps, by Dr. Gudbrand Vigfusson. In 2 vols. 1878. 8vo. *cloth*, 2*l*. 2*s*.

Casauboni Ephemerides, cum praefatione et notis J. Russell, S.T.P. Tomi II. 1850. 8vo. *cloth*, 15*s*.

The Ormulum; with the Notes and Glossary of Dr. R. M. White. Edited by Rev. R. Holt, M.A. 1878. 2 vols. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 21*s*.

The Sacred Books of the East. Translated by various, Oriental Scholars, and edited by F. Max Müller.

Vol. I. **The Upanishads.** Part I. The *Kh*andogya-upanishad, The Talavakara-upanishad. The Aitareya-ara*n*yaka, The Kaushitaki-brahma*n*a-upanishad, and The Va*g*asaneyi-sa*m*hita-upanishad. Translated by F. Max Müller. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Vol. II. **The Sacred Laws of the Aryas,** as taught in the Schools of Apastamba and Gautama. Translated by Georg Bühler. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Vol. III. **The Sacred Books of China.** The Texts of Confucianism. Part I. The Shu King, The Shih King, and The Hsiao King. Translated by James Legge. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Vol. IV. **The Zend-Avesta.** Part I. The Vendîdâd. Translated by James Darmesteter. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Vol. V. **Pahlavi Texts.** Part I. The Bundahi*s*, Bahman Yast, and Shâyast-lâ-Shâyast. Translated by E. W. West. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Vols. VI and IX. **The Qur'ân.** Translated by Professor E. H. Palmer. 8vo. *cloth*, 21*s*. *Just Published.*

Vol. VII. **The Institutes of Vish*n*u.** Translated by Julius Jolly. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

The following Volumes are also in the Press :—

Vol. VIII. **The Bhagavadgîtâ** with other extracts from the Mahâbhârata. Translated by Kashinath Trimbak Telang.

Vol. X. **The Suttanipâta,** etc. Translated by Professor Fausböll.

Vol. XI. **The Mahâparinibbâna Sutta, The Tevi*gg*a** Sutta, The Mahâsudassana Sutta, The Dhamma-*K*akkappavattana Sutta. Translated by T. W. Rhys Davids.

Clarendon Press Series.

The Delegates of the Clarendon Press having undertaken the publication of a series of works, chiefly educational, and entitled the Clarendon Press Series, have published, or have in preparation, the following.

Those to which prices are attached are already published; the others are in preparation.

I. ENGLISH.

A First Reading Book. By Marie Eichens of Berlin; and edited by Anne J. Clough. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 4*d*.

Oxford Reading Book, Part I. For Little Children. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 6*d*.

Oxford Reading Book, Part II. For Junior Classes. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 6*d*.

An Elementary English Grammar and Exercise Book. By O. W. Tancock, M.A., Head Master of Norwich School. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

An English Grammar and Reading Book, for Lower Forms in Classical Schools. By O. W. Tancock, M.A., Head Master of Norwich School. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Typical Selections from the best English Writers, with Introductory Notices. *Second Edition.* In Two Volumes. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*. each.

Vol. I. Latimer to Berkeley. Vol. II. Pope to Macaulay.

The Philology of the English Tongue. By J. Earle, M.A., formerly Fellow of Oriel College, and Professor of Anglo-Saxon, Oxford. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

A Book for the Beginner in Anglo-Saxon. By John Earle, M.A., Professor of Anglo-Saxon, Oxford. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

An Anglo-Saxon Reader. In Prose and Verse. With Grammatical Introduction, Notes, and Glossary. By Henry Sweet, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Specimens of Early English. A New and Revised Edition. With Introduction, Notes, and Glossarial Index. By R. Morris, LL.D., and W. W. Skeat, M.A.

Part I. *In the Press.*

Part II. From Robert of Gloucester to Gower (A.D. 1298 to A.D. 1393). *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

Specimens of English Literature, from the 'Ploughmans Crede' to the 'Shepheardes Calender' (A.D. 1394 to A.D. 1579). With Introduction, Notes, and Glossarial Index. By W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

The Vision of William concerning Piers the Plowman, by William Langland. Edited, with Notes, by W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d.

Chaucer. The Prioresses Tale; Sir Thopas; The Monkes Tale; The Clerkes Tale; The Squieres Tale, &c. Edited by W. W. Skeat, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d.

Chaucer. The Tale of the Man of Lawe; The Pardoneres Tale; The Second Nonnes Tale; The Chanouns Yemannes Tale. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d. (See also p. 22.)

Old English Drama. Marlowe's Tragical History of Dr. Faustus, and **Greene's** Honourable History of Friar Bacon and Friar Bungay. Edited by A. W. Ward, M.A., Professor of History and English Literature in Owens College, Manchester. 1878. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5s. 6d.

Marlowe. Edward II. With Introduction, Notes, &c. By O. W. Tancock, M.A., Head Master of Norwich School. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s.

Shakespeare. Hamlet. Edited by W. G. Clark, M.A., and W. Aldis Wright, M.A. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 2s.

Shakespeare. Select Plays. Edited by W. Aldis Wright, M.A. Extra fcap. 8vo. *stiff covers.*

The Tempest, 1s. 6d.	King Lear, 1s. 6d.
As You Like It, 1s. 6d.	A Midsummer Night's Dream, 1s. 6d.
Julius Cæsar, 2s.	Coriolanus, 2s. 6d.
Richard the Third, 2s. 6d.	Henry the Fifth. *In the Press.*

(For other Plays, see p. 23.)

Milton. Areopagitica. With Introduction and Notes. By J. W. Hales, M.A., late Fellow of Christ's College, Cambridge. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s.

Bunyan. Holy War, Life and Death of Mr. Badman, &c. Edited by E. Venables, M.A. *In Preparation.* (See also p. 23.)

Locke on the Conduct of the Understanding. Edited by T. Fowler, M.A., Professor of Logic in the University of Oxford. *In Preparation.*

Addison. Selections from Papers in the Spectator. With Notes. By T. Arnold, M.A., University College. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6*d.*

Burke. Four Letters on the Proposals for Peace with the Regicide Directory of France. Edited, with Introduction and Notes, by E. J. Payne, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 5s. (See also p. 23.)

Also the following in paper covers :—

Goldsmith. The Deserted Village. 2*d.*

Gray. Elegy, and Ode on Eton College. 2*d.*

Johnson. Vanity of Human Wishes. With Notes by E. J. Payne, M.A. 4*d.*

Keats. Hyperion, Book I. With Notes by W. T. Arnold, B.A. 4*d.*

Milton. With Notes by R. C. Browne, M.A.
Lycidas, 3*d.* L'Allegro, 3*d.* Il Penseroso, 4*d.* Comus, 6*d.*
Samson Agonistes, 6*d.*

Parnell. The Hermit. 2*d.*

A SERIES OF ENGLISH CLASSICS,

Designed to meet the wants of Students in English Literature, by the late Rev. J. S. BREWER, M.A., *of Queen's College, Oxford, and Professor of English Literature at King's College, London.*

1. **Chaucer.** The Prologue to the Canterbury Tales; The Knightes Tale; The Nonne Prestes Tale. Edited by R. Morris, Editor of Specimens of Early English, &c., &c. *Sixth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6*d.* (See also p. 21.)

2. **Spenser's Faery Queene.** Books I and II. Designed chiefly for the use of Schools. With Introduction, Notes, and Glossary. By G. W. Kitchin, M.A.
   Book I. *Eighth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6*d.*
   Book II. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6*d.*

3. **Hooker.** Ecclesiastical Polity, Book I. Edited by R. W. Church, M.A., Dean of St. Paul's; formerly Fellow of Oriel College, Oxford. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s.

4. **Shakespeare.** Select Plays. Edited by W. G. Clark, M.A., Fellow of Trinity College, Cambridge; and W. Aldis Wright, M.A., Trinity College, Cambridge. Extra fcap. 8vo. *stiff covers.*

I. The Merchant of Venice. 1*s.*

II. Richard the Second. 1*s.* 6*d.*

III. Macbeth. 1*s.* 6*d.* (For other Plays, see p. 21.)

5. **Bacon.**

I. Advancement of Learning. Edited by W. Aldis Wright, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo, *cloth*, 4*s.* 6*d.*

II. The Essays. With Introduction and Notes. By J. R. Thursfield, M.A., Fellow and formerly Tutor of Jesus College, Oxford.

6. **Milton.** Poems. Edited by R. C. Browne, M.A. 2 vols. *Fourth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s.* 6*d.*

Sold separately, Vol. I. 4*s.*; Vol. II. 3*s.* (See also p. 22.)

7. **Dryden.** Select Poems. Stanzas on the Death of Oliver Cromwell; Astræa Redux; Annus Mirabilis; Absalom and Achitophel; Religio Laici; The Hind and the Panther. Edited by W. D. Christie, M.A. *Second Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 3*s.* 6*d.*

8. **Bunyan.** The Pilgrim's Progress, Grace Abounding, Relation of the Imprisonment of Mr. John Bunyan. Edited, with Biographical Introduction and Notes, by E. Venables, M.A. 1879. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s.*

9. **Pope.** With Introduction and Notes. By Mark Pattison, B.D., Rector of Lincoln College, Oxford.

I. Essay on Man. *Sixth Edition.* Extra fcap. 8vo. 1*s.* 6*d.*

II. Satires and Epistles. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. 2*s.*

10. **Johnson.** Rasselas; Lives of Pope and Dryden. Edited by Alfred Milnes, B.A. (London), late Scholar of Lincoln College, Oxford. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s.* 6*d.*

11. **Burke.** Select Works. Edited, with Introduction and Notes, by E. J. Payne, M.A., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law, and Fellow of University College, Oxford.

I. Thoughts on the Present Discontents; the two Speeches on America. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s.* 6*d.*

II. Reflections on the French Revolution. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s.* (See also p. 22.)

12. **Cowper.** Edited, with Life, Introductions, and Notes, by H. T. Griffith, B.A., formerly Scholar of Pembroke College, Oxford.

I. The Didactic Poems of 1782, with Selections from the Minor Pieces, A.D. 1779–1783. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s.*

II. The Task, with Tirocinium, and Selections from the Minor Poems, A.D. 1784–1799. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s.*

II. LATIN.

An Elementary Latin Grammar. By John B. Allen, M.A., Head Master of Perse Grammar School, Cambridge. *Third Edition, Revised and Corrected.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

A First Latin Exercise Book. By the same Author. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Anglice Reddenda, or Easy Extracts, Latin and Greek, for Unseen Translation. By C. S. Jerram, M.A. *Second Edition, Revised and Enlarged.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Passages for Translation into Latin. For the use of Passmen and others. Selected by J. Y. Sargent, M.A., Fellow and Tutor of Magdalen College, Oxford. *Fifth Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

First Latin Reader. By T. J. Nunns, M.A. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s.

Second Latin Reader. *In Preparation.*

Caesar. The Commentaries (for Schools). With Notes and Maps. By Charles E. Moberly, M.A.

Part I. The Gallic War. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d.

Part II. The Civil War. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s. 6d.

The Civil War. Book I. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s.

Cicero. Selection of interesting and descriptive passages. With Notes. By Henry Walford, M.A. In three Parts. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d. *Each Part separately, limp,* 1s. 6d.

Part I. Anecdotes from Grecian and Roman History.

Part II. Omens and Dreams: Beauties of Nature.

Part III. Rome's Rule of her Provinces.

Cicero. Selected Letters (for Schools). With Notes. By the late C. E. Prichard, M.A., and E. R. Bernard, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s.

Cicero. Select Orations (for Schools). With Notes. By J. R. King, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Cornelius Nepos. With Notes. By Oscar Browning, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Livy. Selections (for Schools). With Notes and Maps. By H. Lee-Warner, M.A. Extra fcap. 8vo. *In Parts, limp, each* 1s. 6d.

Part I. The Caudine Disaster.

Part II. Hannibal's Campaign in Italy.

Part III. The Macedonian War.

Ovid. Selections for the use of Schools. With Introductions and Notes, and an Appendix on the Roman Calendar. By W. Ramsay, M.A. Edited by G. G. Ramsay, M.A., Professor of Humanity, Glasgow. *Second Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 5*s.* 6*d.*

Pliny. Selected Letters (for Schools). With Notes. By the late C. E. Prichard, M.A., and E. R. Bernard, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3*s.*

Virgil. Edited with Notes, etc., by T. L. Papillon, M.A., Fellow of New College, Oxford. *In Preparation.*

Catulli Veronensis Liber. Iterum recognovit, apparatum criticum prolegomena appendices addidit, Robinson Ellis, A.M. 1878. Demy 8vo. *cloth,* 16*s.*

A Commentary on Catullus. By Robinson Ellis, M.A. 1876. Demy 8vo. *cloth,* 16*s.*

Catulli Veronensis Carmina Selecta, secundum recognitionem Robinson Ellis, A.M. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3*s.* 6*d.*

Cicero de Oratore. With Introduction and Notes, by A. S. Wilkins, M.A., Professor of Latin, Owens College, Manchester. Book I. 1879. 8vo. *cloth,* 6*s.* Book II. *In the Press.*

Cicero's Philippic Orations. With Notes. By J. R. King, M.A. *Second Edition.* 1879. 8vo. *cloth,* 10*s.* 6*d.*

Cicero. Select Letters. With English Introductions, Notes, and Appendices. By Albert Watson, M.A. *Second Edition.* 1874. Demy 8vo. *cloth,* 18*s.*

Cicero. Select Letters. *Text.* By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4*s.*

Cicero pro Cluentio. With Introduction and Notes. By W. Ramsay, M.A. Edited by G. G. Ramsay, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3*s.* 6*d.*

Horace. With a Commentary. Volume I. The Odes, Carmen Seculare, and Epodes. By Edward C. Wickham, M.A., Head Master of Wellington College. *Second Edition.* 1877. 8vo. *cloth,* 12*s.*

Also a small edition for Schools.

Livy, Books I–X. By J. R. Seeley, M.A., Regius Professor of Modern History, Cambridge. Book I. *Second Edition.* 1874. 8vo. *cloth,* 6*s.*

Also a small edition for Schools.

Persius. The Satires. With a Translation and Commentary. By John Conington, M.A. Edited by Henry Nettleship, M.A. *Second Edition.* 1874. 8vo. *cloth,* 7*s.* 6*d.*

Selections from the less known Latin Poets. By North Pinder, M.A. 1869. Demy 8vo. *cloth*, 15*s*.

Fragments and Specimens of Early Latin. With Introductions and Notes. 1874. By John Wordsworth, M.A. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Tacitus. The Annals. Books I–VI. With Essays and Notes. By T. F. Dallin, M.A., Tutor of Queen's College, Oxford. *Preparing.*

Vergil: Suggestions Introductory to a Study of the Aeneid. By H. Nettleship, M.A. 8vo. *sewed*, 1*s*. 6*d*.

Ancient Lives of Vergil; with an Essay on the Poems of Vergil, in connection with his Life and Times. By H. Nettleship, M.A. 8vo. *sewed*, 2*s*.

The Roman Satura: its original form in connection with its literary development. By H. Nettleship, M.A. 8vo. *sewed*, 1*s*.

A Manual of Comparative Philology. By T. L. Papillon, M.A., Fellow and Lecturer of New College. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 6*s*.

The Roman Poets of the Augustan Age. By William Young Sellar, M.A., Professor of Humanity in the University of Edinburgh. VIRGIL. 1877. 8vo. *cloth*, 14*s*.

The Roman Poets of the Republic. By the same Author. *In the Press.*

III. GREEK.

A Greek Primer, for the use of beginners in that Language. By the Right Rev. Charles Wordsworth, D.C.L., Bishop of St. Andrews. *Sixth Edition, Revised and Enlarged.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

Graecae Grammaticae Rudimenta in usum Scholarum. Auctore Carolo Wordsworth, D.C.L. *Nineteenth Edition*, 1877. 12mo. *bound*, 4*s*.

A Greek-English Lexicon, abridged from Liddell and Scott's 4to. edition, chiefly for the use of Schools. *Eighteenth Edition. Carefully Revised throughout.* 1879. Square 12mo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Greek Verbs, Irregular and Defective; their forms, meaning, and quantity; embracing all the Tenses used by Greek writers, with references to the passages in which they are found. By W. Veitch. *Fourth Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

The Elements of Greek Accentuation (for Schools): abridged from his larger work by H. W. Chandler, M.A., Waynflete Professor of Moral and Metaphysical Philosophy, Oxford. Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

A Series of Graduated Greek Readers;—

First Greek Reader. By W. G. Rushbrooke, M.L., formerly Fellow of St. John's College, Cambridge, Second Classical Master at the City of London School. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6*d.*

Second Greek Reader. By A. M. Bell, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s. 6*d.*

Third Greek Reader. *In Preparation.*

Fourth Greek Reader; being Specimens of Greek Dialects. With Introductions and Notes. By W. W. Merry, M.A., Fellow and Lecturer of Lincoln College. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6*d.*

Fifth Greek Reader. Part I. Selections from Greek Epic and Dramatic Poetry, with Introductions and Notes. By Evelyn Abbott, M.A., Fellow of Balliol College. Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6*d.*

Part II. By the same Editor. *In Preparation.*

The Golden Treasury of Ancient Greek Poetry; being a Collection of the finest passages in the Greek Classic Poets, with Introductory Notices and Notes. By R. S. Wright, M.A., Fellow of Oriel College, Oxford. Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 8s. 6*d.*

A Golden Treasury of Greek Prose, being a collection of the finest passages in the principal Greek Prose Writers, with Introductory Notices and Notes. By R. S. Wright, M.A., and J. E. L. Shadwell, M.A. Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6*d.*

Aeschylus. Prometheus Bound (for Schools). With Introduction and Notes, by A. O. Prickard, M.A., Fellow of New College. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s.

Aeschylus. Agamemnon (for Schools), with Introduction and Notes by Arthur Sidgwick, M.A., Lecturer at Corpus Christi College, Oxford; late Assistant Master at Rugby School, and Fellow of Trinity College, Cambridge.

Aristophanes. In Single Plays, edited, with English Notes, Introductions, etc., by W. W. Merry, M.A. Extra fcap. 8vo.

The Clouds, 2s. The Acharnians, 2s. *Just Published.*

Other Plays will follow.

Arrian. Selections (for Schools). With Notes. By J. S. Phillpotts, B.C.L., Head Master of Bedford School.

Cebes. Tabula. With Introduction and Notes by C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6*d.*

Euripides. Alcestis (for Schools). By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6*d.*

Euripides. Helena (for Schools). By the same Editor. *In the Press.*

Herodotus. Selections from. Edited, with Introduction, Notes, and a Map, by W. W. Merry, M.A., Fellow and Lecturer of Lincoln College. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6*d*.

Homer. Odyssey, Books I—XII (for Schools). By W. W. Merry, M.A. *Nineteenth Thousand.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.
Book II, *separately*, 1*s*. 6*d*.

Homer. Odyssey, Books XIII–XXIV (for Schools). By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Homer. Iliad, Book I (for Schools). By D. B. Monro, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*.

Homer. Iliad, Book XXI. Edited with Notes, etc., for the use of Schools, by Herbert Hailstone, M.A., late Scholar of St. Peter's College, Cambridge. Extr. fcap. 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

Lucian. Vera Historia (for Schools). By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

Plato. Selections (for Schools). With Notes. By B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek; and J. Purves, M.A., Fellow and late Lecturer of Balliol College, Oxford. *In the Press.*

Sophocles. In Single Plays, with English Notes, &c. By Lewis Campbell, M.A., and Evelyn Abbott, M.A. Extra fcap. 8vo. *limp.*

Oedipus Rex,	Oedipus Coloneus,		Antigone, 1*s*. 9*d*. each.
Ajax,	Electra,	Trachiniae,	Philoctetes, 2*s*. each.

Sophocles. Oedipus Rex: Dindorf's Text, with Notes by the present Bishop of St. David's. Ext. fcap. 8vo. *limp*, 1*s*. 6*d*.

Theocritus (for Schools). With Notes. By H. Kynaston, M.A. (late Snow), Head Master of Cheltenham College. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Xenophon. Easy Selections (for Junior Classes). With a Vocabulary, Notes, and Map. By J. S. Phillpotts, B.C.L., and C. S. Jerram, M.A. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Xenophon. Selections (for Schools). With Notes and Maps. By J. S. Phillpotts, B.C.L., Head Master of Bedford School. *Fourth Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Xenophon. Anabasis, Book II. With Notes and Map. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*.

Aristotle's Politics. By W. L. Newman, M.A., Fellow of Balliol College, Oxford.

Aristotelian Studies. I. On the Structure of the Seventh Book of the Nicomachean Ethics. By J. C. Wilson, M.A., Fellow of Oriel College, Oxford. 1879. Medium 8vo. *stiff*, 5*s*.

Demosthenes and Aeschines. The Orations of Demosthenes and Æschines on the Crown. With Introductory Essays and Notes. By G. A. Simcox, M.A., and W. H. Simcox, M.A. 1872. 8vo. *cloth*, 12*s*.

Homer. Odyssey, Books I–XII. Edited with English Notes, Appendices, etc. By W. W. Merry, M.A., and the late James Riddell, M.A. 1876. Demy 8vo. *cloth*, 16*s*.

Homer. Odyssey, Books XIII–XXIV. With Introduction and Notes. By S. H. Butcher, M.A., Fellow of University College.

Homer. Iliad. With Introduction and Notes. By D. B. Monro, M.A., Vice-Provost of Oriel College, Oxford. *Preparing.*

A Homeric Grammar. By D. B. Monro, M.A. *In the Press.*

Sophocles. The Plays and Fragments. With English Notes and Introductions, by Lewis Campbell, M.A., Professor of Greek, St. Andrews, formerly Fellow of Queen's College, Oxford. 2 vols.

Vol. I. Oedipus Tyrannus. Oedipus Coloneus. Antigone. *Second Edition.* 1879. 8vo. *cloth*, 16*s*. Vol. II. *In the Press.*

Sophocles. The Text of the Seven Plays. By the same Editor. Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

A Handbook of Greek Inscriptions, illustrative of Greek History. By E. L. Hicks, M.A., formerly Fellow of Corpus Christi College, Oxford. *In Preparation.*

IV. FRENCH.

An Etymological Dictionary of the French Language, with a Preface on the Principles of French Etymology. By A. Brachet. Translated into English by G. W. Kitchin, M.A. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Brachet's Historical Grammar of the French Language. Translated into English by G. W. Kitchin, M.A. *Fourth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Historical Outlines of French Literature. By George Saintsbury, M.A. *In Preparation.*

A Primer of French Literature. By the same Author. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*.

French Classics, Edited by GUSTAVE MASSON, B.A.

Corneille's Cinna, and **Molière's** Les Femmes Savantes. With Introduction and Notes. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Racine's Andromaque, and **Corneille's** Le Menteur. With Louis Racine's Life of his Father. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Molière's Les Fourberies de Scapin, and **Racine's** Athalie. With Voltaire's Life of Molière. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Selections from the Correspondence of **Madame de Sévigné** and her chief Contemporaries. Intended more especially for Girls' Schools. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*.

Voyage autour de ma Chambre, by **Xavier de Maistre**; Ourika, by **Madame de Duras**; La Dot de Suzette, by **Fievée**; Les Jumeaux de l'Hôtel Corneille, by **Edmond About**; Mésaventures d'un Écolier, by **Rodolphe Töpffer**. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Regnard's Le Joueur, and **Brueys** and **Palaprat's** Le Grondeur. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Louis XIV and his Contemporaries; as described in Extracts from the best Memoirs of the Seventeenth Century. With English Notes, Genealogical Tables, &c. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

V. GERMAN.

LANGE'S *German Course. By* HERMANN LANGE, *Teacher of Modern Languages, Manchester:*

The Germans at Home; a Practical Introduction to German Conversation, with an Appendix containing the Essentials of German Grammar. *Second Edition.* 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

The German Manual; a German Grammar, a Reading Book, and a Handbook of German Conversation. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

A Grammar of the German Language. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

This 'Grammar' is a reprint of the Grammar contained in 'The German Manual,' and, in this separate form, is intended for the use of students who wish to make themselves acquainted with German Grammar chiefly for the purpose of being able to read German books.

German Composition; Extracts from English and American writers for Translation into German, with Hints for Translation in foot-notes. *In the Press.*

Lessing's Laokoon. With Introduction, English Notes, etc. By A. HAMANN, Phil. Doc., M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Wilhelm Tell. A Drama. By Schiller. Translated into English Verse by E. Massie, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Also, *Edited by* C. A. BUCHHEIM, *Phil. Doc., Professor in King's College, London:*

Goethe's Egmont. With a Life of Goethe, &c. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*.

Schiller's Wilhelm Tell. With a Life of Schiller; an historical and critical Introduction, Arguments, and a complete Commentary. *Fourth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Lessing's Minna von Barnhelm. A Comedy. With a Life of Lessing, Critical Analysis, Complete Commentary, &c. *Fourth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Schiller's Historische Skizzen; Egmonts Leben und Tod, and Belagerung von Antwerpen. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.* 6*d.*

Goethe's Iphigenie auf Tauris. A Drama. With a Critical Introduction and Notes. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3*s.*

In Preparation.

Schiller's Maria Stuart. With Notes, Introduction, &c.

Schiller's Jungfrau von Orleans. With Notes, Introduction, &c.

Selections from the Poems of **Schiller** and **Goethe.**

Becker's (K. F.) Friedrich der Grosse.

A German Reader, in Three Parts. Part I. *In the Press.*

VI. MATHEMATICS, &c.

Figures Made Easy: a first Arithmetic Book. (Introductory to 'The Scholar's Arithmetic.') By Lewis Hensley, M.A., formerly Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. Crown 8vo. *cloth,* 6*d.*

Answers to the Examples in Figures made Easy, together with two thousand additional Examples formed from the Tables in the same, with Answers. By the same Author. Crown 8vo. *cloth,* 1*s.*

The Scholar's Arithmetic; with Answers to the Examples. By the same Author. Crown 8vo. *cloth,* 4*s.* 6*d.*

The Scholar's Algebra. An Introductory work on Algebra. By the same Author. Crown 8vo. *cloth,* 4*s.* 6*d.*

Book-keeping. By R. G. C. Hamilton, Financial Assistant Secretary to the Board of Trade, and John Ball (of the Firm of Quilter, Ball, & Co.), Co-Examiners in Book-keeping for the Society of Arts. *New and enlarged Edition.* Extra fcap. 8vo. *limp cloth,* 2*s.*

A Course of Lectures on Pure Geometry. By Henry J. Stephen Smith, M.A., F.R.S., Fellow of Corpus Christi College, and Savilian Professor of Geometry in the University of Oxford.

Acoustics. By W. F. Donkin, M.A., F.R.S., Savilian Professor of Astronomy, Oxford. 1870. Crown 8vo. *cloth,* 7*s.* 6*d.*

A Treatise on Electricity and Magnetism. By J. Clerk Maxwell, M.A., F.R.S., Professor of Experimental Physics in the University of Cambridge. A New Edition in the Press, edited by W. D. Niven, M.A., Fellow of Trinity College, Cambridge.

An Elementary Treatise on the same subject. Edited, from the materials left by Professor Clerk Maxwell, by W. Garnett, M.A., Fellow of St. John's College, Cambridge. *Preparing.*

A Treatise on Statics. By G. M. Minchin, M.A., Professor of Applied Mathematics in the Indian Engineering College, Cooper's Hill. *Second Edition, Revised and Enlarged.* 1879. 8vo. *cloth,* 14*s.*

A Treatise on the Kinetic Theory of Gases. By Henry William Watson, M.A., formerly Fellow of Trinity College, Cambridge. 1876. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

A Treatise on the Application of Generalised Coordinates to the Kinetics of a Material System. By H. W. Watson, M.A., and S. H. Burbury, M.A., formerly Fellow of St. John's College, Cambridge. 1879. 8vo. *cloth*, 6*s*.

Geodesy. By Colonel Alexander Ross Clarke, C.B., R.E. 1880. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

VII. PHYSICAL SCIENCE.

A Handbook of Descriptive Astronomy. By G. F. Chambers, F.R.A.S. *Third Edition.* 1877. Demy 8vo. *cloth*, 28*s*.

A Cycle of Celestial Objects. An enlarged and revised edition of vol. II. of Admiral Smyth's work. By G. F. Chambers, F.R.A.S. *In the Press.*

Chemistry for Students. By A. W. Williamson, Phil. Doc., F.R.S., Professor of Chemistry, University College, London. *A new Edition, with Solutions.* 1873. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

A Treatise on Heat, with numerous Woodcuts and Diagrams. By Balfour Stewart, LL.D., F.R.S., Professor of Natural Philosophy in Owens College, Manchester. *Third Edition.* 1876. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Lessons on Thermodynamics. By R. E. Baynes, M.A., Senior Student of Christ Church, Oxford, and Lee's Reader in Physics. 1878. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Forms of Animal Life. By G. Rolleston, M.D., F.R.S., Linacre Professor of Physiology, Oxford. Illustrated by Descriptions and Drawings of Dissections. Demy 8vo. *cloth*, 16*s*.

Exercises in Practical Chemistry. Vol. I. Elementary Exercises. By A. G. Vernon Harcourt, M.A., F.R.S., Senior Student of Christ Church, and Lee's Reader in Chemistry; and H. G. Madan, M.A., Fellow of Queen's College, Oxford. *Third Edition.* Revised by H. G. Madan, M.A. Crown 8vo. *cloth*, 9*s*.

Crystallography. By M. H. N. Story-Maskelyne, M.A., Professor of Mineralogy, Oxford; and Deputy Keeper in the Department of Minerals, British Museum. *In the Press.*

VIII. HISTORY.

The Constitutional History of England, in its Origin and Development. By William Stubbs, D.D., Regius Professor of Modern History. *Library Edition.* Three vols. demy 8vo. *cloth*, 2*l*. 8*s*.

Also in 3 vols. crown 8vo. price 12*s*. each.

Select Charters and other Illustrations of English Constitutional History, from the Earliest Times to the Reign of Edward I. Arranged and Edited by W. Stubbs, M.A. *Third Edition.* 1876. Crown 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

A History of England, principally in the Seventeenth Century. By Leopold Von Ranke. Translated by Resident Members of the University of Oxford, under the superintendence of G. W. Kitchin, M.A., and C. W. Boase, M.A. 1875. 6 vols. 8vo. *cloth*, 3*l*. 3*s*.

A Short History of the Norman Conquest of England. By E. A. Freeman, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Genealogical Tables illustrative of Modern History. By H. B. George, M.A. *Second Edition.* Small 4to. *cloth*, 12*s*.

A History of France. With numerous Maps, Plans, and Tables. By G. W. Kitchin, M.A. *In Three Volumes.* 1873–77. Crown 8vo. *cloth*, each 10*s*. 6*d*.

Vol. 1. Down to the Year 1453. Vol. 2. From 1453–1624.
Vol. 3. From 1624–1793.

A History of Germany and of the Empire, down to the close of the Middle Ages. By J. Bryce, D.C.L., Regius Professor of Civil Law in the University of Oxford.

A History of British India. By S. J. Owen, M.A., Reader in Indian History in the University of Oxford.

A Selection from the Despatches, Treaties, and other Papers of the Marquess Wellesley, K.G., during his Government of India. Edited by S. J. Owen, M.A., formerly Professor of History in the Elphinstone College, Bombay. 1877. 8vo. *cloth*, 1*l*. 4*s*.

A Selection from the Despatches, Treaties, and other Papers relating to India of Field-Marshal the Duke of Wellington, K.G. By the same Editor. 8vo. *cloth*, 24*s*. *Just Published.*

A History of the United States of America. By E. J. Payne, M.A., Barrister-at-Law, and Fellow of University College, Oxford. *In the Press.*

A History of Greece from its Conquest by the Romans to the present time, B.C. 146 to A.D. 1864. By George Finlay, LL.D. A new Edition, revised throughout, and in part re-written, with considerable additions, by the Author, and Edited by H. F. Tozer, M.A., Tutor and late Fellow of Exeter College, Oxford. 1877. 7 vols. 8vo. *cloth*, 3*l*. 10*s*.

A Manual of Ancient History. By George Rawlinson, M.A., Camden Professor of Ancient History, formerly Fellow of Exeter College, Oxford. *Second Edition.* Demy 8vo. *cloth*, 14*s*.

A History of Greece. By E. A. Freeman, M.A., formerly Fellow of Trinity College, Oxford.

Italy and her Invaders, A.D. 376–476. By T. Hodgkin, Fellow of University College, London. Illustrated with Plates and Maps. 2 vols. 8vo. *cloth*, 1*l*. 12*s*.

IX. LAW.

The Elements of Jurisprudence. By Thomas Erskine Holland, D.C.L., Chichele Professor of International Law and Diplomacy, and Fellow of All Souls College, Oxford. 1880. Demy 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

The Institutes of Justinian, edited as a recension of the Institutes of Gaius. By the same Editor. 1873. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Gaii Institutionum Juris Civilis Commentarii Quatuor; or, Elements of Roman Law by Gaius. With a Translation and Commentary by Edward Poste, M.A., Barrister-at-Law, and Fellow of Oriel College, Oxford. *Second Edition.* 1875. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Select Titles from the Digest of Justinian. By T. E. Holland, D.C.L., Chichele Professor of International Law and Diplomacy, and Fellow of All Souls' College, Oxford, and C. L. Shadwell, B.C.L., Fellow of Oriel College, Oxford. *In four Parts.*

Part I. Introductory Titles. 8vo. *sewed*, 2*s*. 6*d*.
Part II. Family Law. 8vo. *sewed*, 1*s*.
Part III. Property Law. 8vo. *sewed*, 2*s*. 6*d*.
Part IV. Law of Obligations (No. 1). 8vo. *sewed*, 3*s*. 6*d*.

An Introduction to the Principles of Morals and Legislation. By Jeremy Bentham. Crown 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Elements of Law considered with reference to Principles of General Jurisprudence. By William Markby, M.A., Judge of the High Court of Judicature, Calcutta. *Second Edition, with Supplement.* 1874. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*. Supplement *separately*, 2*s*.

Alberici Gentilis, I. C. D., I. C. Professoris Regii, De Iure Belli Libri Tres. Edidit Thomas Erskine Holland I. C. D., Iuris Gentium Professor Chicheleianus, Coll. Omn. Anim. Socius, necnon in Univ. Perusin. Iuris Professor Honorarius. 1877. Small 4to. *half morocco*, 21*s*.

International Law. By William Edward Hall, M.A., Barrister-at-Law. Demy 8vo. *cloth*, 21*s*.

An Introduction to the History of the Law of Real Property, with original Authorities. By Kenelm E. Digby, M.A., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law. *Second Edition.* 1876. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Principles of the English Law of Contract. By Sir William R. Anson, Bart., B.C.L., Vinerian Reader of English Law, and Fellow of All Souls College, Oxford. 1879. Crown 8vo. *cloth*, 9*s*.

X. MENTAL AND MORAL PHILOSOPHY.

Bacon. Novum Organum. Edited, with Introduction, Notes, &c., by T. Fowler, M.A., Professor of Logic in the University of Oxford. 1878. 8vo. *cloth*, 14*s*.

Locke on the Conduct of the Understanding. Edited by T. Fowler, M.A., Professor of Logic in the University of Oxford. *In Preparation.*

Selections from Berkeley, with an Introduction and Notes. For the use of Students in the Universities. By Alexander Campbell Fraser, LL.D. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*. (*See also* p. 18.)

The Elements of Deductive Logic, designed mainly for the use of Junior Students in the Universities. By T. Fowler, M.A., Professor of Logic in the University of Oxford. *Seventh Edition*, with a Collection of Examples. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

The Elements of Inductive Logic, designed mainly for the use of Students in the Universities. By the same Author. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s*.

A Manual of Political Economy, for the use of Schools. By J. E. Thorold Rogers, M.A., formerly Professor of Political Economy, Oxford. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

XI. ART, &c.

A Handbook of Pictorial Art. By R. St. J. Tyrwhitt, M.A., formerly Student and Tutor of Christ Church, Oxford. With coloured Illustrations, Photographs, and a chapter on Perspective by A. Macdonald. *Second Edition.* 1875. 8vo. *half morocco*, 18*s*.

A Music Primer for Schools. By J. Troutbeck, M.A., Music Master in Westminster School, and R. F. Dale, M.A., B. Mus., Assistant Master in Westminster School. Crown 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

A Treatise on Harmony. By Sir F. A. Gore Ouseley, Bart., Professor of Music in the University of Oxford. *Second Edition.* 4to. *cloth*, 10*s*.

A Treatise on Counterpoint, Canon, and Fugue, based upon that of Cherubini. By the same Author. *Second Edition.* 4to. *cloth*, 16*s*.

A Treatise on Musical Form and General Composition. By the same Author. 4to. *cloth*, 10*s*.

The Cultivation of the Speaking Voice. By John Hullah. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

XII. MISCELLANEOUS.

The Construction of Healthy Dwellings; namely Houses, Hospitals, Barracks, Asylums, etc. By Douglas Galton, late Royal Engineers, C.B., F.R.S., etc. Demy 8vo. *cloth*, 10s. 6*d*.

River and Canal Engineering. By Leveson Francis Vernon Harcourt, M.A., C.E. *Preparing*.

A System of Physical Education: Theoretical and Practical. By Archibald Maclaren. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7s. 6*d*.

Specimens of Lowland Scotch and Northern English. By Dr. J. A. H. Murray. *Preparing*.

English Plant Names from the Tenth to the Fifteenth Century. By J. Earle, M.A. Small fcap. 8vo. *cloth*, 5s.

An Icelandic Prose Reader, with Notes, Grammar, and Glossary by Dr. Gudbrand Vigfusson and F. York Powell, M.A. 1879. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 10s. 6*d*.

Dante. Selections from the Inferno. With Introduction and Notes. By H. B. Cotterill, B.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6*d*.

Tasso. La Gerusalemme Liberata. Cantos i, ii. With Introduction and Notes. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6*d*.

The Modern Greek Language in its relation to Ancient Greek. By E. M. Geldart, B.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6*d*.

The Book of Tobit. A Chaldee Text, from a unique MS. in the Bodleian Library; with other Rabbinical Texts, English Translations, and the Itala. Edited by Ad. Neubauer, M.A. 1878. Crown 8vo. *cloth*, 6s.

A Commentary on the Book of Proverbs. Attributed to Abraham Ibn Ezra. Edited from a Manuscript in the Bodleian Library by S. R. Driver, M.A. Crown 8vo. *paper cover*, 3s. 6*d*. *Just published.*

Outlines of Textual Criticism applied to the New Testament. By C. E. Hammond, M.A., Fellow and Tutor of Exeter College, Oxford. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s. 6*d*.

A Handbook of Phonetics, including a Popular Exposition of the Principles of Spelling Reform. By Henry Sweet, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6*d*.

LONDON: HENRY FROWDE,
OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE, 7 PATERNOSTER ROW,
OXFORD: CLARENDON PRESS DEPOSITORY,
116 HIGH STREET.

The DELEGATES OF THE PRESS *invite suggestions and advice from all persons interested in education; and will be thankful for hints, &c. addressed to the* SECRETARY TO THE DELEGATES, *Clarendon Press, Oxford.*

THE OXFORD BIBLE FOR TEACHERS.

Six Editions printed on best Rag-made printing paper.

of obedience.

› thy | ᵘ ver. 40. Ps. 143. 11.
thou
ıtes. | ˣ ver. 12. Ps. 25. 4. & 27. 11.
way | & 86. 11.
lk of | ʸ Ps. 145. 5, 6.
ness : | ᶻ Ps. 107.

— Width of Margin. —

No. 1. Minion Small 4to.

(9¼ x 7 x 1¾ *inches.*)

A Superb Edition, with Wide Margins for Manuscript Notes.

Cloth boards, red edges	0	12	0
Persian morocco, limp, red under gold edges	0	18	0
Best Turkey morocco, limp . . .	1	4	0
Best Turkey morocco, circuit edges .	1	10	0
Levant Morocco, lined calf, with flap edges	1	16	0

IS. *and professions of obedience.*

ıuicken thou me according to thy
ɔrd. | ᵘ ver. 40. Ps. 143. 11.
6 I have declared my ways, and thou
ardest me: ˣ teach me thy statutes. | ˣ ver. 12. Ps. 25. 4. & 27. 11.
7 Make me to understand the way
thy precepts: so ʸ shall I talk of | & 86. 11.
y wondrous works. | ʸ Ps. 145. 5, 6.

No. 2. Minion Crown 8vo.

(7¾ x 5¼ x 1⅝ *inches.*)

Cloth boards, red edges	0	8	0
French morocco, gilt edges . . .	0	10	0
Paste Grain morocco, limp . . .	0	10	6
French morocco, circuit edges . .	0	12	0
Best Turkey morocco, limp . . .	0	15	0
Best Turkey morocco, circuit edges .	0	19	6
Levant morocco, calf lined, with flap edges	1	1	0

ALMS. *and professions of obedience.*

DALETH.

25 ᵗ My soul cleaveth unto the dust: | ᵗ Ps. 44. 25.
ᵘ quicken thou me according to thy | ᵘ ver. 40.
word. | Ps. 143. 11.
26 I have declared my ways, and
thou heardest me: ˣ teach me thy | ˣ ver. 12.
statutes. | Ps. 25. 4.
27 Make me to understand the way | & 27. 11. & 86. 11.
of thy precepts: so ʸ shall I talk of | ʸ Ps. 145. 5, 6.
thy wondrous works.

No. 3. Nonpareil 8vo.

(7 x 4¾ x 1½ *inches.*)

Cloth boards, red edges	0	5	6
French morocco, gilt edges . . .	0	7	0
Paste Grain morocco, limp . . .	0	7	6
French morocco, circuit edges . .	0	9	0
Best Turkey morocco, limp . . .	0	11	0
Best Turkey morocco, circuit edges .	0	13	6
Levant morocco, calf lined, with flap edges	0	18	6

ALMS. *and professions of obedience.*

ᵘ quicken thou me according to thy | ᵘ ver. 40.
word. | Ps. 143. 11.
26 I have declared my ways, and
thou heardest me: ˣ teach me thy | ˣ ver. 12.
statutes. | Ps. 25. 4.
27 Make me to understand the way | & 27. 11. & 86. 11.
of thy precepts: so ʸ shall I talk of | ʸ Ps. 145. 5, 6.
thy wondrous works.

No. 4. Red Line Edition.

Nonpareil 8vo. (7 x 4¾ x 1¼ *inches.*)

Persian morocco, red under gold edges	0	12	0
Best Turkey morocco	0	15	0
Best Turkey morocco, circuit edges .	0	19	0
Levant morocco, calf lined, with flap edges	1	1	0

PSALMS. *and professions of obedience.*

LORD; *endur-* | ᵘ quicken thou me according to thy | ᵘ ver. 40.
word. | Ps. 143. 11.
26 I have declared my ways, and
thou heardest me: ˣ teach me thy | ˣ ver. 12.
statutes. | Ps. 25. 4.
ayers, nees. | 27 Make me to understand the way | & 27. 11. & 86. 11.
of thy precepts: so ʸ shall I talk of | ʸ Ps. 145. 5, 6.
thy wondrous works.

No. 5. Ruby 16mo.

(6½ x 4⅛ x 1⅜ *inches.*)

Cloth boards, red edges	0	4	6
French morocco, gilt edges . . .	0	5	6
Paste Grain morocco, limp . . .	0	6	6
French morocco, circuit edges . .	0	7	6
Best Turkey morocco, limp . . .	0	9	0
Best Turkey morocco, circuit edges .	0	12	0
Levant morocco, lined calf, with flap edges	0	16	0

PSALMS. *and professions of obedience.*

to the LORD; ıercy *endureth* | ᵘ quicken thou me according to thy | ᵘ ver. 40.
word. | Ps. 143. 11.
26 I have declared my ways, and
thou heardest me: ˣ teach me thy | ˣ ver. 12.
ndry prayers, of obedience. | statutes. | Ps. 25. 4.
27 Make me to understand the way | & 27. 11. & 86. 11.
of thy precepts: so ʸ shall I talk of | ʸ Ps. 145. 5, 3.
thy wondrous works.

No. 6. Pearl 16mo.

(5½ x 3¾ x 1⅜ *inches.*)

Cloth boards, red edges	0	3	0
French morocco, gilt edges . . .	0	4	0
Paste Grain morocco, limp . . .	0	4	6
French morocco, circuit edges . .	0	5	0
Best Turkey morocco, limp . . .	0	7	0
Best Turkey morocco, circuit edges .	0	9	0
Levant morocco, lined calf, with flap edges	0	12	0

THE

OXFORD BIBLE FOR TEACHERS

CONTAINS THE FOLLOWING

HELPS TO THE STUDY OF THE BIBLE.

I. NOTES ANALYTICAL, CHRONOLOGICAL, HISTORICAL, GEOGRAPHICAL, ZOOLOGICAL, BOTANICAL, AND GEOLOGICAL.

1. Notes on the Old Testament:—
   - i. Title of the Bible.
   - ii. Hebrew Divisions of the Bible:—
     - (a) The Law.
     - (b) The Prophets.
     - (c) The Scriptures.
   - iii. Divisions of the English Bible:—
     - (a) The Pentateuch.
     - (b) The Historical Books.
     - (c) The Poetical Books.
     - (d) The Prophetical Books.
   - Analysis and Summary of each.
2. Summary of the Interval between the Old and New Testaments.
3. Family of the Herods.
4. Jewish Sects, Parties, &c.
5. Chronology of the Old Testament.
6. Chronology of the Acts and Epistles.
7. Historical Summary.
8. Miracles and Parables of the Old Testament.
9. Miracles and Parables of Our Lord.
10. Names, Titles, and Offices of Christ.
11. Prophecies relating to Christ.
12. Special Prayers found in Scripture.
13. Notes on the New Testament:—
    - i. Early Copies.
    - ii. Divisions of the New Testament:—
      - (a) Constitutional and Historical.
      - (b) Didactic.
      - (c) Prophetic.
    - Analysis and Summary of each.
14. Harmony of the Gospels.
15. Paul's Missionary Journeys.
16. „ Voyage to Rome.
17. Geography and Topography of Palestine.
18. Mountains of Scripture, with their Associations.
19. Rivers and Lakes of Scripture, and Events connected with each.
20. Ethnology of Bible Lands.
21. Quadrupeds named in the Bible, with Description of each.
22. Summary of Mammalia of the Bible.
23. Fisheries of Palestine, with their Products.
24. Aquatic Animals mentioned in the Bible.
25. Birds found in Palestine.
26. Reptiles of Scripture.
27. Insects of Palestine.
28. Trees, Plants, Flowers, &c., of Palestine.
29. Geology of Bible Lands:—
    - i. Mineral Substances, &c.
    - ii. Metals.
    - iii. Precious Stones.
30. Music and Musical Instruments:—
    - i. Stringed Instruments.
    - ii. Wind Instruments.
    - iii. Instruments of Percussion.
31. Tables of Weights, Measures, Time, and Money.
32. The Jewish Year.
33. Words Obsolete or Ambiguous.
34. Words used Symbolically.
35. Blank Leaves for MS. Notes.

II. AN INDEX TO THE HOLY BIBLE.

III. THE NEW OXFORD CONCORDANCE.

IV. DICTIONARY OF SCRIPTURE PROPER NAMES, WITH THEIR PRONUNCIATION, MEANINGS, AND REFERENCES.

V. SCRIPTURE ATLAS (INDEXED).

1.—The Nations of the Ancient World.
2.—Armenia, Assyria, Babylonia, Syria, &c., in the Patriarchal Ages.
3.—Canaan in the Patriarchal Ages.
4.—Egypt and the Sinai Peninsula, illustrating the Journeys of the Israelites to the Promised Land.
5.—Canaan as divided among the Tribes.
6.—Dominions of David and Solomon.
7.—The Kingdoms of Judah and Israel.
8.—Assyria and the Adjacent Lands, illustrating the Captivities.
9.—Jerusalem and its Environs.
10.—Palestine in the Time of Our Saviour.
11.—The Roman Empire in the Apostolic Age.
12.—Map illustrating the Travels of St. Paul.

THE OXFORD BIBLE FOR TEACHERS.

Extracts from Opinions.

"The large collection of varied information which you have appended to the Oxford Bible for Teachers, in a form so readily available for reference, has evidently been compiled with the greatest care; and the testimony which you have received to its accuracy is a guarantee of its high value. I cannot doubt that the volume, in its various forms, will be of great service."—The Archbishop of Canterbury.

"The notion of including in one volume all the helps that a clergyman or teacher would be likely to want for the study of the Bible has never been realised before with the same success that you have attained in the Oxford Bible for Teachers. In the small edition (Ruby 16mo. thin), by the use of paper very skilfully adapted to the purpose, there is a Bible with an Atlas, a Concordance, an Index, and several Tractates on various points of Biblical antiquity, the whole, in a very solid binding, weighing a pound and an ounce: no great weight for what is really a miniature library. The clergy will probably give the preference to the larger book, marked No. 4. This includes the Apocrypha, with all the helps to the use of the Bible that distinguish the series. Its type is excellent. Many clergymen are obliged to write sermons when travelling from place to place. This volume would serve as a small library for that purpose, and not too large for the most moderate portmanteau. I think that this work in some of its forms should be in the hands of every teacher. The atlas is very clear and well printed. The explanatory work and the indices, so far as I have been able to examine them, are very carefully done. I am glad that my own University has, by the preparation of this series of books, taken a new step for the promotion of the careful study of the Word of God. That such will be the effect of the publication I cannot doubt."—The Archbishop of York.

"It would be difficult, I think, to provide for Sunday-School Teachers, or indeed for other students of the Bible, so much valuable information in so convenient a form as is now comprised in the Oxford Bible for Teachers."—The Bishop of London.

"The idea of a series of Bibles in different types, corresponding page for page with one another, is one which the Dean has long wished to see realised for the sake of those who find the type of their familiar copies no longer available . . . . The amount of information compressed into the comparatively few pages of the Appendix is wonderful. And the Dean is glad to hear that the help of such eminent contributors has been available for its compilation. The Concordance seems to be sufficiently full for reference to any text that may be required."—The Dean of Rochester.

"Having by frequent use made myself acquainted with this edition of the Holy Scriptures, I have no hesitation in saying that it is a most valuable book, and that the explanatory matter collected in the various appendices cannot but prove most helpful, both to teachers and learners, in acquiring a more accurate and extensive knowledge of the Word of God."—The Bishop of Lichfield.

"I have examined the Oxford Bible for Teachers with very great care, and congratulate you upon the publication of so valuable a work. It contains within a reasonable compass a large mass of most useful information, arranged so conveniently as to be easily accessible, and its effect will be not merely to aid, but also, I think, to stimulate the studies of the reader. The book is also printed so beautifully, and is so handsome in every way, that I expect it will be greatly sought after, as a most acceptable present to any who are engaged in teaching in our Sunday Schools and elsewhere."—The Dean of Canterbury.

THE OXFORD BIBLE FOR TEACHERS.

Extracts from Opinions (*continued*).

"I have examined with some care a considerable portion of the 'Helps to the Study of the Bible,' which are placed at the end of the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS, and have been much struck with the vast amount of really useful information which has there been brought together in a small compass, as well as the accuracy with which it has been compiled. The botanical and geological notices, the account of the animals of Scripture, &c., seem to be excellent, and the maps are admirable. Altogether, the book cannot fail to be of service, not only to teachers, but to all who cannot afford a large library, or who have not time for much independent study."—THE DEAN OF PETERBOROUGH.

"I have been for some time well aware of the value of the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS, and have been in the habit of recommending it, not only to Sunday-School Teachers, but to more advanced students, on the ground of its containing a large mass of accurate and well-digested information, useful and in many cases indispensable to the thoughtful reader of Holy Scripture; in fact, along with the Bible, a copious Index, and a Concordance complete enough for all ordinary purposes, this one volume includes a series of short but comprehensive chapters equivalent to a small library of Biblical works."—THE BISHOP OF LIMERICK.

"Having examined the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS carefully, I am greatly pleased with it. The 'Helps to the Study of the Bible' at the end contain a great amount of most valuable information, well calculated not only to lead to a good understanding of the text, but to stimulate the student to further efforts. It differs from many publications in this, that the information is so admirably arranged, that it is well suited for reference, and is easily available for the student. The edition would be most useful to Sunday-School Teachers, a great help to those who desire that the young shall have a real knowledge of the Word of God."—THE BISHOP OF CORK.

"The OXFORD BIBLE FOR TEACHERS may, I think, without exaggeration, be described as a wonderful edition of the Holy Scriptures. The clearness and beauty of the type, and the convenient shape of the volume, leave nothing to be desired. I know nothing of the same compass which can be compared to the 'Helps to the Study of the Bible' for fulness of information and general accuracy of treatment. It is only real learning which can accomplish such a feat of compression."—THE BISHOP OF DERRY AND RAPHOE.

"I consider the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS to be simply the most valuable edition of the English Bible ever presented to the public."—THE VEN. ARCHDEACON REICHEL.

"The OXFORD BIBLE FOR TEACHERS is in every respect, as regards type, paper, binding, and general information, the most perfect volume I have ever examined."—THE REV. PREBENDARY WILSON, *of the National Society's Depository.*

"The essence of fifty expensive volumes, by men of sacred learning, is condensed into the pages of the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS."—THE REV. ANDREW THOMSON, D.D., *Edinburgh.*

"The latest researches are laid under contribution, and the Bible Student is furnished *with the pith* of them all."—DR. STOUGHTON.

"The whole combine to form a Help of the greatest value."—DR. ANGUS.

"I cannot imagine anything more complete or more helpful."—DR. W. MORLEY PUNSHON.

"I congratulate the teacher who possesses it, and knows how to turn its 'Helps' to good account."—DR. KENNEDY.

THE OXFORD BIBLE FOR TEACHERS.

Extracts from Opinions (*continued*).

"The OXFORD BIBLE FOR TEACHERS is the most valuable help to the study of the Holy Scriptures, within a moderate compass, which I have ever met with. I shall make constant use of it; and imagine that few who are occupied with, or interested in the close study of the Scriptures, will allow such a companion to be far from their side."—THE REV. BALDWIN BROWN.

"I do not think I shall ever leave home without the OXFORD BIBLE FOR TEACHERS, for one can scarcely miss his ordinary books of reference when this Bible is at hand. I know no other edition which contains so much valuable help to the reader."—THE REV. A. H. CHARTERIS, D.D., *Dean of the Chapel Royal.*

"The OXFORD BIBLES FOR TEACHERS are as good as ever we can expect to see."—THE REV. C. H. SPURGEON.

"The modest title of the work scarcely does justice to the range of subjects which it comprehends, and the quality of their treatment. As a manual of Biblical information and an auxiliary of Biblical study, it is unrivalled. It is as exhaustive as it is concise,—no irrelevant matter has been introduced, and nothing essential to Biblical study seems to have been omitted,—and in no instance, so far as I can judge, has thoroughness or accuracy been sacrificed to the necessities of condensation."—THE REV. ROBERT N. YOUNG, *of Headingley College, Leeds.*

"The OXFORD BIBLE FOR TEACHERS is really one of the greatest boons which in our day has been offered to the reading public. The information given is so various, and so complete, as scarcely to leave a single desideratum. To Christians, in their quiet researches at home, or in the course of extensive journeys, or in preparation for the duties of tuition, it is simply invaluable, and constitutes in itself a Biblical Library. The range of topics which it seeks to illustrate is very great, while the care and accuracy manifest in the articles deserves the highest praise. It is no exaggeration to say, that to the mass of Christian people it saves the expense of purchasing and the toil of consulting a library of volumes. At the same time, I know no book more likely to stimulate enquiry, and to give the power of appreciating further research into the history, structures, and meaning of the Sacred Oracles."—DR. GOOLD, *of Edinburgh.*

"I have only recently possessed one of the OXFORD BIBLES FOR TEACHERS; and after a most patient examination of it, am astonished at the immense amount of accurate and carefully digested matter it contains: and that, too, of a kind precisely adapted to the Teacher's needs. Would that such a Bible had been within my reach when I first began my teaching life; and would that I had possessed one earlier, since I began to write for Teachers. As I look at its upwards of 300 pages of 'Helps to the Study of the Bible,' I recall my toilsome pilgrimage through many volumes, at much expenditure of time, for what is here so distinctly stated and tabulated. With such a desk companion I might have done so much more, and done it so much better. All I can do now is to entreat all Teachers who need a perfectly reliable Bible for study or class purposes, to procure one of the OXFORD BIBLES FOR TEACHERS. This I do most earnestly. And I would add that as a presentation volume by a class to its Teacher, or by a School to its Superintendent, no gift would be better appreciated or more appropriate than the small quarto size with its wide margin, and magnificent type, and superb flexible binding."—The REV. JAMES COMPER GRAY, *Author of "Class and Desk," "Topics for Teachers," "Biblical Museum," &c., &c.*

"These admirable Bibles must tend to extend the fame even of the Oxford Press."—THE RIGHT HON. W. E. GLADSTONE, M.P.

THE OXFORD BIBLE FOR TEACHERS

IS RECOMMENDED BY

The ARCHBISHOP of CANTERBURY.
The ARCHBISHOP of YORK.
The BISHOP of LONDON.
The BISHOP of WINCHESTER.
The BISHOP of BANGOR.
The BISHOP of CARLISLE.
The BISHOP of CHICHESTER.
The BISHOP of ELY.
The BISHOP of GLOUCESTER and BRISTOL.
The BISHOP of LICHFIELD.
The BISHOP of LLANDAFF.
The BISHOP of MANCHESTER.
The BISHOP of OXFORD.
The BISHOP of PETERBOROUGH.
The BISHOP of RIPON.
The BISHOP of ROCHESTER.
The BISHOP of SALISBURY.
The BISHOP of St. ALBANS.
The BISHOP of St. ASAPH.
The BISHOP of St. DAVID'S.
The BISHOP of WORCESTER.
The BISHOP of SODOR and MAN.
The BISHOP of BEDFORD.
The DEAN of CANTERBURY.
The DEAN of DURHAM.
The DEAN of BANGOR.
The DEAN of WELLS.
The DEAN of ELY.
The DEAN of EXETER.
The DEAN of HEREFORD.
The DEAN of LICHFIELD.
The DEAN of LLANDAFF.
The DEAN of MANCHESTER.
The DEAN of NORWICH.
The DEAN of PETERBOROUGH.
The DEAN of RIPON.
The DEAN of ROCHESTER.
The Late DEAN of WORCESTER.
CANON LIDDON.
CANON GREGORY.
The ARCHBISHOP of ARMAGH.
The ARCHBISHOP of DUBLIN.
The BISHOP of MEATH.
The BISHOP of DOWN and CONNOR.
The BISHOP of KILLALOE.
The BISHOP of LIMERICK.
The BISHOP of TUAM.
The BISHOP of DERRY and RAPHOE.
The BISHOP of CASHEL.
The BISHOP of KILMORE.
The BISHOP of CORK.
The BISHOP of OSSORY.
The Ven. ARCHDEACON REICHEL.
The PRINCIPAL of the THEOLOGICAL COLLEGE, GLOUCESTER.
The PRINCIPAL of the NATIONAL SOCIETY'S TRAINING COLLEGE, BATTERSEA.
The CANON IN CHARGE of the DIVINITY SCHOOL, TRURO.
The PRINCIPAL of St. BEES COLLEGE.
The PRINCIPAL of the THEOLOGICAL COLLEGE, WELLS.
The PRINCIPAL of LICHFIELD THEOLOGICAL COLLEGE.
The PRINCIPAL, St. DAVID'S COLLEGE.
The RIGHT HON. WILLIAM EWART GLADSTONE, M.P., LL.D.
The Rev. A. H. CHARTERIS, D.D., *Professor of Biblical Criticism in the University of Edinburgh.*
Dr. LEE, *Professor of Ecclesiastical History in the University of Glasgow.*
The RIGHT HON. JOHN INGLIS, D.C.L., LL.D., *Chancellor of the University of Edinburgh.*
The EARL of SHAFTESBURY.
Dr. ANGUS.
Dr. STOUGHTON.
The Rev. C. H. SPURGEON.
Dr. RIGG, *of the Westminster Normal Institution.*
Dr. KENNEDY.
The Rev. EDWIN PAXTON HOOD.
The Rev. W. MORLEY PUNSHON, LL.D.
The Rev. HORATIUS BONAR, D.D.
Dr. GOULD, *of Edinburgh.*
PROFESSOR BINNIE, D.D.
PROFESSOR BLAIKIE, D.D.
Dr. ANDREW THOMSON, *of Edinburgh.*
Dr. DAVID BROWN, *Principal of Free Church College, Aberdeen.*
PROFESSOR SALMOND, *of Free Church College, Aberdeen.*
Dr. W. LINDSAY ALEXANDER.
Dr. ALEXANDER MACLAREN.
The Rev. PRINCIPAL RAINY, D.D., *of New College, Edinburgh.*
Dr. JAMES MACGREGOR, *of Edinburgh.*
Dr. ANTLIFF, *Principal of the Theological Institute, Sunderland.*
Dr. NEWTH, *of New College.*
The Rev. E. E. JENKINS, M.A., *President of the Wesleyan Conference.*
The Rev. M. C. OSBORN, *Secretary of the Wesleyan Conference.*
Dr. GEORGE OSBORN, *of the Theological Institution, Richmond.*
The Rev. R. GREEN.
The Rev. W. HUDSON.
The Rev. F. GREEVES.
Dr. W. P. POPE, *Professor of Theology, Didsbury.*
Dr. GERVASE SMITH.
The Rev. GEORGE MARTIN.
Dr. FALDING.
Dr. CHARLES STANFORD.
Dr. LANDELS.
The Rev. JOHN H. GODWIN.
The Rev. J. C. HARRISON.
The Rev. JOSEPH WOOD, M.A.
Dr. CUMMING.
The Rev. COLIN CAMPBELL McKECHNIE.
The Rev. R. TUCK, B.A.
The Rev. PRINCIPAL McALL, *of Hackney College.*
The Rev. ROBERT N. YOUNG, *of Headingley College, Leeds.*
The Rev. R. VAUGHAN PRYCE, M.A., LL.D., *of Cheshunt College.*
The Rev. PROFESSOR REYNOLDS, B.A., D.D., *of Cheshunt College.*
The Late Dr. JOSEPH MULLENS, *Foreign Secretary of the London Missionary Society.*
The Rev. T. G. ROOKE, B.A., *President of the Baptist College, Rawdon, Leeds.*
The Rev. CHARLES CHAPMAN, M.A., *of Western College, Plymouth.*
The Rev. ALEXANDER HANNAY, *Secretary of the Congregational Union of England and Wales.*
The Rev. W. H. GRIFFITH, M.A., *Principal of Independent College, Taunton.*
Dr. ALEXANDER THOMSON, *Professor of Hebrew in the Lancashire Independent College.*
The Rev. JAMES COMPER GRAY, *Author of "Class and Desk," "Topics for Teachers," "Biblical Museum," &c., &c.*
The Rev. J. BALDWIN BROWN, B.A.
Sir CHARLES REED, *Chairman of the London School Board.*
W. H. GROSER, *Chairman of the Publication Committee of the Sunday School Union.*